BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
21 K
H
16

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6. 21. K. 16

Carmina Raphaelis placentini

Carmina RAPHAELIS

Armeniados	Libri.	X.
Scænæ		IIII
Polyſtichorum	Liber	I
Epigrammatum	Libri	III

Approbatio.R.d.Vicarii Cremoñ.
Et.R.patris Chryſoſtomi Inqſitoris.

Bibl. Sec. Coll. Rom. Soc. Jesu

Cum priuilegio Quod nullus Imprimere audeat preſens Opus hinc ad annos.X.Sub pœna Excõmunicationis promulgata Vt in litteris Apłicis latius legitur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

6. 21. K. 16

EPISTOLA.

Reuerendo Patri Dom Benedicto Regio Diui Benedicti Mant. Abbati, ordiniſq; Caſinatis Digniſſimo Præſidenti. Rhaphael Placent. eiuſdem ordinis pars minima ſalutē &c. bōa.

CErtiſſimus ille uulgaris eſt ſermo, ut quod noua teſta ceperit hoc inueterata ſapiat. Meminiſti enim Reuerende pater & meminiſſe potes, ut a primis uſq; annis inter nos amatum eſt. Ex eo qdem tempore, talem te ſeu ſtudium ſeu natura ipſa eduxerat, ut tibi placere probum pœniteret neminem, quippe cui placebat oīs ꝓbus. At uero ut diuino initiatus es obſequio: quid ꝓ deo, eiuſq; amatoribus, iis præcipue qui noſtri ordinis ſunt feceris, ſcimus oēs. Sciunt Romani purpuratiq; patres: Sciebat & ſummus ipſe pontifex. Sciebat inquā magnus ille Iulius cui te laudibus extollere nūquam ſatis erat. Quid autem Maximus hic leo, q modo eius loco reipublice Chriſtianæ præeſt, qui te quātum eius maieſtati fas eſt colit & admiratur? Quid interea pro religione Caſinati, cui nunc digniſſime Præſides, ne fluctibus iam intumeſcentibus periclitaretur laboraueris, quod & nūc indefeſſus agis, magis ſilentio prætereundum, quam delationis reum fieri poſſe duco. Eam ſiquidem dum tua benefacta recenſere ſtudeam, euadere uix poſſim: hoc tamen eloquar quod taceri poſſe non datur. Si

tacuiſſes tu-nobis etiam quauis iniuria laceſſitis perpetuo tacendum erat: Eundum deniq; erat peſſum: per te profecto decimæ ſupatus eſt impetus undæ. Additur & adulationis ſuſpicio-qua et ſi cuiq; bono cauere mos eſt-mihi tamẽ ea eſt odio-qn & horrori. Quis enim te tanta auſum tantaq; potuiſſe crediderit-quando nec id hercu les fecit-nec etiam ioue iuſſus feciſſet: feciſti tñ. Merito igitur omnes conſcripti patres noſtri-te patrem patriæ cõclamantes-rei publicæ noſtræ principem ſtatuerunt-Quem Præſidentis noĩe quaſi dictatorem cæteri nos ut licet adoramus.

Quid ergo ſi ruris huius maximi-qui & dominicus eſt ager-minimus ego cultor-minuta quidem-ſed ſuaue qddam olentia oluſcula-quæq; tibi placeant-non eo quod multo pẽdenda-ſed quod a ueteri-amicorum quondam certiſſimo-olitore data ſunt-libente manu offero? Minuta inquam-nam maiora me penes adoleſcere non conſueuerunt. In pluteolo hoc noſtro Libellum qui diui Symeonis Armenii cõmilitonis olim noſtri-ortum uitam & obitum-carminibus elucubratum opus ſcholaſticis-continet uidebis. In huius fronte quaſi argumentum-ad ſanctiſſ. patrem patrum Benedictum noſtrũ-ut fari monacho liceret-mitis eſt quædam deprecatio. Ipſius cum in toto opere eodem crebra ſit mẽtione legendo qs falleretur (cognomines.n.eſtis)

te Theopiſtõn quãdoq; uocaui. Nec piget-quando & fidelis es/& præ cæteris id meruiſti. Sequuntur Armeniadem (Sic ſerio nomẽ eſt opi) Scænæ quattuor. Prima fere omnino eſt neceſſaria: reliquæ pueriles meas memorant actiões. Eas philodemus noſter ut apponerem-plurima me prece coegit. Eſt & libellus elegiarum inſtar cui Polyſtichis eſt nomen. Poſtremi ſunt Epigrammatum libri tres: eorum capita quid quiſq; ferat prædocent. Quæ omnia cellicolæ fraterculiq; more-qui uero ſum-dum talibus annos æquo exigerem animo-ter amiſsa-ſeu ſtygio potius liuore ſublata defleui. Vidit deus tandem-meq; miſeratus eſt. Dedit nempe ut tuo & philodemi noſtri reficerentur auſpicio. Tu modo qui potes-qui me amas-qui uirtute oblectaris-ne amplius pereant-quæſo mi pater ꝓſpice. Tua ſunt-qñ & ego tuus ſum totus. Bene Vale.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Fabiani publii Mant. Endecaſyllabon

Plauſu candide digna lector ætas
En tandem roſa-quæ decore multo
Pæſtanas ſuperat-thymumq; odore
Mentam-lilia-& omne apis libenter
Quod per theſſala mel datura libat
Tempe: Quam manibus puer tenellis
Illæſus-probuloq; carpat ungui:
Non quippe eſt truce ſepta ſenticeto.
Laſciua neq; poſſe ſub papyro
Caſtam credito delitere uitam.
Hæc cum ſit probitatis orta uere
Probatiq; uiri ſacris uiretis-
Cæleſtes ſapit unde uenit hortos.

Ad Sanctiſſimum patrem Patrum Benedictum Deprecatio.

QVid Benedicte tuã p tanta ſilentia gentem
Ducere? quid tantũ te facere harpocratem?
Pone precor triſtem ferulã, digitumq; labellis
Aufer, & hoc frontis pectore tolle metum.
Nec ſemper uox miſſa nocet: periere tacendo
Plurima: amyclææ ſcit populator opis.
Indiga nec præcone fides adoleuit in omni
Noſtra ſolo: patribus ueh tacuiſſe fuit.
Et flocco eſt eadem data ſæpe licentia: teſtes
Sunt plutei, ſunt & ſcrinia, ſunt tabulæ.
Quanquã tota dies aberat: nec iure nefandũ eſt
Hoſpitii (ſi qua eſt hinc tibi cura) loqui.
En pater alme tuas non indecor hoſpes ad ædis
Venit, & exceptus ſub pia tecta ſedet.
Præceptum fateor caſiani eſt omne uolutum,
Et matri æthereæ tertia dicta ſalus,
Eſt nobis indicta quies: dum panis egeno
Promitur, ut liceat qui potes oro iube.
Ante labor uetuit pertingere: ſudat, anhelat:
Sic facit, ah grandem qui ſolet ire uiam.
Tigranis uix rege minor licet altus in aula
Cœnobio chriſtum quæſiit & nemore.
Romuleã ſolymæ ſatis agnitus iuit ad urbem
Et factis tota fulſit in italia.

Atlantis ſublime iugum malacenq; ſuperbam
 Vidit & heſperidæ nobile quidqd habent.
Turonis hinc gallos adiens ſanctũ ille petiuit
 Pontificem & ſupplex flexit ad oſſa genu.
Se nihil ut ſanctum lateat ueſtigia tandem
 Huc tulit & qui non uidit amare poteſt.
Hæc longo ſperata dies mihi tempore: quædã
 Eſt amor eſt & opus dicere: ne prohibe.
Carminibus dicenda paro: neq; carmina cœlũ
 Odit: adibo: uetant ſomnia? lene loquar.
Aegra trahens longo uir membra labore quetis
 Indiget? eſt molli gallica lena toro.
At ſopor interea ſi obrepſerit inde mouebor
 Innocuus: uotis craſtina lux aderit.
Sancte places placiture magis ſi iuſta precanti
 Des ueniã: bene habet: te modo totus amo:.

Ad Diuum Symeonem Anachoretam
Raphaelis Placentini Iuſtinaei
Caſinatiſq; Ordinis Carmen.

ARMENIADOS LIBER PRIMVS.

NON ego dardanios ſtatui cantare labores,
Callida non ithaci facta referre ducis:
Non Anchiſiadam profugũ ueneriſq; nefandæ
Mille modos: aquilas diſſona uota pares.
Ille uiros geminet thebis cœloq; moretur
Sidera: det furias alter & herculeas.
Virtutum Symeon uerſabitur alme tuarum
Cymba mari modicis ludere ſueta uadis.
Nec pice rima latet: campos per itura liquentes
Prora uacat ferro: lintea parua noto:
Remigio (nudare prius nec brachia fas eſt)
Gratus arundineo conſule confer opem.
Aſtra quidem te ſancte canunt: tibi terra fretũq;
Gratantur: reſonat nomen ubiq; tuum.
Diſſimili reſerare ſono uenientibus illud
Fert animus, ſolus ne tibi ſacra neget.
Ardeo nempe tuos numeris aſtringere mores
Imparibus: uitæ mira colenda tuæ.

Promere cella breuis neſcit ſublimia, qua uix
Stare licet: ſuperis mitia uota placent.

SVmmus ut alma pr̄ ſurgēte uireta ſub eu-
Cōdidit: & fruges dulcibus auxit aqs: (ro
Erupit fons inde liquens, eoa per arua
Flumine qui cœpit currere quadrifido.
His medius lætatur ager: dixere priores
Armeniam: dicto ſtat noua poſteritas.
Hæc ueterq; multo celebrata eſt carmine, primũ
Nobilior ſacris facta uoluminibus.
Totius hic mundi quondā ſtetit hoſpita puppis
Quum deus omniuago merſit iniqua mari.
Iride & hic quaſi teſte tulit ſub noſtra uenire
Fœdera, perpetua conciliatus ope.
Aethereis hinc ore plagis Aurora ſereno
Prodit: & hinc cœlo redditur omne decus.
Inde polum ueniens uario nox lumine pingit:
Non aliunde diem pulcher apollo facit.
Surgis & ipſe loco cunctis rutilantior aſtris
Subdita quo zephyro pars mōdo lumē hēt.
Hic locat Artaxes muros, arcemq; ſuperbam,
Nomine rex urbem donat & ipſe ſuo.
Emicat illa uirum præſtanti ſtēmate, uera
Quam uirtute uigens tollit ad aſtra genus.
Præcipue nouus ante alios effulſerat hector,
Sed priami proles non fuit ille ſenis.
Hunc toto facilis mundo fortuna ſuperbum,
Et dignum uirtus fecerat ampla deo.

Carus & is magni cælſa tigranis in aula
Ciuibus inſonmis mucro erat & clypeus.
Primus in arma feras ſtatuebat ſæua phalāges:
Tantus erat factis, tantus & ingenio.
Viribus is poterat nemees arcere leonem,
Atq; ad aratra boues cogere phaſiacos.
Infractum thuſco pontem ſeruaſſet ab hoſte:
Præcipites quãuis non timuiſſet aquas.
Nec plures poſt dona manus neptunia tempſit
Qui modo dictus auis ſecula quinq; manet.
Et parthos terrere truces conſueuerat, ingens
Nomine ſæpe uiri caucaſus intremuit.
Hunc aduerſus eunt ſemp populanda furentem
Agmina, & ad uiduas uix reditura domos.
Quæ tamen alma prius ter nõ aſtræa quaterq;
Iuſſerat, in nullos arma tulit populos.
Mens erat huic animos regno frenare rebelles:
Nouerat & ſolis parcere ſupplicibus.
Barbara non nocuæ gentis fuit exul ab illo
Præda: nec inſontes perdere mente tulit.
Viderit o troiæ cineres, latios ue triumphos:
Nec taceat tantum plurima charta ducem.
Temperet aeacidæ laudes colophonis arundo:
Mantua dardanii negligat arma uiri.
Non fuit & tali coniux indigna marito:
Felici felix fœmina iuncta uiro eſt.
Qualis in Aegea uitis lætiſſima naxo:
Quam ꝑpe fruge grauis ſtipes in aſtra leuat.

Stat robur:lateꝗ notis uictricia tendit
Brachia:pampineis illa comis ſequitur.
Nec fuit Alcidæ tam fida creontias:undis
Reddendum cœlo dum manet a ſtygiis.
Quam patri ſua ſponſa tuo:neꝗ fixit ulyſſi
Caſtra ſuo tantam penelopea fidem.
Sic dedit oipotens:nec te decuere parentes
Oſtendi medio qui procul ungue queant.
Nullus cyrnæa carpſit cariotida taxo:
Dulcia nec ſterili poma cadunt ſalice.
At certa qui lege potens figitꝗ mouetꝗ
Cuncta nouo lætum fecit honore diem.
Naſcenti meliora parans totum æthera paſſim
Terſit:ceſſerunt nubila pulſa polo.
Feſta qd hic memorē:q̄ntoſꝗ dedere triūphos
Rex pater:& proceꝶ uix numerāda manus?
Si quot & affuerint partu:matreſꝗ nuruſꝗ
Ordiar æquæuas dicere carminibus
Iuſta moram clauſura ſonos faſtidiet echo:
Surripiet nimius tempora parca labor.
Centum aderant famulæ:ꝓprio tn̄ ubere mater
Eduxit:dulci teꝗ tulit gremio.
Sanguine ſeruiles clarum ſuxiſſe papillas
Impium erat:mores ſæpe dedere cibi.
Te propter ſubiti ſemper placuere labores
Dulce fuit ſemper pignus habere ſinu.
Ne qdq̄ procul illa tibi monſtrabat ab altis
Aedibus:ut fureret conditus ære pater.

Vt lætas acies uictis reuocaret ab Indis:
Conuectata libens dona daret meritis.
Exit & interdum penetralibus obuia mater:
Porrigit ad duras pignora cara manus.
Sic oculis ſtabant priami dum regna ſcamãdrũ
Sæpe ſuum patriis obtulit Andromache
Auſpiciis proceres patrem felicibus augent
Pectora dum pulchrum põdus ad alta leuãt.
O roſeis quotiens libarunt oſcula buccis:
Q uotq; dedere leui uerbera amica manu.
Sæpe genitrici Regina inuidit amatæ
Credita ſæpe tenens te peperiſſe ſinu eſt.
Vagitus(ſanctæ res iam præſaga ſenectæ)
Vix modicos aberat mater ut ipſa dabas.
Fletus & ipſe iuuat lacrymę quũ pulchra decoræ
Ora rigant: plauſu conciliando breui.
Gaudia ſiderei calamo quis ludat ocelli
Et quibus ora cauus uix gelaſinus arat!
L ibertas iam prima datur redolentibus ulnis:
Circuit & teneros inſtita nulla pedes.
L ena rigens auro paruos diſtinxerat artus:
Iamq; manus uarium neſcia geſtit opus.
Oraq; adhuc tereti falluntur inermia gemma:
Hac primum infantes ludier arte ſolent.
Purpureo quoq; uerba decent infracta labello
Dum matura rudi fingere uoce cupis.
Iam plantis labor ipſe placet: placet ire: genuq;
Non ualet uuidulos debile ferre toros.

Nondum pubeſcente tenax in poplite neruus
Duruerat: currus ferre triaxis opem.
Et caſum uetitura manus ſtat multa clientum/
Præcoqua fautrici robora uoce ciens.
Moxq; ſuo inceſſu pes iam ſecurior ibat
Regius: auxilio machina nulla ſubit.
Iucundumq; fuit ueſtigia tarda mouentem/
Illa correpta cernere preſſa manu.
Nympharũ genitricis erat ſub numine cœtus/
Qui ſanctas dominæ diſceret ire uias.
Hæ uariis grato te augent certamine donis:
Hic amor arſq; auidis & labor unus erat.
Maňe genis ſomnos hæc fõribus arcet/eburno
Vibrat & hæc rutilam pectine cæſariem.
Baccata & gemmis onerant ardente lacerna/
Vel quam cæcropia mater arauit acu.
Aurea ſepteno niueum ſpiramine collum
Lora ligant/ſolos cingere ſueta duces.
Formoſas leuibus ſuras uincire cothurnis/
Et nitidis digitos condere diuitiis.
Sæpius & blando traxere ad pectora nixu/
Preſſerunt caſtas ſæpius ore genas.
Mel mãmam leporẽq; uocant paruũq; palũbẽ:
Hæc hinulum/uitam dicit & illa ſuam.
Credideris tactas fragrante cupidinis auro/
Si foret ætati noſſe datum teneræ.
Creſcenti deſunt ueſtes/minuiq; uidentur:
Nec tecum multos perficit ulla dies

Vndula nũc humeros uariat, nũc pictus achāto
Murex, aut ſummo totus in ære micas.
Talia curabant nymphæ, ſed te inclyta uirtus
Et natura ſuper cætera pulchra polit.
Hæc tua præſtringit præſentia: pauper iaſpis
Fit radio: torqui nec ſuus ardor ineſt.
Nobilium ſtat turba comes, famulíq; ſequunť:
Par ætas pueris & ſtatus unus erat.
Præſtabas, medio phœbi ceu ſidus olympo,
Qualis & ex medio pruna micat cinere.
Endymion cinyraq; ſatus cantatur & atys,
Barbitus & uernas parthenopea ſonat:
Carmine te fateor nulli cecinere marones:
Oſcula di ueterum nulla dedere tibi.
Hæcq; reor bene uerſa: gradu deſcenderet alto
Certa fides: ſed & hoc uiderit omnipotens.
Forſan ob id roma fuit & procul iſtud athenis:
Tantiloquos & ob id neſciit Armenia.
Iam decus & noſtrũ turbatat ſarmata: iam uox
Terruerat latiam barbara calliopen.
Plura qdem de te finxiſſet laurus, & unum
Diua paphi, cybele, delia diligeret.
Ipſa iocum cum fratre uenus liquiſſet Amore,
In tua uertiſſet ſi ſemel ora genas.
Scire tui nec dum poterant connubia ſoles,
Et ſtatuis chriſtum pauperiemq; ſequi.
Audieras dum ſancta frequens altaria uiſis
Centupla quid tandem reddere dona queat.

Et tenerum grato fruticem deus irrigat imbre
  Quem dodonæis præferat illicibus.
Parua ſalem facies iam iam ſapit ipſa ſenilem
  Quæ mores potuit ſumere difficiles.
Rhetoras interea faciliq; poemata mente
  Accipis: anguillæ non opus eſt ſpolio.
Ad ſophiam uirtus animi te ſola ſolebat
  Cogere: nec quiſquam par erat ingenio.
Vincendiq; patres inter ſtupuere docendum:
  Sed ſuperante fuit gratus amore pudor.
Te docet hic alacer genitor mauortis honores:
  Criſpare & facili mittere tela manu:
Lora tenere feris: pedibuſq; laceſſere tardos
  Ferripedes: cauſas temnere mille necis.
Inq; hoſtem fugiens lethale reflectere cornu:
  Et ſimul hunc triplici fallere ſcis calamo.
Pugnanteſq; procul balearí ſternere funda:
  Certus in aerios ſaxa rotare greges.
Iam pectus ſublime humeros tibi ueſtis & altos
  Pura tegit: ſocium iam petiere duces.
Aurea nectis eques talis calcaria: & indo
  Tecta premit læuum dente machera femur.
Cernētes dum ferris equo: dūq; agmine polles
  Aequæuo: agnoſcunt os aiumq; patris.
Troianos placuit puero bis diſcere ludos:
  Priamidaſq; inter pulcher iulus eras.
Tutior eurytione ſedes: uis nulla ſuperbo
  Nulla manus uictum diſſolidaſſet equo.

Et ſcutum ſeruanda pudet poſt terga locare
Ni manus irati fulminet arma duplex.
—Te neq; fregiſſet uatis dolus: ire uirili
Quem procul armẽtum uoce uetabat iners:
Non ea docta croton: aliter mens creuerat alta:
Mollia nec primi te docuere dies.
Humano tamẽ eſt aliquod ſub pectore numen
Martia quo prudens auſa domare potes.
Expleuit nunquã totos parienda furores
Fama: cruentatæ diſplicuere manus.
Quin ceruis quotiens uictis uenator & apris
Das ueniam! gemitu ſæpe refugit auis.
Ridebant ſocii pietatem: interq; iocandum
Euſebion tacito te Symeone uocant.
Hoc deus a primo dederat tibi muneris ortu
Afflictis cuperes ut dare ſemper opem.
Dilexere omnes puerią; uiriq; merentem:
Nemo aciem triſti diſtulit inuidia.
Diceris & patriæ ſpes altera: Plurima uerſant
Mortales: ſtatuit certior omnipotens.
Aedibus eſt aliud patriis ſpectabile: uirgo
Regia: conubio quæ tibi iuncta fuit.
Solus eras thalamo genitrix quem clara uirili
Ediderat: dicta eſt non aliunde parens.
Ergo faces & ſueta thori conſortia nato
Accelerant: bellum iuſſa preceſq; cient.
Creuerat in ſanctos pietas tibi ſancta parentes:
Vnde animum uotis plurimus hoſtis adit.

Additur his primo lex & mandata parenti:
Atq; iterum uaſtis quum redit orbis aquis.
Rate nouũ miſeris: mortis noua machina: tãtã
Virtutẽ liceat relligione premi!
Hic uigila: & patrias iuuenis p̄cor obiice uires:
Immortale parant hæc tibi facta decus.
Nulla iouis primo dedit imbrẽ fulgure nubes:
Mergitur & primo turbine nulla ratis.
At multis tandem puero dant uerba pudenti:
Inuicto tamen eſt ferrea uis animo.
Stella uenit rigido gẽmis redimita monili:
Nec tulit a phrygio maius eliſa duce.
Nulla nurus latio: graiis non ulla mycæneis:
Splendidior ue ſolo prodiit iliaco.
Mille pares dominam comitant ætate puellæ:
Omnibus eſt idem uirginitatis honos.
Plurimus has incendit onyx amethiſtus & aur:
Nix ut in aprico liqueris ipſe loco.
Dat læuam: ſubeunt matres: digitũq; ſmaragdo
Argumenta graui doctus auita ligas.
Lux ea læta fluit: ſimul altera: item altera luxu:
Terq; terunt denos gaudia feſta dies.
Conficiunt curæ interea cor molle: medullas
Ex omni teneras clam bibit oſſe dolor.
Pulchra decor fugit ora ſuus: mẽs turbine mul
Rerum ſidereas nubilat acta genas. (to
Aſſiduus quatit ægra labor præcordia: fibras
Mota coquunt uariis pectora conſiliis.

Finitimos iuuenes quos fama excluerat: ut te
Conſpexere piget: iamq; parant reditus.
Cœperat unius triſti frigeſcere uultu
Læta dies: frontis diſplicet aſperies.
Increpat incultæ ueſtis te cuncta iuuentus
Triſticiam uario pellere nixa ioco.
Ore manu pedibus, centum miranda uidendo
Monſtra ferens, doctus roſſius alter adeſt.
Ignotas alii ueſtes ignotaq; fingunt
Ora: peregrino nec piget ire gradu.
Ille ſenem ſimulat: curuoq; trementia gibbo
Terga premens. cano tempora crine ligat.
Se tremulā facit alter anum: ſub imagine ſcænā
Virginis hic, alius canthara factus adit.
Nec pudet egregios iuuenes ſeruilibus uti,
Veſtibus, atq; albos puluere ferre pedes.
Et petaſos aptare comis, pedibuſq; cothurnos,
Seq; nouis alios fingere ſchematibus.
Talia bifronti pridem ſacra perdita Iano
Gens dabat, illius quum noua lux aderat.
In noſtris (proh) uiuit adhuc mos ipſe priuſquā
Verticibus ſanctos accipiant cineres.
Cæſareos alii inſtaurant ex hoſte triumphos,
Auratoq; ſedens uictor in axe redis.
Pars uarios ficto ludos nouat amphitheatro:
Pars agit antiquis nota poematibus.
Tum belli ſimulacra ciens haſtilibus olim
Grata cohors, pictis aurea currit equis.

Bellacıſq; cita ſudant uertigine pyrrhi
Quæ campis etiam digna fuit latiis.
Arma tibi placitura duces: numeroſaq; patris
Facta probant: animum laudis amore petũt.
Et matres teneræq; ferunt tibi dona puellæ:
Virgineis mulcent pectora blandiciis.
Nulla tamen miſero fas eſt ſolatia uultu
Fingere: non affert ſpem chelys ulla ſono.
Nil gratũ eſt quodcũq; uides: nũc lumina cœlo
Figis: & aſpectas nunc ſine uoce ſolum.
Attica uimineo uelut ales carcere ſepta
Quam puer inuitat cantibus ora mouens.
Cornea labra premit: plumis & fixa coactis
Non obſeruat heri ſibila ficta ſui.
Spernis adulantum ſurda ſic aure fauores
Et tibi quanta parens carus uterq; dabat.
Ecce dies cœlo fulget ſponſalia tandem
Clauſurus: gaudens quo celebretur hymen.
Exultant animis iuuenes æquæuaq; pubes
Nec proceres lætas abſtinuere manus.
Gaudia feruebant cunctis communia: uincit.
Corda tui (quãquam rex iubet) altus amor.
Atria lætitia reſonant: penetralibus ampla eſt
Libertas: choreis ocia diffugiunt.
Miſenea crepant æra: & tornatile buxum.
Pamphilus auratis ludit arundinibus.
Decernunt alii plectro: fidibusq; ſonoris:
Orpheum ſequitur pythius arte melos.

Dulcia concordes miſcebant carmina bardi
  Atq; alio ueniens flauus ab orbe puer.
Turba aderat nec dũ nympharũ expta maritos:
  Mille nouas eadem ducere flamma nurus.
Formoſas toto polit idem corpore cultus:
  Ora decor lambit lactea purpureus.
Obuia ludentes diſcriminat aura capillos
  Flammea quos ſummo uertice gēma ligat.
Pars teneris ſociata uiris longo ordine fertur:
  Terq; quaterq; duces docta redit numeros.
Pars manibus ſibi ſola datis facit altera reſtim:
  Prima uel extremam nectit:& orbis erat.
Alternoq; leues modulantur carmine motus:
  Et gratos auidæ dantq; manentq; modos.
Præpetibus uacuum feriebant aera plantis:
  Turbabat poſito cantica nemo pede.
Nudipedes an eant:ueſtigia calceus an qui
  Blanda tegat:cuiquam nec leue ſcire fuit.
Huc toto ueniſſe decus credatur ab orbe:
  Vel deducta locis agmina ſidereis.
At quanto ignicomos ſuperat diana cometas
  Vincit eo reliquos regia uirgo choros.
Sed fruſtra in puerum mittit tot tela cupido
  Vno qui tantos uicerat ante duces.
Seu manus hic cæci plumbo mutauerit aurum
  Spicula ſeu melior uerterit ipſa deus.
Ictibus ardebat nullis uiolabile pectus:
  Et ſtabilis ſano mens erat in cerebro.

Qualis grandineos imbres,& fulgura contra,
In uaticano caia turris agro.
Deuiat interea ſol culmine magnus ab alto:
Sola micat modicis ignibus heſperia.
Iamq; decor toto ruerat phœbeus olympo:
Pingunt frigentem ſidera pulchra polum.
Vruntur tædæ tibi tedia mille ferentes:
Et feſcēninus faſcinat ora canor.
Romuleumq; uocant iuuenē,cui munere pria
De raptis fuerat tradita uirginibus.
Tunc magis antiquos animo uerſare dolores
Incipis,& quærulo talia corde gemis.
Heu qd agā?nec ſpōſa ſeq,neq; mittere fas eſt:
Dedecus uxori damna timenda mihi.
Dāna,qbus minus eſt aliud reuocabile nullum
Nec magis angelicis turbat ab ordinibus.
Nec Venus abſiſtet (tātū eſt mortalibus ægri)
Si domus ah iuuenes clauſerit una duos.
Nulla fidem leuibus uis ignea ſeruat ariſtis:
Nec benefida lupo conciliatur ouis.
Sed deus o tanti fugiat quis numina patris?
Si ualeam,tamen eſt ante quod ipſe iubes.
Talia ſollicito uoluebas pectore:mox &
Ad fidam refugis ſummipotentis opem.
Nobile propter erat penetralia ſumma ſacellū,
Quo pia ſæpe deo uota dabat genitrix.
Stabat apellis opus diuinum : aut finxerat,uuis
Qui falſis auidas ſæpe fefellit aues.

Id tibi confugium, mentem mala ſi qua petebāt
Semper erat: rebus ſpes erat inde tuis.
Huc igitur nimio ueſtigia preſſus ab æſtu
Dirigis: adq; ſacram uerteris effigiem.
Ora leuas, & ad aſtra manus: ſuſpiriaq; inter
Orandum, tali das grauiora ſono.
O felix o ſancta parens, quæ cuncta pugillo
Verſantem, facili digna labore tenes:
Tu rerum pietate potens mortalia patri
Concilias: uitæ te duce ſcitur iter.
Phœbeum tu luce iubar centūplice uincis:
Subiectiſq; potes plus dare ſideribus.
Quid fruſtra œbalios timidus ſup æquora fres
Nauta uocat? raptus quid timet iliacos?
Sidus inoccidūum te terra & magnus adoret
Oceanus: flectant ima ſuprema genu.
Sic iubet omnipotens, & paruit ipſe, ſibiq;
Te ſociam regno fecit in æthereo.
Nec terris omniq; polo ſublimius ullum,
Dignius aut tanto uidit honore deus.
Credimus, & ſic eſt: nullo es peccamine tincta:
Forſitan & culpæ nil dedit eua tibi.
Lex nuptum te ſancta dedit, tamen aucta uirili
Grande aliquid nulla cognitione paris.
Te neq; turpis amans deus ibre fefellit & auro:
Nec criſpum uano marte repleuit olus.
Nec ſomno deluſa tumes: audire loquentem
Fas fuit & iuuenem cernere lucigenam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vixq; ſecunda datæ dederas reſponſa ſaluti:
Et tua ſenſerunt uiſcera caſta deum.
Nempe patris niſi ſermo fuit nil ſeminis inter
Sanguis & æthereo purior igne tuus.
Hinc utriuſq; ſacer nec ſpiritus abfuit: illo
Tota quidem deitas flante peregit opus.
Induit una tamen noſtrum ſapientia pondus:
Mortaliſq; tulit pacta ſubire fori.
Is genitus ſine matre prior regnauerat æuo
Humano caruit poſt patre factus homo.
Exit & integro decimum uix carcere menſem
Oppertus: fuit hic oblita pœna gulæ.
Neſcia quæ tantum culpæ conceperat aluus:
Par eadem ut pareret tuta dolore fuit.
Quin aliis tu ſemper ades toto orbe uocata:
Matribus: & iuno certior ipſa faues.
Magna inter miranda aliud mirabile dicam
Vertere quod nulla mens ratione queat.
Nec prolem obfuerat grauitas prius ulla ferenti
Conceptum leuior nec fuit ante gradus.
Tota places: quæ tota deo ſis digna: placetq;
Sancta tuæ feruens integritatis amor.
Differor hoc animi: menti labor huius & ergo
Tantus ineſt: curis æſtuo: ui ſuperor.
Lethali ueneris me inſomnis arundine proles
Inſequitur: uires fert animumq; parens.
Heu peream! miſero ſed opem fer diua precanti:
Victricemq; inter pone miſerta manum.

Spes o tu ſuprema mihi pietatis ocellos
Flecte precor: uideas inclyta, tutus ero.
Ah qdquid factura moras fuge: proxima lapſu
(Deſpice) ſe nimio tempora præcipitant.
Iam ſtratum pictoſq; toros, & byſſina cerno
Tegmina: mi nox eſt hæc inimica nimis.
O, lodix utinam ſubito ferueſceret igne,
Et leuis o fierent aurea fulcra cinis.
Sõnidicus phariam tẽpſit ſed uerna maritam:
Theſidam fruſtra creſſa nouerca rogat.
Impia quid caſto nocuit Sthenobœa cubili?
Quid tamen o tecum facta aliena moror?
Felix quẽ thalami poſtes tuus ante uocauit
Filius, & pro ſe iuſſit adeſſe tibi.
Talia perfuſus lacrymis ad imaginis almæ
Flexus ut es genibus uota facis dominam.
Nec mora, ſtante deo pedibus captare ſalutem
Moliris, patrio uertere terga ſolo.
Sed patrem turbãq; times quæ multa per ædis
Ibat: erat tantos fallere difficile.
Eſt poſtis quo magna patent præſepia martis
Et caris quondam peruius armigeris.
Paſſibus huc tacitis ignoto tendis amictu:
Iam formidandum ulcerat omne deus.
Fingis & ire, comes quo non admittitur ullus:
Sanius & luſco curculione facis.
Furtiuoq; celer rumpis dulces hymenæos
Diffugio: tantam ſpem rapit hora breuis.

Vix effata ſimul pereunt præſagia uani
  Auſpicis: itq; leui flamine pronubium.
Perculit extemplo qua nil uelocius urbem
  Stridula fama, poli ſidera ad uſq; tumens.
Inſanit genitor: bilis eitat atra furentem:
  Vrbe uagus tota eſt immemor ipſe ſui.
Tot gentes tot regna ferox qui uicerat olim
  Vix non infelix uincitur enſe ſuo.
Quid genitrix, qd agat tãto noua crimine con
  Hæc orbam nato, ſe uidet, illa uiro. (iux?
In luctum faſtus abeunt, carmenq; thalaſſi
  In lacrymas: miſeros it canor ingemitus.
Hic hecubã ſimul atq; nurũ fit cernere: neutra
  Triſtior in raptu fors fuit hectoreo.
Non fletur (ne uana feram) romanus Alexis
  Delituit patria qui tria luſtra domo:
Plus tua quam genitrix tenero fleuiſſe dolore
  Creditur, & gelido ſponſa reducta toro.
Fœmineo clamore domus ſtrepit: atria triſtis
  Vox ciet: inq; ſonat fletibus omne ſolum.
Teq; abiiſſe dolens daret inſolitos ululatus,
  Si ſenſu poſſet non caruiſſe lapis.
Nequidquam cingunt indagine tota clientes
  Mœnia: ueſtigat clauſtra ſacrata pater.
Vota ſed ætherea deus irrita fecerat arce:
  Sudabat uano regia tota gradu.
Diſſimulare graue eſt: ferit ægros dira parentes
  Pœna, quatit regis cor procerũq; dolor.

Temnere ſi ſuperos liceat/præcognita nuſquã
Res fuit/& nullis credita conſiliis.
Præceptor tibi chriſtus erat:teq; illius auget
Sola fides:linquens cætera pauper abis.
Pauper abis/pelagi uelut imo pectore ſalſis
Naufragus euomitis fluctibus ire ſolet.
Cærula per tremulus reptat confinia:tendit
Huc illuc(uideat mœnia ſiqua)genas.
Haud ſecus ipſe domo fugiens/rebuſq; relictis
Vaſto mendicans orbe patrocinium:
Deficis incerto primum pede patris ad urbem:
Et ſeruos fruſtra conſpicis immemores.
Conſuerant nec enim talem te ferre penates/
Pallentem incultum ueſtibus ore comis.
Quin criſpet ſi ruga cutem/ſi longior ætas
Sit/pars Arnæum plurima crediderit.
Arnæum pugno petiit quem durus ulyſſes/
Et ſtygiis miſerum præcipitauit aquis.
Nec grauis ære ſinus:ſine zona pergere ulſum
Sanius eſt/laqueo ne tibi gaza foret.
Cernentum mens cæca iuuat:nautæq; potentis
Inſtar ouas/uiſo poſt freta ſæua ſinu.
Sed zephyris nõ omnis adhuc timor fuerat:ori
Pallor ineſt:pectus guttura labra tremunt.
Sic ubi cerua canes/nocuoſq; euaſerit arcus/
Et tenet optatum libera facta nemus.
Lumina fert circũ/pauidaſq; cacuminat aures:
Stare timet;credit nec ſatis illa fugæ.

Pergēti haud aliter⸗greſſum quocūq; mouebas
Eſt tibi fulmineus uiſus adeſſe pater.
Ecce aliud⸗ieiunus eras iam luce ſecunda:
Et minus audentem te ſibi nemo uocat.
Multus te coram primos gnatonicus implet
Accubitus: calcant fercula miſſa canes.
At puer innocuus⸗ſtirps regia⸗miles ab alto
Iam dictus⸗neſcit temperet unde famem.
Soluis & hac laudes ſuperis in clade⸗labanſq;
Ah tandem remoues ferrea ab urbe pedem.
Et prope mētis inops nūc huc nūc uerteris illuc
Pectore nec curas certa leuat ſtatio.
Cœperat occiduas hyperion ire ſub alpes⸗
Fugerat & cœli plurima lux ſpatio.
Nigranti iam nocte ſitum⸗fruſtraq; cauentem
Te nemus obſcuris cinxerat arboribus.
Quo tendas neſcitur iter: te longa fatigat
Eſuries: minuit uiribus oſſa labor.
Nec timor indomitis aberat ſuccūbere mōſtris:
Quiq; cibum quæris iam cibus eſſe times.
Sæpe oculos⸗mentemq; leuas ad ſidera toto
Pectore⸗ſed tardi te piget auxilii.
Indignos ſtabili tamen audens robore caſus
Vince: deus neſcis hinc tibi quanta parat.
Xyſticus accipiet dignos poſt uicta triumphos
Prælia: durantem munera ſola manent.
Abſq; ſuo non arma refert hoſtilia quiſquam
Sanguine: ſub denſo ſtat tibi ſente roſa.

Præcepti teſtes ueteris tibi mente nouiq;
Accipe nunc: & qui miſit utroſq; deus.
His regni tantum eſt uictoria parta ferendo:
Nunc premit aſtra gradu-creditus ante p̄mi.
Verum aderit qui bella iubet fiduſq; labori
Dum ſuperes-ſocium conſeret uſq; latus.
Sediſti tandem cæcus frondente ſub ulmo:
Vilis & inſomni præbuit herba torum.
Peſſimo ab hoſte tibi rerum ueniebat imago
Plurima-ſi falli mens pia forte queat.
Perfidiæ inuiſis uerbis uxore relicta
Arguit-& falſis te petit ominibus.
Horrendamq; feram fingit: furit illa pedum ui
Multa minans-flatu cuius & aſtra latent.
Aliger andromeden armis fatalibus heros
Scilicet immani non magis eripuit.
Nondum phœbea phyton uirtute peremptus
Viderit hanc-trepidus delituiſſe uelit.
Mox tibi concreſcit ſanguis-frigentq; medullæ
Signa nouus uitæ turbat ab ore timor.
Pectore ſola dei ſteterat fiducia-& ore
Vox tenuis-lethe cætera triſtis habet.
Vix chriſtū mariāq; uocas: diſtinguere uerbis
Hos licuit: reliquum nil meminiſſe potes.
Erigeris tremebundus adhuc-uaſtoq; draconi
Obuius inuicti porrigis arma dei.
Talibus ut turbata noto mox flām̄a refugit
Bellua: cernuntur nulla timenda loco.

Mens animuſq; redit/redit & timor oĩs in hoſtẽ
Fidere diſce/ſuis ſic ſolet eſſe deus.
Rurſus humi pia mẽbra locas: uix cœperat alto
Nox ruere: aſpectũ ſidera ſola fauent.
Sed nouus ut terris rediit ſol lumine primo
Triſtia de uiridi gramine membra leuas.
Miſtaq; deuotis precibus ſuſpiria cœlo
Fundis: & hac pergens æthera uoce feris.
Chriſte pater q cũcta potẽs moderaris & auges
Reſpice/nec tantum quem ſequor aſper abi.
Tolle aĩam hanc potius: tergo iam picta reliqui
Marmora: nõ animas mempheos urna beat.
Iam ſatis amiſſum patrii fleuere penates:
Viuere ſi iubeas: uita ſit unde para.
Sic oras/tenerumq; genu cadit æquore duro:
Pallida præcipites ora rigant lacrymæ.
Protinus ætherea riſu qui cuncta ſerenat
Lumine te patrio uidit ab arce deus.
Corq; fidemq; petro qui reddidit ante neganti
Reſpectus/uires ſuſcitat ipſe tuas.
Et firmat te pane ſuo: tu oblita malorum
Fortior offenſa dirigis ora uia.
Deſeris Armeniæ fines/ſuperanſq; uolantem
Tigrin/deſertos lætus adis arabes.
Eſt domus antiqua magno neq; ſurgit olympo
Relligione prior/nec uiget ulla fide.
Hic Baſilei uexilla ſequens/animoſa uirorum
Pectore gens ſuperis militat infragili.

Nō breuis hos gyarus ſeruāt ſed ſanctā uolētes
Clauſtra: datur cœlo plurimus inde decor.
Idem animus uario ſub corpore uiuit & æquis
Lancibus imperium temperat erigone.
Hos (licet haud uno ueniāt e ſanguine) fratres
Pax tamen & cœli ſancta cupido facit.
Inq; uicem ſolis certare laboribus ardent:
Alta quibus tuto hinc itur ad aſtra pede.
Huc chriſto mōſtrante uiam ueſtigia tendis:
Terq; fores digito ſic ſonuere leui.
Nec mora barbarico crines denubis amictu
Doctus & hos placido dirigis ore ſonos.
Pax almi manſura patres & longa ſalutis
Copia & aduerſo ſidera nulla deo.
Vaniſequis decreui hominum ſecedere turbis:
Immundus mundus quæ mihi mūda dabit?
Res patrias ipſumq; patrem iurataq; dudum
Intacti linquo uincula coniugii.
Scilicet antiquos Artaxata ſanguine patres
Dant mihi: hunc uotis quæſo fauete piis.
Me labor ecq̄s ineſt q̄ terreat improbus? audens
Si fruar hoc potero munere cuncta pati.
Gratius impubes flectuntur in arbore rami:
Bos tener agricolis utile diſcit opus.
Talia formoſo dum ſtantibus ore profaris:
Pectora pulſabat caſta pudicus amor.
Orantis niueam frontem pudor auxerat oſtro:
Mens & in exiguo corpore tanta placet.

Dant aditum, lætiq; intra te limina ſiſtunt:
Et dulces capiunt dulcia uerba uices.
Lenia barbato das colla premenda magiſtro:
Credis & ignotæ cordis opus manui.
Quæ myrrha patrioq; olim redolebat amomo
Tota tere modicus fit coma tonſa cinis.
Carmine nec decoras, neq; pyxide condis ebur
Seruandam ue leui colligis alueolo. (na:
Artus hic teneros primum crudelis amictus
Excipit, & roſeum cauſea nigra caput.
Non magis ante diem ſurgens effulget apertum
Lucifer, aut pluuio nuntia diua polo,
Gratior eſt animus: rutilat lapis igneus auro,
Septus: honorato ſtat decor in pluteo.
Singula nō opis eſt benefacta recludere noſtræ
Omnibus & mores quam placuere tui:
Et uiſu quam gratus eras, quantiſq; ferebant
Laudibus: ampla hoīum facta fidē ſuperant.
Perge modo, & priſcos modico poſt tpe pr̄es
Aequabis: tibi ſed cor magis alta leuant.
Plenius ardebas ueterum tentare labores,
Et nulli acceſſam ſolus habere domum.
Senſit conſilio pater hoc maturus & annis,
Flectere blandidico te parat alloquio.
Dulce decus, fratrūq; ſuper præſtantior inquit
Lux numeq;, atq; oculis plus mihi cara meis
Quid refugis? creperi patris poſt funera chriſto
Sancta tuæ capient auſpice ſceptra manus.

Me neq; uana ſenis terrent præſagia prothei:
Et patrem & ueteres uicit abramus auos.
Ezechia ſuperatur Achaz, Ioſiaq; Manaſſes:
Sanctior & paulus gammaliele fuit. (ror
Auſa placent: ſed cocta minus pira miſcet ama,
Verna decembrigenis floribus arua carent.
Phyllida præcocibus piguit ſe ornaſſe corollis,
Sidus adhuc titan quum ganymedis adit.
Obuenit audaci funeſtior aura iuuentæ.
Implumis nido tuta nec exit auis.
Icaron abs teneris (nec enim gentilia ſemper
Scire nocet) memori corde diebus ago.
Aequæuiq; puer dolui infortunia, primum
Credula quum ſmyrnæ cantibus ora dabam.
Attica regna timens ob mortem inſontis amici
Gnoſſon abit miſſo dædalus eupalamo.
Aegea felici turbabat ſidere Minos:
Improba cretenſes at cytheræa domos.
Paſiphae (ſic fama) dolos inſtructa fabriles
Semiuirum peperit ſemibouemq; ſimul.
Innocuus nocuo pœnas cum patre luebat
Icarus: arx medio clauſerat ambo mari.
At pater antiquas rediit uerſutus ad artes:
Se genitumq; alis & pice fecit auem.
Magnanimus puer alta nimis, ſuperare uolatu
Auſus ut eſt, uires ſenſit apollineas.
Inq; fretum ſe luce cadens & prole parentem
Diſtulit; illius ſtat modo nomen aquis.

At ne maronæo deſletus carmine tota
  Mente tibi pulcher decidit euryalus!
Scis ut materno niſi præfecit amorem/
  Vtq; inimica ferox caſtra necandus adit.
Nec latet ut magno diſpar congreſſus achilli
  Troilus in præceps patria fata dedit.
Sufficiunt ſed noſtra: patres maiora dedere
  Orthographi: teſtis lex noua/lex uetus eſt.
At puer ut ſacrum numerum zebedeius auxit
  Annoſoſq; refers uicit ut ille uiros!
Quanta tener ſubiit magnis antonius auſis:
  Sed quot ab aſcenſo poſt cecidere gradu!
Munitos ſcis quanta premunt hoſtilia cœtu/
  At grauiora uiros ſtant in eremicolas.
Eſuries urenſq; ſitis/ friguſq; calorq;
  Mille fremunt morſus mille uenena latent.
Arboris inſtar eris patulo quæ ſurgit in agro
  Viribus & circum uapulat æoliis.
Quin malus his ꝓcul ē demõ truculẽtior/artes
  Ceu lupus inuiſas qui uigil uſq; parat.
Quas paſtor/ ꝓhibent uē canes ui ꝑdere/cantu
  Fallit oues: miſeras guttura ſacra uorant.
Accipiter quoq; neſcit ityn lacerare morantem
  Si tenet imprudens aera/raptus obit.
Pare igitur: ſed ſi pergit ſententia/primum
  Fortior ut fias tempora plura mane.
Talia nequidquam memorat: ſenſere ſodales/
  Arguit audacem pars: aliiq; fauent.

Sancta uiros inter ſurgit diſcordia ſanctos.
Omnis erat ſola pro pietate labor.
Talis apoſtolicas petiiſſe eſt credita mentes
Lis-nūmos piſcis quum dedit ore pares.
Nil tamen eſt ſceleris uiſum: caruere loquentes
Crimine: nec cereris ius erat id genero.
Nec regni quenquā ſua traxerat ulla uoluptas:
De ſolo uarium cor meliore fuit.
Sic paulo diuerſa fuit ſententia, & illi
Attica quem tellus dixerat eſſe iouem.
Hunc teneræ quaſi matris amor lapſiq; periclū.
Ardua maiorem uincere iuſticia.
Pectoribus tandem placuit pax ſueta beatis.
Omnificiq; animos expoſuere deo.
Affectus mœrore ſenex uenerabilis, almo
Liberat optatum flamine certus iter.
Ad ſuprema ſimul feſtinant oſcula cuncti:
Vix tamen amplexus mille fuere ſatis.
Verba negāt gemitus lacrymæ & ſuſpiria: luctus
Occupat ora: poteſt dicere nemo uale.
Quin pars illa prius uotis quæ fauit ituri.
Spicula nunc uictrix plura doloris habet.
Stant foribus triſtes: oculiſq; ſequuntur euntem
Sola pedes clauſtri iura tenent auidos.
Spectantes urebat amor: cor fortibus auget:
Profuit & grauibus mens animoſa uiris.
At pater ex paruo ſignum dedit indice ſaxo.
Parenteſq; ſimul talibus aggreditur.

Si qui ſunt abitus flendi: me dignior uſquam
Non erit: ah noſtrum qui Symeona fleat.
Et fleui: & toto gemitus ex pectore traxi:
Melote lacrymis humida teſtis erit.
Rex cui prima ſuper uates eſt gloria: tantum
Non doluit prolis funera chryſocomæ.
Nec data pro puero tot ſunt ſuſpiria: qui poſt
Lucifero patrios felle linit oculos.
Sed ſummo demiſſa polo lux affuit: aras
Vrere uiſa: puer uirginis intererat.
Aufer ait mox ille moras: dilatio forſan
Neſcis athletæ quam nocet iſta meo.
Multa potens aduerſa feret: quaq; additus illi
Hoſtis erit: iuuenis fortior hoſte tamen.
Perq; feras per monſtra reget ueſtigia: uictor
Dum ſuper aſtra pedem fixerit emeritum.
Abſentem Symeon fili te flebit araxes:
Quum tua facta domus plauſerit italia.
Ante tamen tibi ſancta ſion impēdet honores:
Romaq; cum duplici te colet heſperia.
Te tandem ut uidi uenerabitur ordine ſacro
Mantua: relliquiis urbs decoranda tuis.
At cœlo tibi quanta parat deus! ipſe laborum
Finis honorato martyre digna dabit.

ARMENIADOS LIBER SECVNDVS.

Actenus alme chelys puero tibi carmine luſit
Noſtra leui: ſoluit pondere uota pari.
Gurgitis imẽſi certos initura labores
Se prius in tuto mouit arundo ſinu.
En tibi ſigna manus hic quæ fecere uiriles
Ordior: eſt alio nunc opus auxilio.
Cuſpidis ulla tamen trifidæ non exta potenti
Porriciam: tethys nulla uocanda mihi eſt
Stet modo ſancte tuo Symeon oramine puppi
Poſt ſomnum fluctus q domat & zephyros.
TEmpus erat quo bella ſolent ad triſtia læti
Ire duces-tellus quo parat omnis opes.
Tu quoq; in aerias acies certare lacerto
Iam proprio ſemper uincere doctus abis.
Quidquid ab humana fuerat ſpe-pectore toto
Excutis-& cœlo corq; animumq; locas.
Is alacer-lacrymaſq; genis pietate cadentes
Et flocco tetrica tergis & endromyde.
Caſtigare moras ſatagis: pedibuſq; dabatur
Nulla quies: torpor non rediturus abit.
Qui ditione uidet-librat-regit-omnia-ſemper
Auxilium teneris artubus exhibuit.
Iam latuere lares turritaq; mœnia; & alto
Quæ dedit ars hominũ lumine nulla uides.
Sublimis cœlo nunc ſaxa minantia ſcandis-
Decliui uarium nunc pede flectis iter.

Aemula cecropio nunc & florentia ruri
Prata premis: tellus cernitur hinc ſterilis:
Communem natura cibum pecoriq; uiroq;
Fecerat: eſuries uincere nulla poteſt.
Carpendi quotiens deerant ex arbore fructus
Certam oleris radix uulſa ferebat opem.
Lautorum petiit te nulla cupido, nec horum
Vlla recordantem perculit inuidia.
Nec minimum meminiſſe refert aetatis & auri:
Quod neq; es humano ſubditus auxilio.
Phoebus in axe micans decies cōſederat igneo:
Et facibus decies ceſſerat aethereis:
Quū dumeta uides tandē poſt horrida, cellam
Exiguam: dederat ſic pater omnipotens:
Hic nemus aſpectu laudabile, frugibus uber:
Pendet ab intonſis gratior umbra comis.
Candida per medias mittit ſol ſpicula frondes:
Prataq; mobilibus pingit amaena notis.
Mille hominū opportuna loco ſunt robora uitae:
Omnia nec penitus dona fatigat hyemis.
Stat cybeles crinitus honos, forteſq; coronans
Palma, nec umbroſa fronde deeſt platanus.
Surgit & hic ſuaui cythereia myrtus odore,
Quaeq; pio caſtos firmat odore ſinus.
Quaeq; datum doctis uenicte eſt nomē athenis
Et phoebi quondam ſtat cypariſſus amor.
Baccifer eiuſdem ſtipes, quo fulmina quercus
Irati potuit nulla timere iouis.

Quercus & ipſa prope eſt, falſoq; dicata tonāti
Eſculus, & priſcis fagus amica uiris.
Et nō monychiis incognita uiribus ornus,
Statq; ſalix ueteris falce putanda dei.
Denſa penes corylus tereti ſtat arundine, dāſq;
Ficus ab obliquo dulcia mala pede.
Bis tinxit quam nocte cruor ſtat morus, & illi
Altera par, nulla ſed maculata nece.
Nomen & hic cerui dederat cui ſpina, ſuiſq;
Has grauis inter opes arbutus eſt ceraſis.
Parturit hic cornus, partu neq; zinziphus ipar,
Autumnoq; parat ſorbus habenda patri.
Hiſpida iuniperus, mox & paritura coronas
Meſpilus, & tardo phyllis amata uiro.
Tendit echiniferos nux hic gratiſſima ramos,
Et quæ fellito cortice condit opes.
Hic ponto delata uirent, & perſide quondam
Robora, quæq; prius miſerat Armenia.
Et pirus argutæ quæ fert ab imagine nomen
Pyramidis, uario prunus adeſt genere.
Mala rubricando mox ſemine punica pendent:
Pendent & primi dente notata patris.
Frugiferæq; alio ſurgunt cognomine pomi:
Omnia nec certa uoce tenet latium.
Multa deinde uides uix climate cognita noſtro,
Eſt cedrus, eſt hebenus, lotos & alta larix.
Et nitida orithiis ueniens terebinthus ab oris,
Cæſareaſq; citrus ſtat poſitura dapes.

Quaſq; ſenes puero mœchi dixere prophetæ:
Notaq; iam pratis buxus adeſt italis.
Longa abies triplici ſerie circundat, & alta
Populus herculeum cingere ſueta caput.
Extremus denſis paries adoleuerat aſpris,
Plurima quæ capreis reptilis uua ligat.
Per media hæc liquidus fons exit, ut ille dianã
Cadmeus uidit quo ſine ueſte nepos.
Qualis & ingrato uictricem iunxit amanti
Salmacin, aut in quem traxit hylam dryope.
Vipereo rigat arua latex ridentia lapſu:
Alliciunt ſomnos murmura grata leues.
Circũ agili modulãtur aues ſua carmina roſtro:
Captant ſecuro frigora opaca pede.
Turtur, itys philomena merops, iunoniaq; ales
Soliuagus paſſer, pſitacus, alcione.
Sontibus ipſe feris locus eſt incognitus: illum
Ab rapido nunquam polluit ungue cruor.
Tortilis hic flores nullus p̃mit anguis amænos
Noxia nec uitiat molle rubeta ſolum.
Nulla ibi glis, rhãnus, paliurus, & ulua, filixq;
Regna tenent, nec qui pallia dens rapiat.
Lilia, fraga, roſæ, uiolæ & uaccinia fulgent:
Quiq; ſuis regum nomina fert foliis.
Thymbraq; ſerpillum ſanſucus mẽta crocuſq;:
Iunctaq; mellifico luthea caltha thymo.
Gratus & his pecori cytiſus miſcetur: & alba
Lotus, & argutæ dulce papauer api.

Quicq; ſibi nimium placuit narciſſus ad undas:
Sunt & perſephones plurima digna ſinu.
Quæ doris galathea legat/quæ candida nais/
Et quis uirgineos ueſta grauet calathos.
Nempe manus cœleſtis opus/par glæba uireto
Primum quo fertur bdellifer ire phyſon.
Nec corcyræis pulchredine ceſſerit hortis:
Nec tantum tempe theſſala laudis habent.
Maſſylio taceant ſeruata uireta dracone/
Et pæſti gemino pinguia uere ſola.
Talis erat ſtatio: talem tibi ſumma pararat
Dextra domum/& tantis fulſerat auxiliis.
Non tulit obſcuri rex aeris: igneus ille
Horrendum uaſto miſit ab ore ſonum.
Territa concuſſo tremuerunt ſidera cœlo:
Et phaetontei palluit axis honos.
Magna tremit tanto tellus pauefacta fragore:
Inſaniſq; tumet fluctibus oceanus.
At ſcelerum nõ æquæ acies iouis igne ferunt̃/
Vndiq; fit ſtrepitus grandinis & tonitru.
Illi in iuſſa fremunt: mox & parere parati
Incuſant auidis ocia longa malis.
Moris & impatiens turbato turbine turba
Iam parat in tardum comminus ire ducem.
Nec minus indignans quaſſat caput ille ſupbũ/
Et mouet in tales ora maligna ſonos.
Semper in inſontes ui tanta impune tyrannus
Sæuiet/& noſtro lætus erit gemitu?

[illegible] incautos quibus [illegible] olympi
Deiicitur apex regnaque [illegible] habet.
[illegible] in aula
[illegible] paras
[illegible] parenté,
[illegible]
[illegible] géti
[illegible]
[illegible] in nos
[illegible]
[illegible]
Sed [illegible]
[illegible] defcr
[illegible]
[illegible] honor
[illegible]
[illegible] per urbes
[illegible]
[illegible]
[illegible] premit.
[illegible]
Qu[illegible]
[illegible]
[illegible] gentes
[illegible]
[illegible]
[illegible] oris
[illegible]

Ipſe ne forſan eam?quid tanta incendia fruſtra
Edimus?hic factis eſt opus:arma uolo.
Dixit,& os grauiore furens caliginat ira,
Maioremq; atrox flamma ſonum ſequitur.
Creditus eſt ardere polus:micuere tonantis
Arma iouis:mundi machina tota crepat.
Miſcentur denſum damnata per aera paſſim
Agmina:nec paruo murmure fit ſtrepitus.
Qualis apum irritata acies,quũ ruſtica fumum
Melle manum pleno ſuggerit hoſpitio.
Poſtq; truces furias & ſæua tonitrua tandem
Primus hyperconipos talibus infremuit.
Quæ tibi tanta ſubit mentem uæſania fruſtra?
Aut minimi tantum quid tua regna facis?
Tãtorumne aditũ modicũ dignabere murem?
His ne ſuper reditus aſtra paras animis?
Nonne ſatis leuibus fuerat prouincia ſeruis
Nulla quibus nomen facta dedere prius?
Quin ergo maiora duces ad prælia ſeruas
Vertere qui ſolis nutibus aſtra queant?
Si tamen huc aliquas mens eſt effundere uires,
Eſt hapalus:iuuenes perdere lex hapalo.
Sin nequeat læmargus adhæc & frater aſotus,
Quiq; hominũ ſternit corpora pornus erit.
Pectora chryſophilus cogens mortalia contra
Conſortiſq; furet metius impatiens.
At ſi forte uiro ſint ocia grata,lyperus
Non aberit uotis,pinnaleoſq; comes.

Dant aditum: lætiq; intra te limina ſiſtunt:
Et dulces capiunt dulcia uerba uices.
Lenia barbato das colla premenda magiſtro:
Credis & ignotæ cordis opus manui.
Quæ myrrha patrioq; olim redolebat amomo
Tota fere modicus fit coma tonſa cinis.
Carmine nec decoras: neq; pyxide condis ebur
Seruandam ue leui colligis alueolo. (na:
Artus hic teneros primum crudelis amictus
Excipit: & roſeum cauſea nigra caput.
Non magis ante diem ſurgens effulget apertum
Lucifer: aut pluuio nuntia diua polo:
Gratior eſt animus: rutilat lapis igneus auro:
Septus: honorato ſtat decor in pluteo.
Singula nō opis eſt benefacta recludere noſtræ
Omnibus & mores quam placuere tui:
Et uiſu quam gratus eras: quantiſq; ferebant
Laudibus: ampla hoīum facta fidē ſuperant.
Perge modo: & priſcos modico poſt tpe pr̄es
Aequabis: tibi ſed cor magis alta leuant.
Plenius ardebas ueterum tentare labores:
Et nulli acceſſam ſolus habere domum.
Senſit conſilio pater hoc maturus & annis:
Flectere blandidico te parat alloquio.
Dulce decus: fratrũq; ſuper præſtantior inquit
Lux numerū: atq; oculis plus mihi cara meis
Quid refugis? creperi patris poſt funera chriſto
Sancta tuæ capient auſpice ſceptra manus.

Me neq; uana ſenis terrent præſagia prothei:
Et patrem & ueteres uicit abramus auos.
Ezechia ſuperatur Achaz/Ioſiaq; Manaſſes:
Sanctior & paulus gammaliele fuit. (ror
Auſa placent: ſed cocta minus pira miſcet ama/
Verna decembrigenis floribus arua carent.
Phyllida præcocibus piguit ſe ornaſſe corollis/
Sidus adhuc titan quum ganymedis adit.
Obuenit audaci funeſtior aura iuuentæ.
Implumis nido tuta nec exit auis.
Icaron abs teneris (nec enim gentilia ſemper
Scire nocet) memori corde diebus ago.
Aequæuiq; puer dolui infortunia/primum
Credula quum ſmyrnæ cantibus ora dabam.
Attica regna timens ob mortem inſontis amici
Gnoſſon abit miſſo dædalus eupalamo.
Aegea felici turbabat ſidere Minos:
Improba cretenſes at cytheræa domos.
Paſiphae (ſic fama) dolos inſtructa fabriles
Semiuirum peperit ſemibouemq; ſimul.
Innocuus nocuo pœnas cum patre luebat
Icarus: arx medio clauſerat ambo mari.
At pater antiquas rediit uerſutus ad artes:
Se genitumq; alis & pice fecit auem.
Magnanimus puer alta nimis/ſuperare uolatu
Auſus ut eſt/uires ſenſit apollineas.
Inq; fretum ſe luce cadens & prole parentem
Diſtulit: illius ſtat modo nomen aquis.

At ne maronæo defletus carmine tota
Mente tibi pulcher decidit euryalus!
Scis ut materno niſi præfecit amorem /
Vtq; inimica ferox caſtra necandus adit.
Nec latet ut magno diſpar congreſſus achilli
Troilus in præceps patria fata dedit.
Sufficiunt ſed noſtra: patres maiora dedere
Orthographi: teſtis lex noua / lex uetus eſt.
At puer ut ſacrum numerum zebedeius auxit
Annoſoſq; refers uicit ut ille uiros!
Quanta tener ſubiit magnis antonius auſis:
Sed quot ab aſcenſo poſt cecidere gradu!
Munitos ſcis quanta premunt hoſtilia cœtu /
At grauiora uiros ſtant in eremicolas.
Eſuries urenſq; ſitis / friguſq; calorq;
Mille fremunt morſus mille uenena latent.
Arboris inſtar eris patulo quæ ſurgit in agro
Viribus & circum uapulat æoliis.
Quin malus his ꝓcul ē demō truculētior / artes
Ceu lupus inuiſas qui uigil uſq; parat.
Quas paſtor / ꝓhibent ue canes ui ꝑdere / cantu
Fallit oues: miſeras guttura ſacra uorant.
Accipiter quoq; neſcit iſyn lacerare morantem
Si tenet imprudens aera / raptus obit.
Pare igitur: ſed ſi pergit ſententia / primum
Fortior ut fias tempora plura mane.
Talia nequidquam memorat: ſenſere ſodales /
Arguit audacem pars: aliiq; fauent.

Sancta uiros inter ſurgit diſcordia ſanctos:
Omnis erat ſola pro pietate labor.
Talis apoſtolicas petiiſſe eſt credita mentes
Is: nūmos piſcis quum dedit ore pares.
Nil tamen eſt ſceleris uiſum: caruere loquentes
Crimine: nec cereris ius erat id genero.
Nec regni quenquā ſua traxerat ulla uoluptas:
De ſolo uarium cor meliore fuit.
Sic paulo diuerſa fuit ſententia: & illi
Attica quem tellus dixerat eſſe iouem.
Hunc teneræ quaſi matris amor lapſiq; periclū:
Ardua maiorem uincere iuſticia.
Pectoribus tandem placuit pax ſueta beatis:
Omnificiq; animos expoſuere deo.
Affectus mærore ſenex uenerabilis: almo
Liberat optatum flamine certus iter.
Ad ſuprema ſimul feſtinant oſcula cuncti:
Vix tamen amplexus mille fuere ſatis.
Verba negāt gemitus lacrymæ & ſuſpiria: luctus
Occupat ora: poteſt dicere nemo uale.
Quin pars illa prius uotis quæ fauit ituri:
Spicula nunc uictrix plura doloris habet.
Stant foribus triſtes: oculiſq; ſequuntur euntem
Sola pedes clauſtri iura tenent auidos.
Spectantes urebat amor: cor fortibus auget:
Profuit & grauibus mens animoſa uiris.
At pater ex paruo ſignum dedit indice ſaxo:
Parenteſq; ſimul talibus aggreditur.

Si qui ſunt abitus flendi, me dignior uſquam
Non erit, ah noſtrum qui Symeona fleat.
Et fleui, & toto gemitus ex pectore traxi,
Melote lacrymis humida teſtis erit.
Rex cui prima ſuper uates eſt gloria, tantum
Non doluit prolis funera chryſocomæ.
Nec data pro puero tot ſunt ſuſpiria, qui poſt
Lucifero patrios felle linit oculos.
Sed ſummo demiſſa polo lux affuit, aras
Vrere uiſa, puer uirginis intererat.
Aufer ait mox ille moras: dilatio forſan
Neſcis athletæ quam nocet iſta meo.
Multa potens aduerſa feret: quaqꝫ additus illi
Hoſtis erit, iuuenis fortior hoſte tamen.
Perqꝫ feras per monſtra reget ueſtigia, uictor
Dum ſuper aſtra pedem fixerit emeritum.
Abſentem Symeon filii te flebit araxes,
Quum tua facta domus plauſerit italia.
Ante tamen tibi ſancta ſion impēdet honores,
Romaqꝫ cum duplici te colet heſperia.
Te tandem ut uidi uenerabitur ordine ſacro
Mantua, relliquiis urbs decoranda tuis.
At cœlo tibi quanta parat deus! ipſe laborum
Finis honorato martyre digna dabit.

ARMENIADOS LIBER SECVNDVS.

Actenus alme chelys puero tibi carmine luſit
Noſtra leui: ſoluit pondere uota pari.
Gurgitis imēſi certos initura labores
Se prius in tuto mouit arundo ſinu.
En tibi ſigna manus hic quæ fecere uiriles
Ordior: eſt alio nunc opus auxilio.
Cuſpidis ulla tamen trifidæ non exta potenti
Porriciam: tethys nulla uocanda mihi eſt
Stet modo ſancte tuo Symeon oramine puppi
Poſt ſomnum fluctus q domat & zephyros.
TEmpus erat quo bella ſolent ad triſtia læti
Ire duces-tellus quo parat omnis opes.
Tu quoq; in aerias acies certare lacerto
Iam proprio ſemper uincere doctus abis.
Quidquid ab humana fuerat ſpe-pectore toto
Excutis-& cœlo corq; animumq; locas.
Is alacer-lacrymaſq; genis pietate cadentes
Et flocco tetrica tergis & endromyde.
Caſtigare moras ſatagis: pedibuſq; dabatur
Nulla quies: torpor non rediturus abit.
Qui ditione uidet-librat-regit-omnia-ſemper
Auxilium teneris artubus exhibuit.
Iam latuere lares turritaq; mœnia: & alto
Quæ dedit ars hominũ lumine nulla uides.
Sublimis cœlo nunc ſaxa minantia ſcandis-
Decliui uarium nunc pede flectis iter.

Aemula cecropio nunc & florentia ruri
Prata premis: tellus cernitur hinc ſterilis:
Communem natura cibum pecoriq; uiroq;
Fecerat: eſuries uincere nulla poteſt.
Carpendi quotiens deerant ex arbore fructus
Certam oleris radix uulſa ferebat opem.
Lautorum petiit te nulla cupido, nec horum
Vlla recordantem perculit inuidia.
Nec minimum meminiſſe refert ætatis & auri:
Quod neq; es humano ſubditus auxilio.
Phœbus in axe micans decies cõſederat igneo:
Et facibus decies ceſſerat æthereis:
Quũ dumeta uides tandẽ poſt horrida, cellam
Exiguam: dederat ſic pater omnipotens:
Hic nemus aſpectu laudabile, frugibus uber:
Pendet ab intonſis gratior umbra comis.
Candida per medias mittit ſol ſpicula frondes:
Prataq; mobilibus pingit amæna notis.
Mille hoiũ opportuna loco ſunt robora uitæ:
Omnia nec penitus dona fatigat hyems.
Stat cybeles crinitus honos, forteſq; coronans
Palma, nec umbroſa fronde deeſt platanus.
Surgit & hic ſuaui cythereia myrtus odore,
Quæq; pio caſtos firmat odore ſinus.
Quaq; datum doctis uenicte eſt nomẽ athenis
Et phœbi quondam ſtat cypariſſus amor.
Baccifer eiuſdẽ ſtipes, quo fulmina quercus
Irati potuit nulla timere iouis.

Quercus & ipſa prope eſt, falſoq; dicata tonãti
Eſculus, & priſcis fagus amica uiris.
Et nõ monychiis incognita uiribus ornus,
Statq; ſalix ueteris falce putanda dei.
Denſa penes corylus tereti ſtat arundine, dãſq;
Ficus ab obliquo dulcia mala pede.
Bis tinxit quam nocte cruor ſtat morus, & illi
Altera par, nulla ſed maculata nece.
Nomen & hic cerui dederat cui ſpina, ſuiſq;
Has grauis inter opes arbutus eſt ceraſis.
Parturit hic cornus, partu neq; zinziphus ipar,
Autumnoq; parat ſorbus habenda patri.
Hiſpida iuniperus, mox & paritura coronas
Meſpilus, & tardo phyllis amata uiro.
Tendit echiniferos nux hic gratiſſima ramos,
Et quæ fellito cortice condit opes.
Hic ponto delata uirent, & perſide quondam
Robora, quæq; prius miſerat Armenia.
Et pirus argutæ quæ fert ab imagine nomen
Pyramidis, uario prunus adeſt genere.
Mala rubricando mox ſemine punica pendent:
Pendent & primi dente notata patris.
Frugiferæq; alio ſurgunt cognomine pomi:
Omnia nec certa uoce tenet latium.
Multa deinde uides uix climate cognita noſtro,
Eſt cedrus, eſt hebenus, lotos & alta larix.
Et nitida orithiis ueniens terebinthus ab oris,
Cæſareaſq; citrus ſtat poſitura dapes.

Quaſq; ſenes puero mœchi dixere prophetæ:
Notaq; iam pratis buxus adeſt italis.
Longa abies triplici ſerie circundat, & alta
Populus herculeum cingere ſueta caput.
Extremus denſis paries adoleuerat aſpris,
Plurima quæ capreis reptilis uua ligat.
Per media hæc liquidus fons exit, ut ille dianā
Cadmeus uidit quo ſine ueſte nepos.
Qualis & ingrato uictricem iunxit amanti
Salmacin, aut in quem traxit hylam dryope.
Vipereo rigat arua latex ridentia lapſu:
Alliciunt ſomnos murmura grata leues.
Circū agili modulātur aues ſua carmina roſtro:
Captant ſecuro frigora opaca pede.
Turtur, itys philomena merops, iunoniaq; ales
Soliuagus paſſer, pſitacus, alcione.
Sontibus ipſe feris locus eſt incognitus: illum
Ab rapido nunquam polluit ungue cruor.
Tortilis hic flores nullus p̄mit anguis amœnos
Noxia nec uitiat molle rubeta ſolum.
Nulla ibi glis, rhānus, paliurus, & ulua, filixq;
Regna tenent, nec qui pallia dens rapiat.
Lilia, fraga, roſæ, uiolæ & uaccinia fulgent:
Quiq; ſuis regum nomina fert foliis.
Thymbraq; ſerpillum ſanſucus mēta crocuſq;:
Iunctaq; mellifico luthea caltha thymo.
Gratus & his pecori cytiſus miſcetur: & alba
Lotus, & argutæ dulce papauer api.

Quiq; ſibi nimium placuit narciſſus ad undas:
Sunt & perſephones plurima digna ſinú.
Quæ doris galathea legat/quæ candida nais/
Et quis uirgineos ueſta grauet calathos.
Nempe manus cœleſtis opus/par glæba uireto
Primum quo fertur bdellifer ire phyſon.
Nec corcyræis pulchredine ceſſerit hortis:
Nec tantum tempe theſſala laudis habent.
Maſſylio taceant ſeruata uireta dracone/
Et pæſti gemino pinguia uere ſola.
Talis erat ſtatio:talem tibi ſumma pararat
Dextra domum/& tantis fulſerat auxiliis.
Non tulit obſcuri rex aeris:igneus ille
Horrendum uaſto miſit ab ore ſonum.
Territa concuſſo tremuerunt ſidera cœlo:
Et phaetontei palluit axis honos.
Magna tremit tanto tellus pauefacta fragore:
Inſaniſq; tumet fluctibus oceanus.
At ſcelerum nõ æquæ acies iouis igne ferunt
Vndiq; fit ſtrepitus grandinis & tonitru.
Illi in iuſſa fremunt:mox & parere parati
Incuſant auidis ocia longa malis.
Moris & impatiens turbato turbine turba
Iam parat in tardum comminus ire ducem.
Nec minus indignans quaſſat caput ille ſupbũ/
Et mouet in tales ora maligna ſonos.
Semper in inſontes ui tanta impune tyrannus
Sæuiet/& noſtro lætus erit gemitu?

Excuſſit ſolio incautos/quibus altus olympi
Debebatur apex/regnaq; ſolus habet.
Impius hinc de ſe genitum demiſit/in aula
Siue parem metuens/ſeu mihi damna parãs.
At puer in durum figens noua caſtra parentẽ/
Mox patriis audax legibus inuehitur.
Tandem antiqua docens recutitæ ſabbata gẽtis
Perdere/ſeruili plectitur exitio.
Riſimus inſani primum:ſed protinus in nos
Bella ciet/cœlum nec rapuiſſe ſatis/
Terrigenas ĩ regna uocat:nos pellimur:hæc ne
Ferre deos?rapiat numina tanta caro?
Sed quid erunt magnæ uires/ſi præuia deſint
Conſilia?hæc ergo mentibus accipite.
Eſt homo/non illum tanto dignamur honore
Dictus ut ab noſtro ſemiuir ore ſonet.
Dum fugit arabias magno a tigrane per urbes
Optatum eſt illi manſio facta nemus.
Non martem non ille feras/diſcrimina nulla
Iam timet/at uires ſceptraq; noſtra premit.
Mox nobis perdendus erat/teſbita uerendus
Is tamen eſt/quem poſt ille eat heu crucifer.
Quiſqs erit/quanti ſit noſtra laceſſere caſtra
Sẽtiat:hæc hominum diſcat & omne genus.
Hũc odi ante alios:terris hunc tollere certũ eſt:
Creſcere in immenſam ſpina uetãda trabem.
Sed quis adhæc ſolus pereant ne cætera?an oĩs
Sanius hunc toto turba furore petat?

Ipſe ne forſan eam? quid tanta incendia fruſtra
Edimus? hic factis eſt opus: arma uolo.
Dixit, & os grauiore furens caliginat ira,
Maioremque atrox flamma ſonum ſequitur.
Creditus eſt ardere polus: micuere tonantis
Arma iouis: mundi machina tota crepat.
Miſcentur denſum damnata per aera paſſim
Agmina: nec paruo murmure fit ſtrepitus.
Qualis apum irritata acies, quū ruſtica fumum
Melle manum pleno ſuggerit hoſpitio.
Poſtque truces furias & ſæua tonitrua tandem
Primus hyperconipos talibus infremuit.
Quæ tibi tanta ſubit mentem uæſania fruſtra?
Aut minimi tantum quid tua regna facis?
Tātorumne aditu modicū dignabere murem?
His ne ſuper reditus aſtra paras animis?
Nonne ſatis leuibus fuerat prouincia ſeruis
Nulla quibus nomen facta dedere prius?
Quin ergo maiora duces ad prælia, ſeruas
Vertere qui ſolis nutibus aſtra queant?
Si tamen huc aliquas mens eſt effundere uires,
Eſt hapalus: iuuenes perdere lex hapalo.
Sin nequeat læmargus adhæc & frater aſotus,
Quique hominū ſternit corpora pornus erit.
Pectora chryſophilus cogens mortalia contra
Conſortiiſque furet metius impatiens.
At ſi forte uiro ſint ocia grata, lyperus
Non aberit uotis, pinnaleoſque comes.

Quid zopherõ memorẽ? planus inſup & zele- (mon
Inuictis coram ſemp erunt animis.
Sed mala qd toties reuocas antiqua? qd hoſtem
Perpetuum noſtris auribus illatritas?
Talia fumifero eſt uix ore minatus, & omnes
Dicta probant: cultu perpete digna uocant.
Inq; ſalutatum uaſto cum murmure regem
Deſeruere, ſonis intremuere poli.
Triſtis & ignito cum ſulphure fumus euntes
Inſequitur: medio nox erat atra die.
Tanta nec obnixus potuit diſcrimina titan
Vincere: dant lumen fulgura ſola polo.
Conſiliis talis turbæ fuit ordo nefandæ.
Vt tenerum perdant tãta mouent iuuenem.
Fide tamẽ: tibi palma qdẽ eſt ſperãda: fauebunt
Sidera: dant nimiæ præmia nulla minæ.
Sũpſerat hic primas partes audace Panurgus
Corde, ſua tibi qui uerteret arte uiam.
Tu pugnam pugnæq; dolos inſtructus: in illum
Qualibet arma tenes non uiolanda manu.
Qualis ab arce uidens fidus tentoria cuſtos
Fixa procul, toto glande ſonante polo.
Obſerat ære graui poſtes, ſpeculaſq; per omnis
It uigil, & uariis innouat auxiliis.
Nec minus exultãs animis cor alacribus armas:
Teq; agis in ſceleras ſtrennuus ipſe manus.
Aeris ex campis primum iubet ire lyperon,
Cætera quo factum turba premat reſidem.

Fortia tu aſſiduo exercebas membra labore
Nulla pio præbens ocia ſpiritui.
Nunc pſalmis igitur/manibus nunc illa fatigas
Nunc utriſq;: uices hæ placuere deo.
Atq; hoſtem domuere: ſubit læmargus a ſoto
Fretus/& ad ſpretas te monet ire dapes.
Parcior ipſe famem ſatias: neq; uidit edentem
Sol/decima quanquã mos erat eſſe prius.
Coctona/corna/nuces/glandes & ſorba fuere
Fercula: tollebat frigida lympha ſitim.
Lac/fœtus ue auium/qdqd præuixit: & omne
Ignis egens/aberat panis & ipſe manu.
Exiguoq; ſale & paruo (nec ſomper) oliuo
Tingere delicias/cæpe/legumen/olus.
His etiam tua ſæpe cibis ieiuna tenebas
Viſcera/cui fuerat ſemper amica fames.
Pendula per ſepes pictos labruſca racemos
Spargebat/ſoli ſed fuit illa cibo.
Flectit iter/tacitoq; mouet ueſtigia lapſu:
Et ſocius fruſtra iungitur his hapalus.
Senſiſti mox ipſe dolos: creuere labores:
Maioriq; artus aſperitate domas.
Nuda torum præbebat humus/uel feſſa qetem
Libabant ligno membra iacente breuem.
Somnia ſeptenis uicibus nocturna ſecabas:
Septenis flexo reddere uota genu.
Tegmina cinctus eras hirſutis texta capellis:
Vate queant natum dicere Zacharia.

Sed flocco meliore latent: romana iubent ſic
Concilia: antiqui ſic tenuere patres.
Indomito cella egrediens ueſtigia munis
Tergore, quo uermes ſaxa rubos ſuperas.
Nec pedibus nudis exiuit carcere petrus:
Calceus & chriſto non retrahendus erat.
Accedit blando comitatus aſelge lymanter,
Et pornus tacitis terga ſequens pedibus.
Diſſimulāt ueterem pugnā, turpeſq; triūphos,
Quos puer in patriis ædibus abſtuleras.
Tentamenta prius non cognita pectore ſentis,
Quæ nimia hoſtilis ſuggerit improbitas.
Principiis obſtare malis tibi maxima ſemper
Ars fuit, a puero quam didiciſſe potes.
Ante pharetratus quam dirigat arma cupido,
Aurea uiuaces tella necant lacrymæ.
Pugnantiq; aderat deus: atq; ubi ſiſtere contra
Non potes unus, opi ui ſubit ille ſua.
Iamq; planus ruerat: phoberon ciet ira furentē:
Atq; in caſtra feris fertur aperta minis:
Et uariis circum diſtemperat aera morbis:
Et multa impatiens imparitate quatit.
Nec tacitus opus eſſe dolis putat āplius: ad uim
Confugit, haudqdquam ſeq; opamq; terens.
Qualis inaduerſum boream iactatur eundo
Sæpe culex: tibi nec pluris erat phoberos.
Non æſtus nec te uicit uis frigoris ulla,
Non pluuiæ, aut miſto fulmina iacta polo.

Te uaſtum uacuumq́ꝫ nemus/nocteſq́ꝫ tacētes/
Horrida non mortis terruit effigies.
Atq́ꝫ etiam uigiles oculos tibi ſæpe laceſſens
Laruarum uarias fingitur in ſpecies.
Seq́ꝫ pecus dum uile facit/tibi talibus illum
Mos erat ardentem figere cuſpidibus.
Lucifer euge/deo par q̄ ſuper æthere quondam
Factus/in excelſo nunc aquilone ſedes.
Tu ne ipſe es?tanto ſed dic balare ſenatu/
Quid iuuat?hem cæco uerme faceſſe minor.
Sæpe redi tamen/& mihi da ſolatia uictus:
Diſcat & exemplo cætera turba tuo.
Vim grauiter crucis ille ferēs/furibūdus & ipſo
Deriſu/horrendum murmur ab ore dabat.
Qualis poſt primos ſaltus per agreſtia pardus
Dum celerem queritur non rapuiſſe dapem.
Succeſſit pugnæ zopheros caligine ſeptus
Et uictis animos innouat agminibus.
Terroremq́ꝫ auget cœlo:nigriſq́ꝫ fragorem
Nubibus/& multa grandine præcipitat.
Subrides/tardumq́ꝫ uocas ad prælia/contra
Si quid adhuc ualeat uiribus/ire iubes.
Sic pater aduerſos Antonius ibat in hoſtes:
Aeternumq́ꝫ omni nomen ab orbe refert.
Paſſus ad hæc miſeræ ſis quanta pericula uitæ
Quis referat?mundo quis grauiora tulit?
Tu fatis totiens tamen irritatus iniquis
Nulla fugis duræ tempora militiæ.

Diuinis nunquam ceſſantem uidit ab armis:
Te ue inito laſſum marte referre pedem.
Sed clypei ſummas ſi quis uenit ictus ad oras:
Hæmonium priamus plus ualet in iuuenem.
Longa per hyblæos hic poſt ieiunia flores
Sum memor: ut dulces repperit urſa fauos.
Vulnificas fera temnit acus: turbatq; uolantum
Quaq; greges: triſtis pulſa ſit uſq; fames.
Sic tuus inuictas tendebat ad æthera uires
Spiritus: & nunquam tardus ab hoſte fuit.
Solus eras: nec te interea ex mortalibus ullus
Vidit: erat ſoli res tua nota deo.
Cœperat hic nidos nondum componere pgne
Nullus adhuc ceruos fixerat hic corydon.
Raſtra ſequebatur nullos leuis unda per agros:
Indita nec fonti lex erat ulla ſacro.
Forte nouum ignotis tandem genus affuit oris:
Cui neq; digna uiro: digna nec ora fera.
Errabant: uarioq; rudem ſtridore ſequentes
Pabula cogebant ad meliora gregem:
Et uili radice famem: duraq; leuabant
Glande: placet dominis qui cibus eſt pecori.
Vix grege dux melior: capiti reget urſeus ãplo
Crinis: fronſq; truci obducta ſupercilio.
Naribus it ſanies: turpat labra pinguia ſpuma:
Barba grauis mento gramine miſta cadit.
Incultiq; artus: patulo ſtant pectore ſetæ:
Centonemq; humero lora ſaligna ligant.

It ceruo pars uincta genu: pars crure ſolutos
Seruant duratos tergora nulla pedes.
Claua proterua pedum eſt: ſtolidæ ſolatia uitæ
Obliquum quatiunt organa ficta latus.
Qualia perpetuis capta uir fronte tenebris
Fert miſer/& querulo carmine poſcit opem.
Vix ſomno non uiſa putas ludente/diuq;
Miratus/blando ſic prior ore rogas. (ti
Quinã: hoïes ne? fides quæ uſ̃a? ubi mœnia? gẽ
Quod nomen? certum ne abſtulit error iter?
Fidite: cœleſtum non hæc ſine numine cerno:
Huc & forſan erit quo iuuet iſſe dies.
Sæpe rudes animos cœli clementia ditat/
Et non quæſitæ ſæpe uidentur opes.
Stant in dicentem fixis obtutibus omnes/
Talia qui forſan non prius audierant.
Maximus exhauſto uix gutture tityrus altum
Aduocat/& rauco ſic tonat alloquio.
Tanta rogas quæ multa dies explere loquendo
Vix queat/an tibi ſunt ocia longa ſatis?
At nos perpetuus tangit labor: ite ſues hinc
Ite/quibus non ſunt ocia longa ſatis.
Vana tibi uideo ſitis eſt nos ſcire: tamen ſi
Voce caues/paucis quod cupis expediam.
Porciſequi certa nuſquam ſtatione tenemur:
Nox nocet una: fauent eſculus ulmus acer.
Plura per has nobis errant boſcemata ualles:
Sæpe nec eſt noſtrum dinumerare pecus.

Arte ferunt habitaſſe graui conſtructa priores
  Mœnia: nos tanta non iuuat arte labor.
Sat ſunt quæ natura parit: qui cætera narret
  Quære polo: tellus hunc tibi nulla dabit.
Quæ toga, quæ facies: qd nos ſi forte gregeq̄
  Faſcinet? at monſtrum nil ego tale moror.
Hinc ſocii uertamus iter: qd ſiſtimus? hinc hinc
  Ite ſues: uerbis non opus eſt pecori.
Tu tñ unde? qd hic? tantumne cupidine noſtræ
  Artis ades? ſcit me turba docente comes.
Infidus fortaſſe taces? hæc dixerat, & te
  Voce furens tota iudice dicta probat:
Et cantu pecus omne rudi, blandiſq; ciebat
  Nominibus: cytiſum ſpondet & arua paphi.
Id manibus ſocii ingeminant, & gutture uaſto:
  Improbus & uoces grex dedit æquiſonas.
Denſa procul ſtupuere iugis arbuſta: lepuſq;
  Pygargus/capreum ſenſit & omne genus.
Conſortem, pulchrūq; ſeq obliuiſcitur amnem
  Turtur, & exiguus zinzilulare merops.
Quæ tādem indignās poſtq̄ ꝓcul extulit echo,
  Et circum uolucres conticuere ſoni.
Sancta graui ueteꝝ monumēta reuoluere dicto
  Incipis, & certum pandere lucis iter.
Hernica mollitur mens, qualis cæra frequenti
  Preſſa manu: feritas ceſſerat ingenio.
Hic ſocios (qs enim ſocios in marte recuſet?)
  Accipis/& longo carus amore tenes.

Preferri diuina doces/& plurima fando
Raris miſcebas aſpera blandiciis.
Vim tecum quancūq; pati/quæcunq; laborem:
Iam libet/& patrem dicere/teq; ſequi.
Obſequio tu uota uidens/animoſq; calentes/
Auribus hæc uacuis excipienda mones.
Eſt uia/qua cœlum petitur/mortalibus error
Creditur anguſta quod ſit aperta fore.
Incertos magis ergo gradu iuuat ire ſoluto
Limina/ ſed ſatius qui ſapit/arcta tenet.
Sic ſenium coluber ponit:neq; triſtis abit ui
Graminis:arcetur ſæpe dolore dolor.
Hoc igitur qui ſtare loco/terrena peroſſus/
Et meliore cupit tendere ad aſtra gradu/
Pareat ille libens/nec eum trahat ulla peculi
Cura/liget nullis corda cupidinibus.
Nec uobis horrenda cano:puerilis id ætas
(Credite)eoq; magis fortia ſæpe tulit.
Vidimus aſſuetos gemmis/molliq; phalerno/
Pro gelido uacuam fonte cauare manum.
Quiq; oſtro placidum didicit captare ſoporem
Frondibus aut nuda nūc breue pauſat humo.
Audete/optatum capient durantia finem
Vota:patrocinium porriget omne nemus.
Interſum/intereroq; uolens/primuſq; labori
Accingar:fugiant ocia:chriſtus adeſt.
Iuſſa tenent iuuenes:operiq; intenta reuelant
Brachia:falcatis arma premunt manibus.

Cedentes iam lege carent: fœnuſq; decore
Plus licet: inſultat mars nouus imperio.
Omnia ui ferroq; tremunt: hic uulnera ſentit
Prima nemus: ponũt robora pulchra comas.
Dant alni piceæq; baſes, & tigna miniſtrat
Fraxinus: auxilio tota fuit ſylua.
Centũ humiles ſtruxere caſas: ſtruxere ſacellũ:
Gratius hic alios ſoluitur ante labor.
Ilignam ſtatuere trabem, cui culmine ſummo
Ponderis æs modici præpoſuere cauum.
Mœnia ceſpes erat: tegit oĩa culmus & uluã:
Claudunt exiguas uimina texta fores.
Nec lapis adriaco baſibus ſtat uectus ab hiſtro:
Marmore nec diues ſternit hymettus humũ.
At ſimul artificum ceſſit labor, arma reponunt
Seq; dicant ſacris & ſua quiſq; locis.
Auſus & hic fruſtra properat ſperare triũphum
Metius, & celeri fertur ad arma gradu.
Maiori monet ire loco, ſoliumq; tenere:
Pluraq; felici præcinit auſpicio.
Mitis eras, ſoloq; alios præcedis amore:
Lætior ut tumulo pauperiore ſedes.
Qualis in alcinoi campis, quo frugibus arbor
Pinguior eſt, tanto flectit ad ima caput.
Eliadas tot erat tecum ſpectare ſodales.
Quos leue nec fuerat credere ſyluigenas.
Cætera dona ſuper concordia pectora ſanctus
Nutrit amor: confert aurea pax animos.

Zelemon ſtygio interea ſemuſtus ab igne
In triſtem obliquat lumina pinnaleon.
Q uid torpes? thanatos ne tibi fortiſſima fruſtra
Arma dedit? uires quo cecidere tuæ?
Aude aliquid, tantūq; manus cōuerſus in hoſtē
Mitte: tua ſperat poſſe panurgus ope.
Auferri iubet ille moras: heu numen iniquum!
Quod nuſquā propriis uiribus ipſe queam.
Talibus indignans fremuit: uix ille cerebro
Lumina fixa leuat, turpiaq; ora mouet:
Et tenui ſic uoce refert: uidi aſpera bella:
Vidi quæ ueſtras terruit aura manus.
Ah nimium ſed terga dedit uiliſſima caſtris
Chryſophilus tantos ſuetus obire duces.
Vade age, nō abſcedet hyems, qn ſentiat, artes
Q uanta meæ poterūt, quod mihi robur erit.
Signa ſagittiferi magnus chironis apollo
Liquerat: inſtantem ſenſerat ægoceros.
Aera demiſſis boreas perflabat habenis:
Cogebat gelidis frigus aquas fluuiis.
Ecce domū nix multa grauat, cingitq; tumenti
Aggere: caneſcunt arua ſepulta gelu.
Corripit algor edax laceros, hinc frugis egeſtas
Vix effanda uenit: nix procul ire uetat.
Palleſcunt animis capti formidine fratres:
Vndiq; mors triſtes improba ſollicitat.
Et reges hinc ſæpe malos fugere prophetæ:
Liberat e ſodoma loth pereunte deus.

Quo nollet ductus ſtellati eſt ianitor orbis:
Anxius & calicem chriſtus abire rogat.
Hactenus auxiliis totiens te teſte fideles
Diuinis ſocii craſtina crediderant.
Nunc inſperato grauius mucrone petiti
Deſpondere animos ſpe fugiente parant.
Inq uicem triſtes dant uerba nouiſſima: ſed te
Turbabat ueteris tanta ruina fide.
Nec mora cœleſti fretus ſpiramine, feſſis
Blandiris tali cordibus alloquio.
O, Antoniadæ ſocii, quæ dicite mentis
Perculit heſternæ robora tanta manus?
Polliciti maiora timent? ea uota uocat res:
Feruor ubi eſt? tepidis gloria nulla datur.
Viribus hic opus eſt: pudeat dare terga: cateruis
Iam ſpolia & ueſtras diuidit hoſtis opes.
Si ueterum meminiſſe iuuet, quæ fata uidete
Paſſus iob: memorem quid danielis opus?
Hunc neq; diſſimilis petiit fortuna: ciborum
Vnde ſamaritis copia tanta fuit?
Dicite: tesbites, moſes, & chriſtus eandem
Quatriduam decies nonne tulere famem?
Hebdomas una breuis uix uos tentauit egētes,
Durate: eſt nondum dextera fracta dei.
Numen idem eſt, eadem uirtus, eadēq; uolūtas
Semper erit: nullum deſerit alma fides.
Anxia ſic hilari mulcebas pectora uultu:
Et celerem ſpondes affore certus opem.

Afflictis redeunt animi: documenta timorem
Blanda leuant: clades diſplicet ipſa minus.
Te tamen infeſto ſubtorquent agmine curæ
Ingentes: teneri te gregis urit amor.
Nec te certa tenẽt loca: nunc terrã aſpicis: ipſos
Nunc fratres: triſti nunc petis ore polum.
Qualis auis uiſa rapidi uertigine milui,
Sæpe ſolet noſtras rauca per ire domos:
Deuotas ſuprema manus ad ſidera tendis:
Suſpicienſq; humili talia uoce gemis.
Sũme pater qui magna poli faſtigia calcas,
Et pia feſſorum corda manuſq; uides,
De cœlo q mana pluis, ſomnoq; ꝓphetam
Excutis, & grandem fit ſatur ante uiam.
Quẽq; feris babilon addixerat impia mõſtris,
Tu iuuenem patrio pane potenter alis.
Aerias uolucres, magnæq; animantia terre,
Et piſces toto qui regis oceano:
Reſpice nos, patriaſq; piis da uocibus aures:
Semineceſq; fame munere paſce tuo.
Fors ne ſeuera iubes Rhãnuſia triſtia damnet
Corpora: uictrices obſecro ſint animæ.
Sic rerum miſeranda patri præcordia pandis:
Speratiq; feris hoſtia præſidii.
Nec precibus finem dederas, quũ prima repẽte
Limina præſtanti corpore ceruus adit.
Vnde ierit ſtupuere oẽs: niue ſemita nulla eſt:
Appulſum dixit pars aquilone rudis.

At chriſto miſerante datū-qbus altior eſt mēs:
Confugiſſe ſua ſponte putant alii.
Hoſtiles totiens fraudes expertus-amicos
Ne trahat incautos reiicis ipſe domo.
Non abit-aduerſum ſed calcibus ille biſulcis
Et frontis telo fingit utroq; minas.
Stat contra-inde fugit: gaudet certamine uano:
Impauidusq; modis ludere ridiculis.
Qualia pulcher hero redeunti ferre catellus.
Blandimenta procul ſentit ut ire ſolet.
It-redit-inq; ſinus uarios ſe flectit-& ore
Pro uerbis quæ non ſcit dare-dat gemitus.
Nec ſecus aeripes: Actæona dixeris-aut quem
Syluia pectebat: mens tamen eſt alia.
Si liceat-clamare cupit: feriendus ab alto
Mittor: erit uobis me pereunte ſalus.
Erigitur: fratrumq; humectat pectora lingua:
Et ſacra non nocuo pallida dente rapit.
Pronus humo tum ſpōte cadit: turbæq; manēti
Guttura geſtitu dat iugulanda nouo.
Quid facerent! uacuos uentres ieiunia turbant:
Pinguia ſed monacho ſumere nulla licet.
Cornua pulchra manu nodiſq; & fune moranē:
Nec uitale ferus quæritat effugium.
Sternitur-& querulas moribūdus in aera uoces
Temperat: hauriri uiſcera non metuit.
Exta recente legunt fumantia cæde cruenti:
Exuuias rapiunt-arboreumq; caput.

Diuidit oſſa potens gladius: ueſtigia certui
Nulla manent: tabulis uuida fruſta tremunt.
Pars uerubus uix lota datur, ludoq; uolueri:
Firmat adhuc teneră pars trabe fixa fidem.
Fercula uix lare tincta ferunt: pingueſq; catinos
Menſa capit: tardis uim parat eſuries.
Te fratres ad dona uocant cœleſtia: culpam
Si qua ſubeſt abolent, & tua iuſſa rogant.
Conſulis hic iterum diuina oracula, tandem
Veſcitur inſueto caſta caterua cibo.
Eximiturq; fames: nec ſunt quæſita caleno
Gratius ut biberent cæcuba preſſa lacu.
Fons ſatis eſt: primæ redeunt in corpora uires:
Arcent & curas corda refecta graues.
Nec piget immenſas tanto pro munere laudes
Ferre deo: mentes ad grauiora parant.
Lætus in hoc tandem certamine riſerat hoſtis
Victorem prima ſe ratus ex acie.
Iuſſa patris, fratrũq; preces, dum negligit unus
Vitam pro nimia relligione dedit.
Luctifico ſed membra iacent dum ſtrata cubili,
Et duplicem queritur dum pia turba necem,
Multa per exanimis cadit artus gutta trementes:
Et uarius gelida interpolat ora color.
Mirũ aliud, circũ arua tremũt: ruitura fragorem
Dat domus: & mlto chaſmate fumat humus.
Non ſecus alternos humeros quũ p̃ſſus olympi
Improbiore grauis pondere mutat atlas.

Quumue ſub ardenti gemitũ trahit altius ætna
Enceladus-uel quem tota triquetra premit.
At nouus aggreditur ſtãtes pauor: anxia ſenſus
Corda fugit: tremulum pallidat ora gelu.
Anſerei ſtant more gregis: uox hæſerat uſtis
Faucibus: ut uiſa gorgone ſtant alii.
Atq; alii herculeæ quales uertigine peſtis
Vexati duro terga dedere ſolo.
Erigitur-capuloq; ſedet: timor occupat illos
Maior: nec domino mens erat ulla ſuo.
Spem fuga ſola dedit: foribus ſine lege ferũtur:
Et properante ſibi conſuluere pede.
Ille manu & longo reuocat clamore ruentes:
Spectabas triſti tu procul ore polum:
Et miſero pia mente dabas pro funere uota:
Nec leuis intentas perdidit aura preces.
O-nimium ſors inqt atrox-ſed magna precãdo
Flectere tu facili numina uoce potes.
Sic fatus tremulis tibi crura amplectitur ulnis:
Sicq; tacet-fari plurima uiſa cupit.
Comiter exceptum uultu mox ipſe benigno
Tollis humo-& lætã daſq; teneſq; manum:
Et iuſſo ſedet ille loco dum pectore turba
Triſtis eat-uoci dum redimatur iter.
Tum ſtephanus (ſic nomẽ erat) bis pectus an-
Terq; manu feriẽs incipit hæc tremula. (helã
Heu quantum parere negans tibi ſancte peregi
Criminis-at iuſti præmia diſce fori.

Magna tuis raraqꝫ fide capienda uolabunt
Auribus/ & nullis credita codicibus.
Perpetuis fures erebi raptare tenebris
Iudice damnatum me uoluere deo.
Ad ditis iam regna trahor/ iamqꝫ eſca trifauci
Deſtinor: offa dolis nec mihi miſta fuit.
Guttura uipereo quatiebat cincta monili/
Inſaturabiliter funera nigra uorans.
Pallenteſqꝫ furens diris latratibus umbras
Territat: aufugiunt: plus tamen ire nocet.
Veruiferum uulgus/ ſerpentigenumqꝫ lacunar
Obiicitur: piceas uidi acherontis aquas.
Vidi & (adhuc uereor) phlegetonta chaoſqꝫ la/
Sulphureos: ſtygii nec latuere ſinus. (cuſqꝫ
Quam grãdis/ quã tetra palus: ueſtigia uermes
Longa trahunt/ tabo ſtagna per atra uagi.
Tergora tergoribus quatiunt crepitantia cõchis
Induti: rediens tardat euntis iter.
Horruit aſpiciens animus/ dum talia triſtis
Reſpuit/ heu dictu quam grauiora uidet.
Heu quales tenebræ/ quantuſqꝫ per oia clamor/
Quanta catenarum pondera/ quis ſtrepitus.
Parcitur hic nulli nocuo: nulli fauet aurum?
Facta paludatis nec memoranda uiris.
Confuſum genus omne deum/ cõfuſa barathro
Vincla trahunt toto/ ſceptra nec ulla gerunt.
Sunt horum fulgere polo qui numina dicant/
Eſt ea par noſtris nulla fides oculis.

Delubra infauſtæ turbant iouis atra profundi
 Noctis aues: aberant regia ſigna loco.
Per caligineas errat leuis alueus undas,
 Solus agit conto paupere nauta ſenex.
Squallidus ille comas: pendet concreta cruore
 Barba: tegit criſpam ſtans nigra ſeta cutem.
Terruit effigies animum: mirabar & umbris
 Forſan opus tali num foret auxilio.
Bubonum aſcalaphus roſtris bubonior ipſe
 Sternitur, & ſceleras ſe male paſcit aues
Hic quæ populifer domuit (ſi creditur) heros
 Monſtra furunt: domitor uincitur ipſe ſimul.
Raptor auentinæ rupis prius incola, robur
 Triplice ſentit adhuc tempore mænalium.
Semiferos, laphytumq; genus, uaſtoſq; gigantas
 Vidimus, & raſtrum cui graue, pecten erat.
Tantundem Aegidæ labyrinthum fallere filo
 Profuit, ære ſonans claua cibuſq; tenax.
Nec procul hinc alii flāmis ferueſcere, primum
 Protenſa pelagus qui ſecuere rate.
Non uires thelamone ſatum, nō aſtus ulyſſem,
 Laus nec uana ferum liberat æacidam.
Perfidus iliades diuum qui cinxerat auro
 Pergama, & abiegni flet ſimul hoſtis equi.
Hic priamus priamoq; fati, cum matre lycilca,
 Thraxq; malo puerum qui necat hoſpitio.
Iuſſa hic proles laii indignatur eodem
 Truſa loco, finem morte nec ira capit.

Indignoſq; creon fecit quoſcunq; ſepulcro
Sunt quibus & ruerant corpora uulneribus.
Hic gladio iacet ille pila: cadit alter ab igneo
Fulgure: & alterius pectus hiat iaculo.
Voce alius furit immodica; contraq; precatur
Fœmineam curru præcipitante fidem.
Confuſis ululant alii clamoribus aſtra
Qui laterum audebant ſubdere congerie.
Quot reges proceresq; ferunt cœleſtibus olim
Iratos qui nunc uermibus eſca iacent!
Temnere qđ ſuperos fuit hic mezentius audit:
Daunius hic rupto fœdere flet iuuenis.
Qui ſacro phrygiũ obtruncat ꝑ littore regem
Nequidquam ſe non degeneraſſe tulit.
Hic mercede miſer miſera donatur oreſtes:
Et cuicunq; minax ulctio grata fuit.
Triſtia romulidum ueteres in fata triumphi:
Pictaq; uerſatis plauſtra abiere rotis.
Nec ſceptrum tenuiſſe manu radioſq; micantes
Vertice nec populis iura dediſſe iuuat.
Nulla ſenex ſitula ſortitur crimina minos:
Aeace nec ſolio nec Rhadamante ſedes.
Nil uates oculis quem uel ſine ueſte mineruā
Vel ioue uicta ſoror ceperat arte ſapit.
Nec ſine fœmineo ſunt regna nigrantia ſexu:
Teſtis qua pœnus rudere fit iuuenis.
Quæq; ducis ſocios ithaci male ꝑculit & quæ
Phaſiacos uinci poſſe boues docuit.

Et ꝓprium quæcũq; auſa eſt haurire cruorem:
Siue odium/nimius ſiue coegit amor.
Mille meduſæis errant aſpectibus umbræ:
Et comites magno ſphynges eunt numero.
Flebat & alecto triſti ſociata megæra/
Tiſiphoneq; trahens unguibus ora ſoror.
Sunt ſecus extentis alis ſtymphallides/& quæ
Polluerant rapido phineos ungue dapes.
Torquentur/torquentq; ſimul: nec pagina q̃les
Sint pœnæ/potis eſt (credimus) ulla dare.
Nec tityon ſat plectit auis/phlegyaq; creatum
Orbita/tantaleum guttur & unda fugax.
Non/non ſub ſaxo curuatur ſiſyphus uno:
Hic mera tale foret fabula ſupplitium.
Scit modo præcipue laudes qui tinxit eliſæ/
Pellignuſq; loquax/mæoniuſq; ſenex.
Elyſios ſpondent animis felicibus agros:
Altera uæ nobis ni paradiſus erat.
Illic caligo/illic & ſine lumine magnus.
Ignis/& hæc lacrymãs omnia fumus habet.
Longa qdem moles fornacum/mõtis & inſtar
Incus/& tonitru/fulgur/& ipſe faber.
Follibus æternum teliſq; tridentibus ignem
Irritant: manuum uis minor eſt animis.
Naribus ore genis flãmas/atq; auribus augent:
Tot cute non aſper ſpicula tendit eryx
Ictibus excudunt ſtricturas/quæq; ueſæuo
Nequior eſt: terret ſicelis ætna minus.

Stant contra iuga cælſa niuis/glacieſq; geluq;
Septenus tantam nec tryo fert hyemem.
Quo fugiã? qua mẽte morer? mors uiua uidetl
Imminet:& circum uis mala quæq; furit.
Iãq; erat ad tremulas mihi flexilis anchora fau/
Sed tua ſola malis abfuit impietas (ces/
Me prece ſancte tua tanto deus abſtulit orco:
Seruantur cœlo munera tanta tibi.
Ah igitur rurſus mihi ne tam dira uidere
Obtingat/ſupplex flenſq; merere precor.
Hæc ait:& lacrymis iterum conſpergitur ortis:
Et deuota ſacris oſcula dat pedibus.
At fandi nouitate(libros neſciuerat ante)
Et reditu fratres obſtupuere dato.
Impiger ille ſub hæc:animo quid carne ſoluto
Mobilitate magis gliſcit & ingenio.
Vidi equidem & maiora:deeſt facundia/uix &
Vox rediit:cordis tum uetat ipſe tremor.
Naſo ſuum tam dira furens neq; dixit in ibin:
Dicere nec dignum eſt id potuiſſe fide.
Perfidus ah primo tinxit qui ſanguine terram/
Vinoſum riſit qui ſine ueſte patrem/
Triceno chriſtum nummo/falſiſq; labellis
Qui dedit/& multi quos mala fama ſonat/
Hinc aberant/aberantq; truces in ſancta tyrãni/
Quiq; fidem recto non docuere pede.
Peiores peiore puto torquentur harena:
Vox procul audita eſt plurima/nota minus.

Nec moſes genus omne ſuum, nec fonte piatos
Gratia, nec tonſus crinis ad aſtra tulit.
Tot frondes nõ ſternit hyems, nõ tantus ubiq;
Squãmeus in magno grex natat oceano.
Nubila nec plures demittunt tempora guttas,
Quam ſtygis admittit dira palus animas.
Excedant nam mille licet uitalibus auris,
Vix unus raro munere ad aſtra uolat.
Ad neq; nos iterum datur, inq; aliena reuerti
Corpora poſſe, nec eſt terminus exilio.
Dixerat: at rurſum ſemper pius oſcula flenti
Bina ferens, certam ſpem ueniamq; dabas.
Præterea meliore dies ceruice futuros
Viuere, poſt omnis facta ſilere mones.
Quid referam? modo iura tibi cocytia cedunt,
Cui tamen eſt uanus uerba tenere labor?
Qualis Vulcanum ſiccis qui claudit ariſtis,
Vel cribro, aut raris rætibus urget aquas.
Perge tamen, neq; te pigeat pietatis: ieſum
Mente lege, inulto gloria quanta fuit?
Laudata augetur probitas: cataphractus amico
Fortior applauſu miles ad arma redit.
Neſcis ut certo pinxerunt carmine famam,
Qui ſua phœbea tempora fronde ligant?
Aſtra petẽs, iſõnis humũ p̃mit, æquora turbat:
Mille aures aperit, guttura mille mouet.
Preſſa magis ſurgit, qualis fons omnia ſeptus
Ora luto, fluuiis ne queat ire ſuis.

Mox tumet ac ſine lege furens p deuia circum
Millenis terras occupat exitibus.
Euolitat per rura tuum ſic nomen & urbes
Et donis late cernitur aſſiduis.
Surgunt uera loco iam mœnia: cœpit eremus
Eſſe aliud domibus cedere luſtra ſacris.
Talia dona tuæ pia conuerſatio uitæ
Iam meruit tanti iam tua facta fides:.

ARMENIADOS LIBER TERTIVS.

O Veterem plenumq; malis & fraude draconem
Qui tāta humanos impietate petit.
Nō potuit uanis rebus laqueiſq; uirilē
Totus agens animum uincere fœmineis.
Non torua terrere fame non morte tuorum
Quid faciat? non ſunt uis dolus arſq; ſatis.
Bile nigrāte tumet ſtygium flat faucibus ignē:
Os uideas ſpuma nare cruore genas.
Quis faciē horrēdam monſtri qs cōparet iras?
Sæuicia genuit par nihil omnipotens.
Talis hypercompon rauco uocat ore ſupbum:
Et ferus hæc uaſto murmure dicta tonat.
Cernis ut āpla minans caſum mihi nutat auerni
Regia? quo uires ſceptraq; noſtra fluunt?
Dum fore uix hapalo ſeruiſq; minoribus hoſti
Dicis opus modo qui mus erat ecce leo eſt.

In uirgam quæ ſpina fuit/ ſurrexit & haſtam:
Iam trabe/ iam prælo eſt facta ſupba magis.
Sic grandem ſtrictura pyrã/ ſic gutta fluentum/
Sic multam faciunt toxica parua necem.
Cerberon herculeo domitum mortalia dicunt/
Robore/ & orphea nos ſiluiſſe lyra:
Nec puduit/ lucro fuerat dum fabula/ ſed non
Illum ficta leui carmine uerba docent.
Viribus en erebi ueris adamantina rumpit
Clauſtra: charon dictis illius obſequitur.
Hercule marte ioue incedit iã/ numine & omni
Fortior: heu iam nil eſt mihi quod timeat.
Infauſto quotiens noſtri rediere duello!
Vilia uictori terga dedere uiro!
In te igitur noſtræ ſpes figitur una ſalutis/
Solus qui fuſa uincere ſcis acie.
Sentiat ille tibi ſit quanta potentia: pectus
Indue (ſic opus eſt) arma ſuprema tuum.
Hem tantũ cœpiſſe uelis: dabis omnia peſſum:
Fac face/ fac ferro/ fac pede dente manu.
Hic tibi chriſticolum paucis archana recludam:
Nunc pudet hos/ at me nil latuiſſe poteſt.
Regni fata rotam uoluent: reddemur & aſtris/
Et locus in ſummo culmine noſter erit.
Dexter eris/ mecũq; omni regnabis olympo:
Regibus & ſedes una duobus erit.
Interea elyſio quamuis dominabere campo:
Nec dextram fugient ulla cupita tuam.

Talia cocyti rex dixerat:ignis ab atra
Ibat anhelantis plurimus ingluuie.
Aeraq; obſcæno infecit pedore:ſub illi
Riſit hypercompos:riſus amaror erat.
Nutanti tandem ſuccenſuit ille tyranno:
Et tali indignans ora furore mouet.
Tantane cœligenum ſubrepat inertia regnis?
Virtutes tellus terreat æthereas?
Meme/opus expto eſt quæ ſint huic robora dextræ:
Quo uel hypcōpos polleat ingenio.
Vincendum tamen eſt illi prius:ipſe triumphis
Mox adero:mihi rem res aliena parat.
Namq; adeo partis ſpoliis onerabitur/uſq;
Dum uictis nimia mole cadat genibus.
Sic puer hyrtacides/ſic & tarpeia uirago:
Sic alii multus quos male preſſit honor.
Crediderit ſupaſſe hoſtem/renouabitur hoſtis:
Viribus & contra ſurget ad arma recens.
Qualis in argiua quondam fuit hydra palude/
Quemq; dedit libye littera terrigenam.
Quidqd & incipiat/quoquo exeat/additus illi
Semp ero:& nuſquā me feret abſq; pedem.
Corpa nulla frequēs adeo comitabitur umbra:
Iamq; uale/& curis deſine futilibus.
Hæc ait/& fugiens ſe mox immiſcuit atris
Nubibus:horriſona uoce polus crepuit.
Plurima uiſa nigrum eſt uolitare p aera lāpas:
Inq; uicem triſtes flamma ciere notos.

Ille animum rabie furialiq; imbuit ira:
Et ſecum tumido talia corde fremit.
Nonne ego qui niobes in diuam audacia feci
Pectora dum bis ſex hæc parit illa duos?
Sancta deæ fauit proles: diana decorem
Virgineum miſeros fixit apollo mares.
Saxea facta parens ſypilũ ꝓpe triſtis adhuc flet:
Amphion poſita concidit enſe lyra.
Inq; deam uenatricem eſt tumefactus orion:
Quem paruus potuit ſternere caudipeta.
Miſenus tritona tubæ certamine temnens
Me duce ſicaniis piſcibus eſca fuit.
Tempſit & inulctum titania turba tonantem
Quos tellus miſſo fulgure ſorpſit hians.
Quid multis incerta loquor? quis neſcit ieſa
Natus ut intoto laudibus orbe ſonat?
Vicerat aduerſos omnes: quæſiuit ad unum
Quanta ſua ſtabat ſub ditione manus.
Senſit & infelix quid gloria poſſet inanis
Extinctoſq; meo fleuit iners gladio.
Magne parem inficiare tuis dum uiribus ullum
Triſtia fata miſer Sennacheribe ſubis.
Deq; tuis myrias ter ſena potentibus icta eſt:
Nec prolis gladios effugis ipſe tuæ.
Quid referam Babilonis opes regẽq; ſupbum
Pabula qui pecorum carpſit & ipſe pecus?
Quantos præterea miſi ſuper aſtra mihiq;
Quum placuit turpi mox abiere fuga?

Rex ergo tantiq; potens ceſſiſſe tonanti
Neſcius ignoto ſic modo ab hoſte premar?
Mox ego quē penitus: ſed ſic prius arma rponā:
Quidq; queam blandis uocibus experiar.
Talia funeſtus faſtu iactabat inani:
Et greſſu differt ocia uipereo.
At genibus tu flexus humi cœleſtia tota
Mente petis: dandas poſt tibi cernis opes:
Sanctorum uel certa ſedens præſagia uerſas:
Partiriſq; ſacris tempora codicibus.
Exiliue moues non ſegnis arundine doctam
Forte manum rudibus ſæpe legenda paras.
Vel iuuat argutæ frondes intexere palmæ:
Vimine uel tenui curua caniſtra facis.
Ruris opes uarias uarios conuertis in uſus:
Aut aliud ſociis utile ſoluis opus.
Vt uidit procul ille pedem premit: oīa luſtrat
Metiturq; oculis deuouet omne quod eſt.
Nec mores placuere: minus prouincia pridem
Sumpta iuuat: gelido ſudor ab ore fluit.
Acceſſit tamen & pacis pia fœdera fingit:
Aduerſis ſpondet rebus adeſſe modum.
Virtuteſq; animo & præſtantia facta reducit
Et lacheſin quanto uiceris imperio.
Quam gratus ſis ipſe deo mortalibus & quam
Altior utq; apici proximus æthereo.
Hæc memorat faciliq; aura præcordia mulcet:
Sed latet aurato multa machera ſinu.

Tingitur hyblæo durum ſic nectare ferrum:
Vt parere ferox diſcat equus domino.
Obductumq; cibis pauper fallacibus hamum
Mittit ab actæis rupibus ichthybolus.
Munocerota ferum ſyluis uenator eois
Audaci ſuperat fretus amadryade.
Docta ſedet leuibus foliis: caput ille decoro
Virginis in gremium captus odore locat.
Quéq; prius poterat uis lædere nulla furentem:
Sola ſoporatum fraude puella necat.
Talia nequidquam ſecum uerſauerat hoſtis:
Quo prius exciderat uinceret ut gladio.
Robora quanta ſcelus uirtutum culmine ab alto
Traxit: & in ſtygios ſic dedit ire lacus!
Immortale tui latuit nil pectoris aſtrum:
Vidiſti leuibus rætia tecta roſis.
Impauidus doctuſq; animum tu talibus offers:
Cunq; ſua uires calliditate teris.
Hoſtiles pereunt aſtus: pereuntq; labores:
Tu ſemper ſtabilis ſaucius ille fuit.
Signa tibi in tanto neq; ſuſtulit ulla duello:
Fracta reportabat uixq; recepta ſua.
Plurimus interea populus fit: creſcit in urbem
Sylua: notos arcet cedere ſueta notis.
Sunt turres: ubi magna comas/apicéq; leuabat
Populus: hic domus eſt nux ubi fronduerat.
Surgentiq; ſequax iam uitis adhæſerat ulmo:
Trita nouas tellus uomere reddit opes.

Hinnuleos capreaſq; prius quæ pauerat herba
Paſcit equos: cedunt damma lepuſq; boui.
Id tua quaq; micans uirtus effecerat/ ægris
Dum neſcis medicas abſtinuiſſe manus.
Si morbus quẽq̃ uitiumue offenderat/ alter
Ad ſanctum aiebat quin modo carpis iter?
Hoc ſolum iam nomen erat: lucenſis eodem
Nomine/ diuinum ciuis adorat opus.
Quã ſecus euganeos phryx ꝓdidit aduena mõ(tes
Vrbs patauina nouũ ſic uocat alma patrem.
Tanta fuit chartis uirtus inuiſa galeni:
Quæq; citheino carmine munus habent.
Te ueriti coluere tamen: deſueta queruntur
Lucra: modo miſeris tu potiore faues.
Non faſtus non dona mouent oblata/ ſed altus
Vincebat priſcæ te pietatis amor.
Sed tibi grata monas ſemper fuit: illius ergo
Multa moues animo: totus eremon amas.
Certior illa lucro: ſocii aduerſantia iam non
Vlla timent: creber damna minatur honos.
Sic fato meliore tibi proſpexit/ & oræ
Immemor omnipotens non fuit occiduæ.
Ignotum deinceps totum iubet ire per orbem:
Et loca non ſtabili uiſere ſancta pede.
Spondet opem/ fidumq; ducẽ/ ſit parta quouſq;
Certa quies/ ſtatio moribus apta tuis.
Nox erat/ obſcuruſq; obduxerat aera pallor/
Et grauis in fratrum repſerat ora ſopor.

Nec lituo in tantis torpente pepercerat ulli:
Sic facilis uoto cœperat eſſe deus.
Surgis humo, tacituſq; pedem pro limine figis:
Hucq; illuc tenſa porrigis aure caput.
Rebus erat pax sũma: domũq; aduerſa p oẽm
Nulla crepant: cœlo eſt grata fauente quies.
Mox baculum & uilem perã (tibi tota ſupellex
Hæc fuit) & ſancta tollis ab æde libros.
Et ſociorum inſtar ſeruas: tecumq; fuere
Contigerat uariæ quidquid adire uiæ.
Sunt & adhuc, facili ſupplex tangenda labello:
Dura ſimul denſi eſt rætis opus tunica.
Virtutumq; leui teſtis manet illa lauacro:
Et quanta in morbos feceris ante, docet.
Præcipuo nobis ea adhuc ſeruantur honore:
Flectimus & coram ſemper eundo genu.
Pulchra pio quotiens uidi ipſe uolumina uultu!
Vidi, & adoratis oſcula ſæpe dedi.
Quis legat? eſt latio graiiſq; incognita muſis
Littera: neſcit arabs, neſcit & hanc pharius.
Nec manus in partem rediit ſcribẽdo ſiniſtram
Quæ neq; præciſus nouerit Azarias.
Credo ea ſit teneris fueras quã doctus ab ãnis,
Si qua homini patrius dulcia faxit amor.
His contentus abis: & ne ieiunia tardent
Improba te, ſyluis colligis ante cibos.
Summa uiã monſtrat pietas, minuitq; labores:
Et uotis parent terra poluſq; tuis.

Si qua tamen te læua premant/ ea fortior aude
  Vinces: te uirtus te pater æquus amat.
Sic ſummæ parantur opes: ſic ſummus honor
  Itur apex: ſic trans ſidera terra uolat.
Aeſtatem patiens pluuiaſq; & frigus arator
  Si ferat/ huic cereris maior aceruus erit.
Ditior ut redeat pelago & fallacibus auſtris
  Promere iam partas non timet alter opes.
Sed ſatis hæc noſti: caſus uictore per omnes
  Is animo: ſuperas omnia: numen habes.
Per nemora/ & ualles/ pq; alta cacumina tendis:
  Nec facilem cœptis res mouet ulla pedem.
In media eſt tellure locus/ ſic ipſa ſonat uox/
  Nulla ubi p medium redditur umbra diem.
Et ſua ſub puteo titan uidet ora profundo/
  Quum per carcineas incipit ire uias.
Teſte alii uiſu talem dixere ſyenem/
  Aegyptũ & dypytos quæ uidet Aethyopas.
Id ſolymæ tribuunt noſtri/ mortalibus olim
  Si quid opis medio fecit in orbe deus.
Dirigis hac uerſum ueſtigia/ ſemper in axem
  Phœbeum/ quando eſt altior/ os referens/
Bis decies/ cœleſte iubar ſurrexerat/ & bis
  Oceani decies uiſerat hoſpitium.
Optatæ tandem uentum eſt telluris ad agros:
  Et certum ſanctæ iam premis urbis iter.
Turribus apparent præfracta cacumina raris:
  Apparet caſum ſæpe minata ſion.

Tunc duplices ad nota manus faſtigia tendis:
Et multa reſonans talia uoce canis.
Salue ſancta polis qua nõ magis altera cœlo eſt
Proxima: præcincto non adeunda pede.
Et ſuperum tu certa domus es imago ꝓphetis
Sola parens: tuus eſt ciuis & ipſe deus.
Salue iterum cœli promiſſa fidelibus arce:
Pacis & o ſalue ſemper amica quies.
Pax nomen tibi ſacra dedit: decus una mereris
Tale precor natum ſuſcipe læta parens.
Pace tibi uenio: tanto tamen ipſa uideris
Ire procul: paſſu quo meliore feror.
Hæc ſimul alta nouus calor ĩ præcordia ſurgit:
Amplior & lætis uis fuit in pedibus.
Mente labos heſternus abit leuiorq; uidetur
Qui ſuper eſt: ſatagis totus iterq; uoras.
Non ſecus atq; puer blandas it matris ad ulnas
Pontia uel pulchro poma uidens calatho.
Obuia nec ſterilis turbat ueſtigia gleba:
Laſſantur nullo membra labore uiæ.
Iam ꝓpe uera uides: ſacra deniq; tangis eundo
Atq; humili compos limina fronte ſubis.
Nemo uetat nũmos uel extorquet uerbere: nec
Ferrea adhuc terris uenerat impietas. (tam
Perfida gens olim ſolymis dominata nefandæ
Conſuluit ficta relligione ſiti.
Nos aſino tacta præſidere ſanxit ioppe
Sed quem ter nimio ſola dabat pretio.

Digna tamen duplices xpo mox iudice pœnas
Soluit/& oppreſſæ ſaucia ceſſit humo.
Et cui tota prius parebat hetruria-nunc fert
Quod iubet excinctus ferre daniſta iugum.
Seruitio ſeri cupient exire nepotes-
Sed grauiora uetus pondera culpa dabit.
Ipſa tamen (proh) durat adhuc extorſio nũmi:
Infligitq; ferum uerbera multa genus.
Tunc horum nil tale fuit: ueſtigia ſi quo
Dirigis-is uoto ſeruus heruſq; tuo.
Hic dauide ſatus templum quo ſanctius uſquam
Non fuit-infandum ſtruxerat ante ſcelus.
Inſtaurata piæ ueſtigia gentis adhuc ſtant
Tempore: iam ueterũ fluxerat omne decus.
Priſcas diuitias pharos & pellæa tyrannis
Quiq; uiros igni tres dedit abſtulerat.
Perfida ſic heu ter meruit iudæa quaterq;.
Sed ſi qua europæ eſt mẽs bõa-durat amor-
Et modo quæ te urget pietas-animiq; cupita
Pauperies-& qui ſpiritus ire iubet.
Huc illo facilem greſſum duce tendis-& intra
Lætus adoratas incipis ire fores.
Terq; ultro labente genu (uenientibus idem
Mos erat) & tacito ter premis ore ſolum.
Sacrificaſq; preces cœlo dum mittis-& omni
Corde iuuat-placita dum ſtatione frui.
Ecce uiros manibus ſeptem poſt terga ligatis
Ferrea pro primo limine uincla trahunt.

Ad gemini ceu ſæpe patris ſpectauimus aras:
Quem mutinæ longa plebs pietate colit.
Inuiti tandem ſubeunt: circumq; ſupraq;
Fit ſtrepitus: reſonant hinc labor, inde furor.
Nec magis inſani dira rugire leones
Febre ſolent, quales carcer hetruſcus habet.
Vt multa hectoreum clamant Symeona coacti:
Altricemq; uouent illius Armeniam.
Vaſtaq; non notis mox guttura uocibus inflãt:
Et uacuos feriunt dentibus in zephyros.
Quiq; aderant, Symeon q̃ ſit, qui numine tãto
Polleat, intentam quoq; ferunt aciem.
Multiplici (pergebat enim uis tanta furentum)
Agnouere nota, & frontis honore ſacræ.
Mox adeunt, precibuſq; pedes renuẽtis adorãt:
Et miſeris pacem ſupplice uoce rogant.
Quid faceres? aĩum pietas & magna precãtum
Vota petunt: hominem terret ad auſa locus.
Exoratus opem conferre petentibus optas:
Idq; pio ſtatuens pectore ſurgis humo.
Frontẽ humeroſq; leui dũ ſtãs ꝓcul indice tãgis
Ora cadunt totis aſpera corporibus.
Eripuere alii propero ſe ab limine curſu,
Credenteſq; uni terga dedere fugæ.
Tunc multa ſic uoce tonas: audete, uiriles
Sint animi: eſt omni fortior ære fides.
Quo uirtus ſolymæa cadit? nil damna minaẽ:
Vlla nec hoſtilis uos manus inſequitur.

Talia clamabas: pauci audiuere loquentem:
 Quos nondum ediderat credita parua foris.
Momento quocunque timent: redeuntque uocati:
 Qualis percuſſo garrula rana lacu.
Territa fertur aquis: iterum ſe extollit: itemque
 Mergitur: it ſpem ſic inter & acta metum.
Denique fronte procul ſcopulo ſedet obuia tuto:
 Victricique inſtar fugerat unde, uidet.
Non ſecus hos ſtygii turbat uis impia monſtri:
 Teque recepta fauet præcipiente fides.
Curarum interea cocytius aggere prædo
 Cogitur, & languens uritur igne ſuo.
Quæ modo tāta fuit cadit ira, cadūtque furores:
 Et iuſſu pauidi conticuere tuo.
At dente indignante fremunt, & lumine toruo:
 Quaque ualent uetitas dant feritate minas.
Ceu totidem uiſo prope prætereunte moloſſi,
 Quos bonus ancipiti frænat herus calamo.
Omnibus eſt tandē poſtq̄ pax reddita, primus
 Audentem media ſiſtis in æde pedem.
Fingis & hoſtiles irarum neſcius iras:
 Et pia ruga minis aſperat ora ferox.
Numinis & certa te fers ope fretus in hoſtem:
 Impauidoque prior talibus ore furis.
Peſſime dic tanto fruſtra quid uertice ſæuis?
 Num tibi chriſtipara eſt parta tyrānis humo?
Et peiora audere ſoles, quæ tu omnia cenſu
 Mox grauiore cadens ſub phlegetonte lues.

Filius oĩpotẽs fugere impat.: audin! adhuc ſtas!
Matura, & recta triſte reuiſe chaos.
Mira loquar, credenda tamen: uix ſigna ſalutis
Edideras: fandi nec tibi finis erat.
Quum tonitru auditũ, tenebrarꝫ uiſus & ingẽs
Pallor, & igniti ſulphuris hauſtus olor.
Miſcendam arbitrantur opem, lapſuraqꝫ cœlo
Sidera, communem rebus adeſſe pyram.
Procubuere ſolo: ſpondet res nulla ſalutem:
Pro ſolis cœlo uota dabant animis.
Mens ſoli ſteterat tibi: ſed diſcrimine tanto
Feruidus hæc: pares ſic canis urſe leo!
Siccine! mille cruces meritum detrudat abyſſo
Te deus: hæc aris dona ſceleſte dicas!
Tolle, tibi citus hinc & formidabile quidquid
Aufer: & unus eo munere ſemper oua.
Vos tamen interea reduces agnoſcite factum:
Et laudum ſuperis præmia digna date.
Omnia continuo parent: petit aera fœtor:
Redditus eſt titan: conticuere poli.
At læti ambuſtas manicis ad ſumma leuantes
Aſtra manus, poſito te coluere genu.
Alliciunt lacrymas noua gaudia: plurima cœlſi
Vox ferit: & Symeon nil niſi templa ſonant.
Eſt multa uir laude, fuit cui maxima ſemper
Relligio, & ſummæ cura rei Arſenius.
Sublimes ait ille toros, ſanctumqꝫ tribunal
Obliuiſcar, & hoc numine lætus ero.

Sed nixum cæco uetat improba turba tumultu:
Difficilem mens iam feceratuna gradum.
Attica non apibus per prata frequētior uſquam
Alueus eſt:tantum non alit hybla gregem.
Myrmidonū tam denſa acies neq; uiſa, priuſq̄
Enopium fugerent ſomnia fauſta ducem.
Peruia rhabdonomus ſtricto loca ſtrēnuus enſe
Vix facit:& cedi uoce furente iubet.
Pertigit ut tandem te impertiit ille ſalute
Plurima,& ore manum uictor & os tetigit.
Blandiciis iam finis erat:pia lumina cœlo
Erigit,inq; gemens incipit hæc ſenior.
Sæpe deus iuſto tangit mortalia caſu:
Atq; ſuis iterum roborat auxiliis.
In priſcum reditura chaos,mare ſidera terras
Vidimus,eſt maior uiſa tamen pietas.
Eloquar hinc multo turgentē numine ſomnū:
Viſcera ueridico porrige fida precor.
Lectio mane tribus uigilem me fecerat horis:
Accipit hinc ægrum menſa ſopore caput.
Atq; alibi defeſſa quies dum membra peterrat,
Mens uigil ignoto tranſiit huc aditu.
Aedis & ecce quati uideo muroſq; tholumq;:
Exciderant fractis hoſtia cardinibus:
Iam neq; fidebant laquearia cælſa columnis,
Pondus hiat totum mox poſitura baſis.
Plurima fornicibus patet amplis rima:tuumq;
Maxime uix tanti ſtabat opus Salomon.

Nulla paulmento ſteterat pictura trementi:
Credideram ſummum iam ꝓperaſſe diem.
At rerum dum tanta fleo diſcrimina triſtis
Ante oculos nigras pugna fit inter aues.
Nequior aſpectu non his erat ulla celeno:
Parcarum (ſi qua eſt) tam male nulla furit.
Demiſſos timui cacodæmonas aere toto:
Limina uel ſtygii libera facta lacus.
Nec uiſu poſt tanta addunt neq; digna ꝓfatu:
Quæue queant caſtis auribus apta capi.
Spargebant piceas paſſim per turpia ſordes
Chaſmata: quanta fuit naribus o grauitas.
Si quid & illæſi rarum durauerat uncis
Vnguibus & uario perditur interitu.
Præterea incerto uolitantes agmine diris (bāt.
Vocibus (ah tremo adhuc) omina mæſta da
Qui foret his lacrymans ſic terminus ipſe ma
Sola lupis ueluti territa mille pecus. (nebā:
Si uigilo quid chriſte iterum dormire Simonis
Puppe iuuat! repetet num babilona ſion!
Aut qs ad ionias ſtrophades me uictus iniquo
Imbre tulit! ſacro de grege nil rapui.
Somnus an eſt! ſed ſancta loci ſatis oīa noſco:
Hoc adytū hæc ara eſt: hic p̄cor hic ſedeo.
Hæc meditabar; at ecce niuis fulgore columba
Candidior: talem nec uenus ipſa dedit.
Nec noſtræ ſimilem turres peperere nec aruis
Vidimus improbulo quærere grana pede.

Nec mora, ter leuibus tẽplum luſtrauerat alis:
Sublimiq; audens ſedit epiſtylio.
Quã celeri ſcelus omne fuga, facinuſq; timẽdũ
Ceſſerit, effari ſufficis une deus.
Ter toto ſed clauſa ritus ferit hoſtia pugno:
Excutior: reſero limen: at ille ſubit.
Eripitur curis animus: dixiq; beatam
Ocia quæ ex oculis mouerat ægra manum.
Gaudeo morpheo qđ ſim phantaſmate captus:
Sed pueri nimius concutit ora labor.
Inuituſq; tacet: neq; ſat uitalibus auris
Et uia per tremulum libera guttur erat.
Sic tener audieram ſeruos ueſtigia ſocco
Qui nectunt, ad heros ſæpe rediſſe ſuos.
Hic ego multa ſimul præſagio: uiſa probamus:
Somnia nec ſemper uana fuiſſe puto.
Scit daniel, & qui Mariæ comes ibat ioſeph,
Venditus & fratrum qui fuit inſidiis.
Agnoſco quodcunq; fuit: tu nempe uolucris
Lactea, quæ ſtygias tam leue uicit aues.
Seu cœli interpres, ſeu noſtro es corpore tanti,
Sis facilis: tandem quiſquis es inque precor.
Hæc ait: at mites oculos tu ſupplicis inſtar,
Talibus & duplices tendis ad aſtra manus.
Hoc eqdem magne antiſtes fruor aere: & oĩs
Vuida purpurea uena mihi eſt anima.
Poſt ubi tigriferæ patriam telluris alumnus
Deſerui, ſocius mi fuit uſq; labor.

Vixi annos terquinq; patrum sub numine: ſolus
Praelia ſex alios non numeranda tuli.
Compugiles dedit inde deus: doluiq; relictos:
Paupere nunc iuuat hos uiuere caenobio.
Fata ſequor ſuperq; ſequar & quocūq; uocarint:
Spernere quidquid erat quae docuere pecu.
Optaui tamen (& fauit clementia uotis
Suprema) haec ueſtri uiſere ſancta ſoli.
Sed pergit qua lege fides: Quid lumina pallor
Perculit: infauſtum proh deus omen age.
Heu ait antiſtes quantum ſcelus: aſpice ieſu
Aſpice: diſtrahitur grex ſine more tuus.
Effera gens lycium, cyliceſq; aegyptus & aſſur
Vi nos aſſidua clamq; palamq; premunt.
Haud ſecus undiuagae uolucres caua littora cir-
Nulla qbus ſatiat praeda reperta famem (cū-
Siue lupi quis ſola, uetuſq; libido nocendi,
Calcandiq; fremens ſanguinis eſt rabies.
Felices miſerata tulit quos terra, uidere
Ne ue neceſſe foret tanta pericla pati.
At miſeros uociatta fugit mors uulgus, & illam
Iactura caperet pro leuiore libens.
Eſt dicunt ea ſola modum poſitura labori:
Tu deus ah noſti: ſolus agenda tenes.
Haec pater arſenius: dictis ſuſpiria finem
Fecerunt toto pectore tracta pium.
Exq; genis tepidus fluxit lacrymantibus imber:
Hic oculus fletu nec tuus abſtinuit.

At xp̃m ſuperoſq; omnes uocat ordine paſtor
Auxilio: ſequitur uoce fauens populus.
Hinc ſolus pater orabat: ſacroq; piatos
Flumine, ſupremis ire iubet precibus.
Tum nutu accerſit poſt ſe myſtillon euntem:
Et paucis aurem murmurat in uacuam.
Collegas uocat ille ſuos: ſeruoſq; fugaces
Millenis prudens excitat imperiis.
Dant ſperata nouas pigris obſonia uires:
Quenlibet in uarium ſors ſua mittit opus.
Nixi humeris hi grata ferunt alimenta uoraci
Vulcano: ueteres deiicit ille rogos.
Iuſſa cauis aiam puteo manus excipit hauſtris:
Frigidus implebat fracta ſepulcra latex.
Lactentem gladio ſecat hic infruſta capellum:
Aut captas leuibus nudat aues ſpoliis.
Alter ab anſeribus magnum iecur eripit albis:
Et teneri purgat uiſcera longa bouis.
Hic ferro ardentes aut torre laceſſere glebas:
Follibus ille nigras impetit æoliis.
Tegana flãmiuomis locat hic ſpacioſa caminis.
Voluit & hic longo fercula fixa ueru.
Ferrea qui curuos nectant ad lora lebetas
Sunt, quibus & moueant ocia chitropodes.
Far tritum pars cogit aqua: pars oua fatigat:
Centiforaq; cadit caſeus ex tabula.
In ſpiras creſcit ſcriblita, & clauditur igni:
Pinguis & in teſta conditur artocrea.

Seſſilis hic lactuca graui miſcetur aceto:
Exq; nouo uariæ uere leguntur opes.
Saxea nec tereti reticent mortaria ligno:
Nux rhodopes, corylus, glãs iouis interitur:
Inuoluuntq; olim ceu ſimulus ille catillo
Quem noctu eſuries craſtina terruerat.
Faucibus interea præceps tamen ibat iacchus:
Aſſiduumq; rudis uox minuebat onus.
Hic amaryllin amans cantabat & ille neæram:
Sicq; per ora uolat turpia turpis amor.
Haud minus ingenui iuuenes, pcerũq; ppago
Accinguntur: opus feruet: eunt, redeunt.
Nec generoſa frequẽs turbat præcordia iuſſus:
Certat & inſueto pulchra labore manus.
Qualia dixit apum mantus examina uates,
Vrbs quum ſurgebat tergore menſa bouis.
Tonſa tegunt citreas menſas mantilia, & altis
Extenduntur opes ſedibus attalicæ.
Gallica parietibus ſternuntur ſtragula totis:
Stragula quæ ueterum non pia fata notant:
Supremum hic ſolymæ licet exitiumq; delq;
Ignoti ultores cernere romulidas.
Vt fera delicium mundi titus induit arma:
Vtq; peregrinis caſtra gubernat agris.
Succenſetq; oratores ſine honore remiſſos:
Cunctaq; militibus diripienda iubet.
Labitur ad ueteres urbis mauortia muros
Vinea: præcipitat ferreus hinc aries.

Hinc ſua nequidquam defendunt mœnia ciues:
Conoſq; & multo ſcuta terunt lapide.
Itala non aliquo terrentur pila tumultu:
Nec timet obſeſſos plumbea glans pugiles.
Intus ad alta patrum ſeries fert ſidera palmas,
Sera tamen: ſurda ſtat procul aure deus.
Ieiunæ laniare audent ſua pignora matres:
Triſtia crudeli figere membra ueru.
It ſpoliis romana phalanx orientis onuſta:
Et ſequitur ſolymi gloria fracta ſoli.
It latio ferienda ioui moſæa iuuentus:
Indignis trahitur uincta puella modis.
Sic ea palladio fuerant diſtincta labore
Stamina: ſic textor phryx dedit & pharius.
Id regni iam pauper erat: monumenta priorum
Sumpſerat aut ætas: aut ferus hoſtis habet.
Multa fuit uariis domibus collata ſupellex:
Nec ſine mentoreo menſa labore fuit.
Meta calix & turbo ruens, ſaturnia quos non
Vincant feſta, ſuis ſtant ſimul ordinibus.
Sunt cultri quos ditat ebur, fuluiq; bidentes:
Plurima congeſto ſurgere quadra rogo.
Et tyriis & quos pæſtana roſaria mittunt
Floribus, & cylici ſpargitur aula croco.
Igniferis hebenum patinis panchæaq; fumant
Tura, uel æthyopes cinnama quæ dederant.
Interea tu antiqua domus miracula ſanctæ
Perlegis, & facili diſcis ab arſenio.

Thesbitam moſemq; uides longoq; prophetas
Ordine, poſt ueteres omnipotentis auos.
Hos ſampſon reliquiq; duces, & dura ſequūtur
Prælia, poſt multus ſaule regente labor.
Et ſaulis quæcunq; gener dedit inclyta facta:
Mattathiæq; minis non tremefacta fides.
Granilegam rhutem ſecus inſpicis: auſa uirile
Stabat iudit opus iam reditura domum.
Os eſter tremulum ſceptro inclinata ſuperbo
Porrigit: & carum liberat hoſte genus.
Supplicibus ſuſanna genis ſpectabat olympum
Dum mœchos docto iudicat ore puer.
Hæc ſemel atq; iterum miraris, & omnia laude
Afficis, artificem, facta animoſa, deum.
Verum cuncta ſimul uidet uuidus acta magiros
Dat ſignum: numerat tempora lapſa pater.
Et genio pars danda ſua eſt, quin cedimus inqt:
Nec metuenda tibi eſt exulis hora mari.
Iám decimam præceps titan agit: auxit & eſcas
Turbis, qui uerbo dixerat eſſe ſatis.
Sic ſuperq; monumenta nouo ſoluebat elencho:
Sed tibi mens tanto triſtis erat penore.
Nam tibi delicium madefacta eſt conchis oliua
Et ſale: nulla fuit pax tibi cum bromio.
Quæ mō longa domēt ieiunia uulga colurnas
Caſtaneaſq; tibi ſeruat auara nuces.
Has ꝓmis, tenuēq; ſimul quem glādis aceruum
Longa per ignotum ſylua pararat iter.

Obſtupuit tanta ſenior uirtute: poloq;
Voce leuat duplices uix redeunte manus.
O uera antoni proles/ſpes certa tuorum:
Tu decus & uitæ ſignifer eliacæ.
Sed tibi nolo ſatis ueniant ad præmia ſyluæ:
Victoris quercum tempora ſola petunt.
Fruſtra ergo tam dura paras conuiuia: noſtris
Veſcere/ſi tenebras lux ſolet alma ſequi.
Nulla diebus edi quidquam uetuere nefaſtis
Iura: petro ſunt hac uincla ſoluta die.
Non curas/non ſemper amat ieiunia uirtus:
Interdumq; cibi par facit omne genus.
Sic patrum pars magna nouo corā hoſpite ſedit
Cœnatura: deum panis edendo docet.
Cœna rudes docuit multo plus codice/uictor
Qua ſtygis ex tumulo prodiit ille die.
Coxit & is piſces prunis/captoſq; popoſcit
Nuper/& hyblææ munera ſumpſit apis.
Sed tibi ſi tantus uacuis eſt auribus ardor:
Et iuuat hos duplici diſcere calle lares: (cū
Obſequar: & qdqd fert mēs memorabile/me/
Faxo ſcies: ſed abit nulla loquendo fames.
Dardanus ante dapes nec tanta recenſuit heros:
Nec graue dulichius mane loquutus iter.
Pergama uicta mero reduces pinxere pelaſgi
Quum leuis ablato gauſape menſa foret.
Finis erat dapibus/panemq; intinxerat agno/
Longa ſuis chriſtus quum documenta dedit.

An pia fors meliore cibo mens horruit? at ſunt
Et nobis quas det menſa ſecunda dapes.
Hæc tua ſunt-dignum ſi ſit parere: nec ullum
Lætus in hac patiar tantalon eſſe domo.
Fatus erat: rumpens tu longa ſilentia: patris
Præcipere eſt inquis: iuſſa tenere meum.
Propter erat-tineis nunquã minuenda nec igni
Sethino triplicis robore menſa gradus.
Quale adytis altare ſacris & fornice primo
Prominet: hanc byſſus palladis ars operit.
Stat ſuper argentum & fruges-auecta cydone
Struthea-& e-ſiculis nectat arundinibus.
Sunt & ab antiqua uenientia pruna damaſco-
Et quæ tysbeus fecerat atra cruor.
Quæq; tulit uictor latias lucullus ad urbes:
Centumplexq; genus ſunt pira-ſunt coryli.
Demophoonteæq; nuces-cybeleia poma-
Et chartis iunctæ munera thebaicæ.
Miſerat ægyptus pingues ptolemeia ficos-
Et paſſos tellus paſyphaea botros.
Præcoqua nec deſũt quæ dãt artaxata-nec quæ
Media: nec cucumis pinguis alumnus humi.
Vicinis nuper demptas careotides hortis-
Et poſito teretes felle uides oleas.
Caſtaneæq; paphi q̃s mollit amaracus adſunt:
Adſunt molluſcæ non mala mala nuces.
Hæc tibi grata famem conuiuia tanta uidenti-
Frigidaq; ardentem ſuſtulit unda ſitim.

Allexit res nulla foro curata coquino:
Nulla coronati flore uenus cyathi.
Aſt ubi ſunt patulis leuiora tapetia quadris,
In uarios abeunt ora ſoluta logos.
Virtutes pars magna tuas memorabat, & ater
Quam dira fureret ſpiritus ingluuie.
Tu ſolus ſine uoce ſedes, oculoſq; leuantem
Vt uidit, digito pax ait Arſenius.
Intenti fauere omnes: orditur ab alta
Sede pater: uotis obſequiturq; tuis.
Et tibi uoce locos atq; interualla locorum
Indicat, & certis ſeparat ordinibus.
Pendebat docto procerum narantis ab ore
Turba, comes dictis ibat amænus odor.
Qualem cecropiis dat floribus aura, priuſquā
Caſtor apollinei ſentiat axis onus.
Quippe ſatis uiſu noranr prius omnia, ſed ni
Sit pudor hæc eadem rurſus agenda rogent.
Non ſecus atq; canū poſt uicta picula ceruus
Optatas calido pectore nactus aquas.
Infontem toto bibiturus mergitur ore,
Dum totam liber cenſeat iſſe ſitim.
Fontis adhuc pulchri tamen allicit alta cupido.
Qua ter & impauidus perluit ora quater.
Hos patris neq; grata minus facundia mulcet.
Dicendiq; grauis cum pietate modus.
Sola reor placuere minus compendia: ſed non
Deceſſit breuitas debita iure ſuo.

An pia ſors meliore cibo mens horruit? at ſunt
Et nobis quas det menſa ſecunda dapes.
Hæc tua ſunt-dignum ſi ſit parere: nec ullum
Lætus in hac patiar tantalon eſſe domo.
Fatus erat: rumpens tu longa ſilentia: patris
Præcipere eſt inquis: iuſſa tenere meum.
Propter erat-tineis nunquã minuenda nec igni
Sethino triplicis robore menſa gradus.
Quale adytis altare ſacris & fornice primo
Prominet: hanc byſſus palladis ars operit.
Stat ſuper argentum & fruges-auecta cydone
Struthea-& e-ſiculis nectat arundinibus.
Sunt & ab antiqua uenientia pruna damaſco-
Et quæ tysbeus fecerat atra cruor.
Quæq; tulit uictor latias lucullus ad urbes:
Centumplexq; genus ſunt pira-ſunt coryli.
Demophoonteæq; nuces-cybeleia poma-
Et chartis iunctæ munera thebaicæ.
Miſerat ægyptus pingues ptolemeia ficos-
Et paſſos tellus paſyphaea botros.
Præcoqua nec deſũt quæ dãt artaxata-nec quæ
Media: nec cucumis pinguis alumnus humi.
Vicinis nuper demptas careotides hortis-
Et poſito teretes felle uides oleas.
Caſtaneæq; paphi q̃s mollit amaracus adſunt:
Adſunt molluſcæ non mala mala nuces.
Hæc tibi grata famem conuiuia tanta uidenti-
Frigidaq; ardentem ſuſtulit unda ſitim.

Allexit res nulla foro curata coquino:
Nulla coronati flore uenus cyathi.
Aſt ubi ſunt patulis leuiora tapetia quadris,
In uarios abeunt ora ſoluta logos.
Virtutes pars magna tuas memorabat, & ater
Quam dira fureret ſpiritus ingluuie.
Tu ſolus ſine uoce ſedes, oculoſq; leuantem
Vt uidit, digito pax ait Arſenius.
Intenti fauere omnes: orditur ab alta
Sede pater: uotis obſequiturq; tuis.
Et tibi uoce locos atq; interualla locorum
Indicat, & certis ſeparat ordinibus.
Pendebat docto procerum narantis ab ore
Turba, comes dictis ibat amænus odor.
Qualem cecropiis dat floribus aura, priuſquã
Caſtor apollinei ſentiat axis onus.
Quippe ſatis uiſu noranr prius omnia, ſed ni
Sit pudor hæc eadem rurſus agenda rogent.
Non ſecus atq; canũ poſt uicta picula ceruus
Optatas calido pectore nactus aquas.
Infontem toto bibiturus mergitur ore,
Dum totam liber cenſeat iſſe ſitim.
Fontis adhuc pulchri tamen allicit alta cupido.
Qua ter & impauidus perluit ora quater.
Hos patris neq; grata minus facundia mulcet.
Dicendiq; grauis cum pietate modus.
Sola reor placuere minus compendia: ſed non
Deceſſit breuitas debita iure ſuo.

Singula dinumerare piget, neq; credimus inqt
Scilicet hæc fando tempora poſſe pati.
Sed domus hæc noſtro ſemper fuit hoſpes ieſu
Fratribus hæc eadem fida fuit ſtatio.
Hic ſimul ah triſtes ſederunt ueſpere, prompſit
Omnipotẽs tenerum quo moriturus ouem.
Hic poſtquam obtorto luit œdipus impia collo
Crimina, ſorte datus ſanctior eſt numero.
Hic ſtephanum ſocioſq; penu, rerũq; miniſtris
Prætulerunt graue ne matribus eſſet opus.
Hic ſatus Alphæo primũ orgia ſancta celebrat:
Hic ſuperum linguis flamen & igne datur.
Sũt quoq; multa locis nõ ſat mihi nota, ſed ipſe
Videris, auditu certior eſt oculus.
Teq; foris placitura manent: lætabere uiſis:
Vlla nec id cuiquam tedia præbet iter.
Non tamẽ hæc ſtabili ſedet oĩs ĩ æquore tellus:
Antiquam cernes ſtare ſiona iugo.
Sunt & oliuiferi montes quos uertice toto
Sanctior ille omnes uincit & arboribus.
Hic pedis in ſaxo liquit ueſtigia dextri,
Aurea quum noſter ſcanderet aſtra deus.
Paruus adhuc ſtat mõtis apex: crux ſcta colẽdũ
Præſenti quondam marmore fixa facit.
Hic humat exanimẽ noctu q aduenerat heros:
Nouit & hic reducem fœmina uerſa deum.
Ante tamen quantas noſtris locus ipſe ruinas
Quot gemitus mater lacrymolenta dedit!

Aſpicieſq; uireta madens ubi ſanguine chriſtus
Et ſudore iubet tres uigilare uiros.
Hic heu falſa dedit domino mercator iniquus
Oſcula. damnatis paruit omnipotens.
Nec procul hinc lacus eſt cui plurima piſcis egeſtas
Atq; lauãda dedit dorica nomẽ ouis.
Parte gion alia furto cadit albus in urbem,
Sic iubet aſſyrios dum timet ezechias.
Sic elea petit ualles arethuſa ſicanas,
Sollicitl fugiens improba uota proci.
Sic uagus & nemees eraſinus mergitur aruis:
Atq; iterum cœlo redditur argolico.
Nec cereri eſt ignotus ager ſitus arbore multa:
Lætior alcinoi nec paradiſus erat.
Pinguia uictrices palmas dant arua, nec illis
Attica palladio robore præſtat humus
Conſuerantq; rudes uiridi dionyſia thyrſo
Ludere, baſſarica cingere fronde comas.
Talia dum latio paret iudæa pharoq;,
Heu regni didicit non memor ætherei.
Dicebat/uigili tacitus tu mente manebas:
Ora pia tandem uoce benigna moues.
Accepi ut uidiſſe putem, mihi talia quæſo
Sæpe dari: hæ ſuperant regia dona dapes.
Porro deus quẽ nulla latent, æquuſq; potenſq;
Letheis nunquam talia merget aquis.
Ille tuam dono augebit centumplice uitam,
Regna dehinc idem conferet ætherea.

Sed tenebris cœlum iam nox obducit: abiri
Præcipe: lux hilarem craſtina me faciet.
Fronte fauet: ſignumq; leui accumbentibus ictu
Dat pater: it uacuis citrea menſa toris.
Stant proceres circũ: grateſq; ſequunt̃ agentem
Arſenium ſuperis: orgia parua canunt.
Orgia quis cœlo ſatis eſt clementia dicit
Summa: penus habito promus ut ære ſolet.
Vtq; iterum ſedere: ſciens & arundinis aulus
Et fidis: arma togæ cinctus amica uenit.
Arma qbus ſocerum ſolitus mulcere furentem
Dauid: & orcigenam pellere erat rabiem.
Cuncta uiro ceſſere ſtrepentia: & omne quieuit
Murmur: erat tenſis auribus eſuries
Ille deum triſti ſurgentem orditur ab antro
Et ſine marmoreas ui patuiſſe fores.
Filius omnipotens ſolatia quanta parenti
Præbuit: & flenti perfida dicta petro.
Fœmineos quotiens uaria ſub imagine fletus
Vertit: adorandos exhibuitq; pedes.
Ipſe duos inter quo tertius ibat amicos
Schemate: quæ panis fractio: qui reditus.
Qualis & intactos poſtes penetrauit eodem
Veſpere: quoq; graues diſtulit ore metus.
Guſtatoſq; nouo patulis cum melle ſiluros
Littoribus: quotiens pax ait: en ego ſum.
Vt manuũ lateriſq; thomæ eſt palpata cicatrix.
Qua cœlo tandem uoce tetendit iter.

Talia nectareus docto dabat aulus ab ore:
Nec deerat clariæ dulce melos citharæ.
Laudauere patres uulguſq; coronida cænæ:
Quaſq; dedit lætas tercia menſa dapes.
Aurea felici uolitabant ſidera cœlo:
Phœbus atlanteis merſerat ora iugis.
Iam caliſtoi fulgent inſignia plauſtri/
Vnde uiam tremula nauita quærit acu.
Strauerat attalicis paruas tibi ueſtibus ædes
Hoſpitis & pulchrum fida cubile manus.
Indideratq; leui nequidquam lintea byſſo:
Splendebant uariis cætera diuitiis.
Tu ſella contentus eras ueteriq; cucullo:
Si quid & acceptum eſt molle-tapete fuit.
Talia decreras pridem dimittere/nec te
Blandiloquæ poterant flectere mille preces.
Tandem ſolus eras: daui ſimul atq; ſimones,
Ipſi etiam ſtrepitus abſtinuere canes:.

ARMENIADOS LIBER IIII

d Eniq; parta dies: bonus incipit ire per urbem,
Arſenius-uotis ut pote adeſſe tuis.
Aduenere uiri iſignes: lætiq; ſequunt
Occupat hinc omnem uulgus & inde uiam.
Ille manu te ſemper habet: comitiq; benignus
Blanditur: tardo ſic iuuat ire gradu.

Sublimem docti primum ſalomonis ad ædem
  Tenditur: eſt animo uiſa uidere ſitis
Eſt adytum antiquũ primo ſub fornice, poſtes
  In medios, multa relligione ſacrum.
Inq; adyti ſummo noſtræ ſtat ſancta ſalutis
  Effigies, nudo corpore fixa cedro.
Hic omnes poſuere genu: procedit ad aras
  Dux pius, & multis incipit hæc lacrymis.
Summe deus, ſummiq; dei certiſſima proles,
  Non idem ſed idem nec minor & minor es'
Es quod eras, & ſemp eris: ſed fallere mortem
  Vt poſſes, noſtri factus es inſtar homo.
Te tuus in quantos caſus amor egit, ut inde
  Nos raperes, regno compoſiture tuo!
Eſuriemq; ſitim, latebras, & frigus, & æſtum,
  Fata reo tandem digna trifure ſubis.
Purpureo efflaſti pedens cum ſanguine uitam:
  Nox tantum obduxit Tiſiphonea diem.
Tanta ergo peritura putem! fruſtra ne redẽptor
  Noſter eris! tantus ne ibit inane labor!
Plaſma tuũ, tua præda ſumus: poſt plauſtra triũ
  In põpam uictor nos trahe magne tui (phi
Sed furit hoſtis adhuc, & marte laceſſit iniquo
  Vincimur: ah iterum (reſpice) differimur
Nullus erit labor inde tibi: repetendaq; nulla eſt
  Pugna: tuus tantum iam ſatis eſt oculus.
Hoc ſummam ætherei capitoli quibis ad arcem
  Ducere nos: tutis ſiſtere pro ſoliis.

Audi audi omp̄s: quod adhuc ſtat nomē amicū
Spem uegetat: prolis fac rata uota pater.
Tuq; ait o, tanti genitrix celeberrima regis
Cœleſti qui te prætulit imperio,
Cedere cœlitibus reliquis ſolet ille precando:
Sola tui fatum cogere ſcit pietas:
Aſtra freto, terramq; igni miſcere paratum
Flexiſti uultu ſæpe ſerena tuo.
Ad te diua potens igitur deuota (nec illi eſt
Spes aliunde) animo ſupplice plebs refugit.
Scis miſeros ut iniqua p̄munt: ḡuiora minatur,
Iamq; aderit proli gens inimica tuæ.
Arce hoſtes regina tuos hoſteſq; tuorum:
Ipſa lycaoniam perſpicis ingluuiem.
Tantū illā moderare, dari non ampla rogamus
Regna, nec eſt nobis ſanguinis ulla ſitis.
Euaſiſſe ſat eſt: placeant tibi uota togatæ
Vrbis: & altricem complue pace tuam.
Sic pater orabat ſupplex: ter cætera fauit
Voce cohors: ſoli nota canunt ſolymæ.
Quæ patres a moſe prius didicere, pharaon
Rex ut erythræas tam male ſenſit aquas.
Quæq; puer cecinit cui parta eſt gloria funda,
Blasphæmus proprio quum ruit enſe gigas.
Inde ſacrum ſenior ueſtigia uertit ad antrum
Quo ſunt exanimi iuſta ſoluta deo.
Clauſtra patēt: fax mlta micat: ſubit ille: ſubiſtu:
Cætera pro ſanctis turba cadit foribus.

Te neq; longa diu potuere ſilentia tandem
Cogere: feruebat pectore tantus amor.
O christi ſuprema domus, dulciſq; laborum
Finis, & a ſummo lecta tonante quies.
Tu nomen tu horrenda necis ueſtigia ſeruas:
Res tamen eſt tantum nulla timenda neci.
Deliciis eadem uincis quodcunq; ſub omni eſt
Sole decus: tibi par ſcitur in orbe nihil.
Pella pharos babilon & ſe qd barbara mēphis:
Stemmata adhuc cares qd ſua in aſtra leuant?
Nēpe ea, quæq; olim numero ſpectāda uetuſtas
Septeno cecinit ſtemmata, tu ſuperas.
Illa hoīum fruſtra cineres clauſere prophanos:
Tu qui non toto clauditur orbe tegis.
Si felix horum pietas, felicior heros,
Qui tali omnificem condidit hoſpitio.
Heu caput hic poſitū eſt: hic triſtia mēbra gerūt:
Et gelida hic noſtræ planta ſalutis erat.
O, pietas o, ſumma dei clementia: amoris
Vis noua, pro uili tanta tuliſſe fimo.
Ah ego cur aīam moror hanc? uel corpore ſera
Egredere: adq; tuum iam fuge uita ducem.
Talia luctifico ſenior clamore gementem
Tollit humo: & lacrymis terminat ille gradū.
Mox aliis iter inde locis ueſtigia rerum
Grata, patri quanta eſt mens didiciſſe uides.
Et digito iuga ſancta docet: uolitauit ab illo
Victor ad aſtra magis colle tumente deus.

Ille ꝓcul thabor eſt/quo uiſus apolline chriſtus:
Clarior/exceſſum prodidit ipſe ſuum.
Sedit in hoc tantis inopes quum laudibus idem
Extulit/& recti iuſſit amare ſitim.
Eſt alius quem noſtra uident uix lumina/largas
Neſcius unde deo protulit hoſtis opes.
Atq; illuc ſterilem parituram uiſere uirgo
Feſtinat/partu iam meliore grauis.
Cernin & hūc modica pallet q̄ nube? ꝓphetam
Credimus hirſutum delituiſſe metu.
Singula ſic memorat: tibi quo licet ire/laborem
Vis per in expertas nulla uias reuocat.
Nulla fames auidum/nec te ſitis ulla fatigat:
Quærere non eadem ter piget atq; quater.
Sola animum titanis erant decliuia contra/
Et celeri nimium nox properata uice.
Triſtis & occiduas ſuſpiria mittis in alpes
Sæpius aſpecto ſic phaetonte gemens.
Quas oras/aut quæ mūdi noua climata cerno?
Quaue poli iacet hoc ſub regione ſolum?
Tyndaridas ne ſuo ſemouit ab ordine chiron?
Falſane in arctoo uoluitur axe rota?
Ocyor ignę q̄dem/zephyriſq; furentibus it ſol:
Nec dū ſumma calent culmina/ueſper adeſt.
Atq; ubi nox uacuum caligine tinxerit orbem/
Vix teſtudineo lux redit alma gradu.
Omnipotens ſcio ſæpe dies produxit & ipſe
Moſæi nequeo non memor eſſe ducis.

Poſſet ut is totos armis fatalibus hoſtes
Perdere cōiuncta eſt lux ſine nocte duplex.
Ezechias ter quinq; gradus titana reuerti
Senſit, & eſt illi longior aucta ſalus.
Sic meruit nox nulla trahi: remoretur eoum
Si deus, o, reſonet quantus in ore mihi.
Talia uerſabas pietatis imagine captus:
Fit ſitis ad longas inſaturata moras.
Incipit & priſci flammas abolere laboris
Blanda quies, animo iam placet & pedibus.
Sunt & pontificis patrumq; infeſta rogantum
Vota, ſodalitium dulce, beata domus.
Cœlitibus uiſum eſt aliter: demiſit olympo
Seria monſtraret qui tibi fata deus.
Nuper iter medium nox egerat atra, bouteſq;
Retrogrados nondum ſoluerat arctophylax.
Surgebas, cœlo ſolitos miſſure precatus,
Quum diſcuſſa nouo euanuit umbra die.
Luminis ante oculos iuuenis dux fulſit & oēm
Protinus ocimeo ſparſit odore locum.
Lumen, odos, & qdqd erat cœleſte palā te eſt:
Sola uiri facies eſt tibi nota minus.
Eſt illi ſine fine decor, cui nulla ſub aſtris
Certet imago, manus fingere nulla queat.
Pileus auricomū obnubit caput: haſta ſiniſtram
Occupat: in dextra lilia uerna micant.
Adq; humeros ritu ueſtis redit alba gabino:
Ire parata leui tergore ſura latet.

Aerſe tergo & ſummis ſunt auribus alæ,
Et pedibus: poteras dicere mercurium.
Sic te parrhaſii quondam docuere tabellæ,
Et quæ laurigeri dant monumenta ſenes.
Eſſe ipſum lux ſācta negat: neq; uincta colubris
Virga: fides animo fluctuat ancipiti.
Nec mora, florentem ramum ꝓtendit amænus
Lucifer, & tali te monet alloquio.
Quæ tua mendaces pulſant præcordia nugæ?
Non ego ſum mœcha natus atlantiade.
Nec tales queat ille ſibi præfingere uultus:
Nec ſummo illius facta placent domino.
Suprema ante omnes ſeptem pro ſede miniſtri
Stant ſemper: pepulit primus ab arce malos.
Et trutina horrendus cenſet, qs dignus olympo
Quis ſtyge: poſt uirtus numinis eſt gabriel.
Venit eo duce ſumma ſalus: ego tercius, ille
Qui fidis iubeor ſemper adeſſe uiris.
Scit thobias: ſciuere alii quibus indita cœlo
Spes fuit: eſt neq; me doctior hippocrates.
Sed ſatis arſenio iam ſit tenuiſſe uocatum
Deſuper: eſt ſolymæ non tibi parta quies.
Surge libens, neq; fata diu cœleſtia differ:
Non abero: celeri perfice iuſſa pede.
Hæc ait, impleuitq; animis ardentia corda:
Et leuis humano fugit ab intuitu.
Quam uultu ſpeciem, quæ gaudia pectore toto
Hauſiſti, & magno laus data quanta deo eſt,

Quis referat? tantis & enim mortalis auenæ
Non opis eſt: dictis uix erit ulla fides.
Sed lacrymæ teſtes & longa ſilentia & altæ
Quas genibus tuleras flexus ad aſtra manus
Sic ſolet huc famulus quotiens uenit ullus ab al
Cumq; metu dubiam diſcutit ille fidem. (to:
Ad iuſſum te accingis iter: tenuiſq; ſupellex
Cogitur: eſt monacho ſarcina parua ſatis.
Pulchra tridentiferi regnis emerſerat ino
Vertice: fulgebant ſidera rara polo.
Mœnibus is: tacituſq; pedes ad littora tendis:
Iam breuiore uiam tramite doctus eras.
Vt zephyro uectus properas: neq; fortia terret
Genua labor: Rhaphael clã dabat ipſe manũ.
Nec qui gorgonium ſecuit caput ocyor ibat:
Dardanios ue inter uolſca puella duces.
Iam ſurgit, medioq; ſedet iã phœbus olympo:
Iamq; illo ante oculos pallet eunte dies.
Sed platano & multa déſum nemus affuit ulmo:
Et gratum uiridis texerat herba ſolum.
Hic laſſis ſecura cadens das ocia membris,
Dum tibi lux cœptum poſtera pandat iter.
Terrarum prope finis erat: primoq; uidere
Dorſum immane iouis fas fuit æquorei.
Interea ceſſiſſe loco te fama per urbem
Non leuis, & nulli uox placitura ſonat.
At maiora pium torquent faſtidia patrem:
Solatur pectus nulla ſenile quies.

Mox ſolymæ ruitura putes faſtigia/uicꝫ
Pignora adhuc matrum diripienda ſinu.
Quadrupedē corā eſſe iubet:ſententia cordi eſt
Certa ſequi:nixu carpit iter propero.
Et rauca te uoce procul reuocabat euntē (nāt.
Ah Symeon:Symeon mons nemus arua ſo
Huc frontē(ſi iuſta p̄cor/uenit auribus & uox)
Dirige:nec tantus ſit tibi eundo calor.
Hæc uero inter nos quādo eſt poſtrema uidēdi
Facta dies/habeant uerba ſuprema uices.
Sed mihi quis triſtes infunere claudet ocellos?
Quis ue podere ſibi ueſtiet hoc humeros?
Ah ſolyma infelix quantas tibi ſurgere turbas
Cerno.tibi ruit hac quanta columna die.
Voce ferum laxis præcuerere cogit habenis/
Ferratocꝫ ſenex ilia calce premit.
Qualis qui ſæui tabulis fert iuſſa tyranni/
Quem necꝫ nox differt ulla/uel ulla fames.
Te tandem uox triſtis adit: ueſtigia greſſu
Corripis/& notos uerteris ad ſonitus.
Currentēqꝫ uides:quorſum pia mēbra fatigas?
Quo ruis:iſte labor quid tibi pollicitus?
Parce graui tandem ſenio pater optime: cœptis
Nec reuoca:certū eſt hinc mihi ferre pedem
Os nunq̄ bene uertit arans:ꝑperātibus obſunt
Reflexus:didicit ſulphura loth fugiens.
Lumina ſic referunt auidum torſiſſe maritum/
Et ſtygis ęurydicen mox rediiſſe lacus.

Euxinis ſic nomen aquis Athamantias auxit,
Quum uectore timens decidit auricomo.
Opportuna potens abituro (proſpice) ſũmus
Præparat: ignotus littore lembus erat.
Huic noſtræ nihil artis ineſt: ebur undiq; fulget
Quem ficto Rhaphael corpore nauta regit.
Talibus antiſtes tacuit: gemitumq; profundo
Corde premens, confert littus ad uſq; pedẽ.
Mærẽtũ flet amica manus, quæ multa ſequẽdo
Creuerat: & gemitum cordibus haurit amor.
Poſt longas tandem lacrymas, alternaq; pacis
Oſcula, & amplexus mille recedis humo.
Lynter onus te paſſa nouũ ſtetit æquore quãuis
Parua foret: fluctus nec bibit aucta ratis.
Nec uelut alcidam letheos cymba per amnes
Excipiens, nimio pondere preſſa gemit.
Ipſe pios iterum uultus ad littora tendis:
Pontificiq; uale dicis, & ille tibi.
Vade ait o, felix: poſſem tibi multa precari,
Res tamen una meis ſit ſatis hæc precibus.
Protinus agnoſcare. pedem quocũq; mouebis:
Sed qualem arſenio das deus alme diem!
Maxima credideram patriæ ſuffragia nuper
Parta tuæ, & tutos iam rediiſſe dies
Qualia uel ueteris uictus dixere priores
Tempora, ſed uideo deteriora ioue:
Dicebat ſed plura grauis dolor abſtulit ore:
Et miſerum uetuit uis lacrymoſa loqui.

Nuntius interea flauam cœleſtis harenam
Pungit, & os altum dirigit in pelagus.
Tu modico fidis tranſtro: ſtans rector eburna
Cuſpide per placidas ludere cœpit aquas.
Nec cœlo ieiuna iouis pernicior ales
Labitur, ut campo phaſis anas ue patet,
Quã maris angelico gradiẽs p ſũma liburnum
Remigio: cedunt omnia ſpiritui.
Carcere cõpedibus catuliſq; immitibus auſtrũ,
Cæruleoſq; imbres clauſerat omnipotens.
Omnis ætnæo ſinuauerat aliger antro,
Dux zephyros: motu ne ſtrepat unda leui.
Tuta ſilent, proræq; gerunt morẽ equora: ſolus
Flamine poſt eurus terga ferit facili.
Non ea ſic gelidis unquam uidet æqua diebus
Pontiaco halcyone littore facta parens.
Non hyades non pelle ſatus terrebat euntes
Enſifer: arcturum nil leue curat ebur.
Iamq; oculis amathuſa datẽ, quæ neſcia pridem
Soluebat matri uota cupidineæ.
Vix exiſſe tamen confinia credis idumes
Vltima: tam felix remige puppis erat.
Idaliumq; nemus, & prata uirentia cernis,
Captus ubi ſomno ſederat æneades.
Carpathon inde ꝓcul clarã quoq; ꝯſpicis urbẽ,
Quæ fuit inuentæ nomine dicta roſæ.
Hæc ſolidum ſacra foret, damnata coloſſum
Immenſo ſtatuit pondere relligio

Huc liquida ſumbone celos diſcriminat undas:
Et ſibi monſtra uolans poſteriora facit.
Obſtupuit uolucri pro littore turba phaſello:
Cuſtodeſq; altis obſtupuere locis.
Viſa quaſi non uiſa tenent, incerta loquuntur:
Mirantur modicus quanta labor faciat.
Miraturq; ſenex protheus: caput æquore phocæ
Promittunt, ſpio, cymodoceq; ſilent.
Crediderat iuſſis aliquam iouis ire ſororum
Reddendas cæſo quæ boue dixit apes.
Obuia fit latio pharſalia tincta cruole,
Aruaq; circeis cognita carminibus.
Cernis & unde ruit rex atticus, atra redire
Theſeos ut uela & ſigna redire uidet.
Regis adhuc ſtat nomen aquis, ægeaq; dicunt
Littora: ſi tollat fœmina nulla fidem.
Quid tamen euboicas ſi ſic dixere per ægas
Proxima uel capreæ præcipit effigies?
Gnoſſiacas agitur iam baris eburna per undas:
Et cita chaonio ſibilat illa ſale.
Illyricoſq; ſinus penetrat, quaq; effluit anger,
Iam leuis adriacas lambere cœpit aquas.
Quid moror? en rhaphael tellus ait italia: & illã
Stabat ut in ſumma puppe docet digito
Et telo iam tuta poteſt uada tangere ſanctus
Nauta: molorchea non opus arte fuit.
Nauigium leuat ille prior: pede littora preſſit:
Teq; manu bibulæ reddidit acer humo.

Vix ſine mortali ſe pondere ſenſerat alueus,
Et celer incauta tollitur ex acie.
Quorſũ ierit neq; ſcire datũ: peter aſtra nites ẽ
Nubis ut hunc poſſes credere uiſus apex.
Hac tibi pergendum eſt ducit quo ſemita dixit
Angelus, audenti dirige corde pedem.
Picenæ ſpectabis agros Anconis & urbem:
Sola tamen thyberis det tibi ripa moram.
Ibis: ſed te quanta manent aduerſa per oras
Magnæ (ſic coelo tenditur) heſperiæ.
Mox aderunt, pater ecce tuus præſagia quondã
Quæ te abeunte dei protulit auctus ope.
Pectore ſed fugiat fiducia nulla uirili:
Hoſtiles poteris uincere crede dolos.
Sit manus hæc teſtis, ſint oſcula: magnus euntẽ
Me iubet auxilio ſemper adeſſe deus.
Hæc ait, & leuibus fugiens ſe immiſcuit auris:
Protinus & regno redditur æthereo.
Impatiens tu prompta moræ ueſtigia tendis,
Qua nitidus medio fulget apollo die.
Nunc ſyluas & rura uides, nunc urbibus erras:
Mens ad apoſtolicas certa erat ire domos.
Vmbra ꝑ antra pedẽ, mõteſq; inceſſus apricos
Atq; appoenini terga per ampla moues.
Quaſq; fame & ferro turres popularat & igni
Cæſar, & alba aliis oſſibus arua uides.
Tunc memor alta manus inter deſerta relictæ
Multa gemens triſti talia das animo.

Dacia romulidum qua ui turbauerit agros
  Heu ſocii multos ante tulere dies.
Barbara facta pias his ipſe loquentibus aures
  Porrexi: & miſeros ſæpe dedi gemitus.
Horum atauos dum tanta timet: ignobilis olim
  Fecit ager profugos: profuit ire tamen.
Talibus omne reor cœlũ modo gaudet alũnis:
  Et benefacta fretum magnaq; ſentit humus.
Sed facilem da chriſte uiam: parere cupido eſt:
  Et mala ſi qua manent ægida porge tuam.
Ceſſerat hic medio titanius axis olympo:
  Iamq; fatigatis altior ibat equis.
Et procul ora leuas: uix & ſurgentia romæ
  Mœnia: & exiguos cernis adhuc apices.
Mox aciem dupliceſq; manus ad ſidera tollis:
  Et ſacrum multo carmen honore canis:
Carmen ab æthereo ſumpſit q̃ nectare nomen
  Pœnus & alterno luſerat ore pater.
Scandis & ab rapida qui dicitur alite pontem:
  Et thuſci gelidas thybris obumbrat aquas.
Tarpeiaſq; arces: urbanaq; mœnia poſtquam
  Perſpicis: hac poſito fare ſalute genu.
Terrarum ſalue decus: & certiſſima cœli
  Ianua: ſalue alti numinis hoſpitium.
Nec ſceptrum mortale geris: dum littora põtus
  Appetet: & uernum diliget arua pecus:
Aurea luſtrabunt patulum dum ſidera cœlum:
  Dumq; diem faciet ſol: caput orbis eris.

Me deus ex patriis iubet ire penatibus: ardens
Pareo/ ut ad fontem currit hians hinulus.
Vrentem iam tolle ſitim/ faciliqꝫ benignas
Auſpicio (ſi qua eſt mens bona) pāde fores.
Et greſſum maiore moues uirtute: uideſqꝫ
Quæ redit ad patrias gallica turba domos.
Victor & ipſe deo ducente laboris/ in urbem
Pergis/ & in læuam lumina forte refers.
Et parui ruitura uides ueſtigia templi/
Quod ueteris dederat relligionis amor.
Poſtera plebs meritos mariæ inſtaurauit hono/ (res:
Et memor illa piis ſemp̄ adeſt p̄cibus.
Viciniſqꝫ nouum foribus dedit inclyta nomen/
Magna/ quibus gelido roma patet boreæ.
Et quæ flāminiæ ſteterant prius omine gentis/
Qui ſolet hic mariam uiſere ſunt populi.
Sed cœlum ꝓpero nox appetit improba curſu:
Et magni titan hoſpitis antra ferit.
Quadriiugoqꝫ alacer mox deſilit axe/ diemqꝫ
Terminat/ & noto ſiſtit equos ſtabulo.
Ignarum procul ire loci iam pallidus aer
Te uetat: in prima eſt rarior urbe domus.
Huc graderis: fractoqꝫ morā ſub culmine tota
Nocte capis/ cœlo dum noua lux redeat.
Nulla furens ſæui te terruit umbra neronis:
Iam terra indignum fecerat alma fides.
Tithoni interea nimium contante dolebas
Coniuge: nox anno longior illa fuit.

Oblitumq; redire diem, tenebraſq; perennes:
Et ferme aſtra putes non abitura polo.
In mentem nox illa redit, qua fabula mœchum
Dixerat Alcmenæ concubuiſſe iouem.
Inuicto ſic corde manes: neq; feſſa premebat
Membra ſopor: uigili cedit iners animo.
Nam poſito ſuprema genu uel numina placas:
Vel uatum memori carmina corde legis.
Purpura ſi qua tamen nabatheis ſurgat ab oris
Creber in humentem dirigis ora polum.
Rurſus & ad benefacta redis: dum diua rubẽtes
Fluctibus alba comas proferat æquoreis:
Perq; plagas roſeo curru ſpacietur eoas:
Phœbeiſq; croco ſternat iter pedibus.
Interea ſi qua æra ſonant mox peruigil aurem
Porrigis, & quid agant ictibus aſtra notas.
At citus ut primum licuit tibi ſæpe rogando
Diſcis iter: totam ducis eundo diem.
Eſt antiqua domus: ſtat adhuc cognomẽ herile
Quod pridem fertur rana dediſſe latens.
Hæc tandem eſt inuenta tibi: caput ipſe, genuq;
Flectis, & alma pio limina corde ſubis.
Fecerat ædituum fauor et nũmoſa chrumena:
Dedecus o, noſtræ lucis & exitium.
Sed totam qui puppe ſedet, diſtinguere claſſem
Fronte nequit: pelago maior agebat hyems.
Is dudum herculeo ueniens ex tybure, laudem
Hauſerat, audaces cogere doctus equos.

Inde ſacris primum placuit dum regibus: illi
Acceſſit uario munere grande pecu.
Viliaq; oblitus tripteria: cœpit eburnum
Improbus ante aras uelle tenere pedum.
Iamq; rudes ſummo tulerat de uertice crines.
Deſuetos calathis: lynce tegens humeros.
Raſtra libris ceſſere: nitet pro gramine ueſtis
Serica: pro uili templa colit ſtabulo.
Mens immota uetus ſola eſt in pectore duro:
Non aliam poterant fingere diuitiæ.
Pleuriti languebat herus: clam perfidus auro
Præſtinat ille ſacri quidquid honoris erat.
Vt ualuit ſenior mica iam panis egebat:
Gratior ut ualido mors reditura foret.
Et queritur quod ſola ſibi ſit uita ſuperſtes:
Fur miſerum lætus præterit inſidiis:
Qualis ab auſtrali deceptus flamine ſerpens.
Gramina per falſum uer medicata petit.
Labitur & noto cedit ſecurus ab antro
Quo ueteres ponat ſquallidus exuuias.
Flat boreas: canaſq; niues: hyememq; ſeueram
Præcipitat: ſubito cogitur ille gelu.
Egreſſus uir forte ſinu gremioq; rigentem
Colligit: & uires frigoris igne domat.
Iam ſentit: iam mēbra mouet: iam beſtia uirus
Suſcitat: in facilem iam furit ore manum.
Nec ꝓſunt benefacta uiro: miſer impare greſſu
Aut perit: aut longo plectitur exilio.

Sic templi inſanus cuſtos: odere merentem:
Miſologumq́ꝫ uocant pro britione patres.
Ille peregrino gaudet cognomine: uocum
Neſcius: in laudem fert maledicta ſuam.
Hoſpite digna domus zelemone: partaqꝫ dudũ
Quam diris contra muniat aſtra modis.
Sponte ſua: tetriue hominem petit ille tyranni:
Et piceum multa porrigit arte cadum.
Occultum britio toto bibit ore liquorem:
Qualis in undantem ſpongia merſa lacum.
Quo tñ acceptos hauſtus uomat: effera quaſſat
Ora ferox: tota fertur in æde uagus.
Soluebas pia uota deo tu ſolus ad aram:
Quæ tibi uiſa minus ſollicitata gradu eſt.
Arcendi ſæuus furti ſub imagine cuſtos
Affuit: & ſtygio feruidus igne furit.
Poſt maledicta minaſq́ꝫ ſacra te turbat ab æde:
Et multo clauſas peſſulat ære fores.
Sub uacua tu triſte gradum teſtudine ſiſtis:
Quæ magni decus eſt plurima ueſtibuli.
Hic dum latous uaſtis ſe montibus heros
Conderet orabas: ara fuere fores.
Nox properat/cæcaqꝫ polum caligine tingit:
Frigida tu tremulis ſaxa premis genibus.
Et tandem defeſſa cadens das membra quieti
Tempora per ſolitas exigis atra uices.
Haud mora fidus adeſt rhaphael: aiumqꝫ refert:
Aethereoqꝫ artus unguine conciliat. (cit

Aurea nec cœpto deſiſtunt ſidera curſu:
Nec phœbi gelido dormit in axe ſoror.
Nec mergenda ſalo redigit ſua ſigna bootes:
Surrectura toro iam mouet ora uenus.
Coniferæ pax cedit aui: caua turribus æra
Perſonuere: crepat ianua: templa patent.
Huc iterum gauiſus adis: tenſaq; togati
Cœtus, concordes excipis aure modos.
Mortales inſomnis adhæc matuta reuiſit:
Et celeres titan poſt agit acer equos.
Annua forte dies aderat, qua robore ab alto,
Spectarat diues ſemiuir ille deum.
Excepitq; domo gaudens, mox lance quaterna
Abſtulerat ſiquas exhibiturus opes.
Læta trimytriſeq; longo ordine turba manebat
Pontificem: breuis eſt uix mora: fit ſtrepitus.
Limina miſologus comes appetit: atra ciebat
Bilis adhuc ſæui ſaucia corda uiri:
Te uidet, heſternæq; memor feritatis, opus iã
Eſt ait in totum præcipitare ſcelus.
Inſtauratq; animo uires, recipitq; ſeuera
Fronte minas: ſimulat pro ratione fidem.
Non ſecus ac rapidũ draco cominus ire leonem
Cernit, quem pugna nouerat ante pari.
Indutum ue rubra ſi quenquã hircania tigris
Veſte uidet: furiis nec minus ille calet.
Protinus audaces oculos, uocemq; nefandam
Tollit, & inſano ſpumeus ore furit.

O qualem romana fides fert: alme uenenl
  Quo pereamus habet ſemina multa ſinu.
Schumaris hiſpano ſator huc furtiuus ab hoſte
  Vt noſtra exploret debiliora uenit.
Retro legit ſancto tinctum neq; gurgite fas eſt
  Credere: quis pharii dixerit ora uiri?
Sola torū dant luſtra: genas rubefecit iacchus:
  Maxima crede ſacris fraus latet induuiis.
Diſcite ui pœniſq; dolos: trabe cuncta loquetur
  Penſilis: ad faſces quin ſcelus hinc rapitur?
Talibus ardebat clamans: peiora parantem
  Subdere purpurei ter uetuere patres.
Sāguineus nūc hos nūc lumina torquet ī illos:
  Plurima tum recti murmurat impatiens.
Ah miſeri miſerere miſer modo credite ueri
  Cœleſtis neſcit quam penes eſt gladius.
Hac eadem clamore alio furet improbus hora
  Humanam nec te differet ad ruinam.
Mox olidæ diſcent omnes quam p̄ſtat amurcæ
  Dulce oleum: & taxo quam pirus eſt melior.
Maieſtate ſua fixus pater Aduena dixit
  Quiſquis es audendum eſt: legibus hic agit
Præcepitq; redire animum: tu multa roganti
  Eſt ais & cœlo lex ſua: lege loquar.
Nulla ſub hoc unq̄ latuit mens praua cucullo:
  Ceperunt ſenſus nulla phalerna meos.
Et ſi non uno cultu concedimus omnes
  Nulla tamen nocuum me facit impietas.

Phœbei (fateor) uenio fulgoris ab ortu:
Vlla nec hiſpani nouimus ora uiri.
Quidqd id eſt, reſcire para quocunq; periclo:
Cenſebit melior protinus omnipotens.
Cœpit adhæc mih̄ igne nouo ferueſceē cuſtos:
Scire, deus quanti faſq; nefaſq; facit.
Mille dat ora fremēs, mille innouat ille boatus,
Et canis & uituli: fit leo, fitq; lupus.
Clamans tydidæ percuſſum cuſpide martem:
Stentora uoce ſimul uinceret argolicum.
Poſtq; graues gemitus, lacrymaſq; os triſte ri/
Has ſupma pater miſit in aſtra pces. (gātes,
Iuſticia qui cuncta potens excellis & æquo,
Qui tamen & lapſis fers miſeratus opem.
Sublimi quæcunq; facis ſunt laude colenda:
Nec tua fas noſtro eſt ſubdere iudicio.
Aſpice nos: heu quod belli genus īcipit: hoſtes
Humani miſeris ſunt ſatis atq; ſuper.
Tanta uacent ah monſtra iube, nulluſq; fatiget
Turbo uirum: nō hæc præmia redde precor.
Sit leuior tibi uirga pater, ſi forte quod es non
Eſſe finis: quid ouis, quid tua gemma perit?
Fatus erat: furiiſq; uiro iam nulla rigebant
Guttura: uipereæ detumuere genæ:
O, ſatis eſt clamat pœnarum: tura merentem
Flectite: me ferro iuſtus & igne premit.
Quemne pater flectamus ait? par ille cylidro
Sibilat ardenti: nil niſi Sy, loquitur.

Effari Symeona nequit: timor inde laborq;
Plurimus, in miſerum turba furorq; redit.
Ferrum oẽs clamãt, ferrum ſonat undiq; tẽplũ:
Nec ſine ferro audent mille tenere manus.
Quid faceres? præſtat pietas: conuicia, diræ,
Quæq; malus dederat uerbera mẽte cadunt.
Da ſignum, uotiſq; faue ter ſancte: furores
Credimus hos iuſſu uincere poſſe tuo.
Quid ſibi monſtra uelint hoſtilia nouimus: ar-
Hic opus eſt aliis: ferrea uis locus eſt. (mis
Audentis tanta ille animum miratus, ad aſtra
Suſtulit hac tremulas uoce fideq; manus.
Macte gigantæa iuuenis uirtute, ſecundus
Incipe chriſtus adeſt, incipe uictor eris.
Nec mora, tartareum ueſtigia figis in hoſtem,
Talibus & frontem porrigis impauidam.
Forſan & hanc uanis urbem terroribus audes
Impetere, & tantos tingere fraude patres?
Dic ueri dic pacis inops: aperire ſilenti
Clauſtra uale: capiant ſibila tanta modum.
Quid totiens redigende uenis? tibi quãta licere
Stulte putas? loquitur ſummus, & ipſe furis?
Mira loquuturo ceſſit tumor ira minæq;:
Et gemitum toto miſit ab ore grauem.
Hei mihi qualis ait fortuna eſt: orbis iniquo
Cernite quam regnis uoluitur axe meis.
Regnabam: ſteteratq; diu per tempora nomen
Læta meum: terris me duce pax aderat.

Inuida cœperunt inſurgere bella⸗doliq́ꝫ:
Turbabant fines plurima furta meos.
Iamq́ꝫ palam ueteris uideo gemmantia rixæ
Semina⸗quotq́ꝫ horis nos noua damna pati.
Quo me agerẽ? ꝓdeſt nihil ohe:tāta nec eſt fas
Diſſimulare:mihi prælia ſunt odio.
Antiquis aliquo ceſſi pro tempore ſceptris⸗
Nec timui ſteriles exul adire locos.
Quũq́ꝫ meo poſſem ꝓpe flectere multa ꝓculq́ꝫ
Colla iugo⸗ſine mens ambitione fuit.
Paupere gaudebã regno⸗& tenui famulatu:
Cæſareas uincit pax pia diuitias.
Huius iter quæſiſſe piget⸗ſeu tẽdat in auſtrum⸗
Seu ſcythici placeant frigida regna iouis:
Vel niger unde phrygas grato petit agmine mẽ
Quaue diẽ merſis claudit apollo rotis. (nõ
Sed grauiora parat:contra tamen illius hoſtes
Irruo⸗digna malis reddere non ſolitus.
Roma mihi teſtis⸗teſtis tua petre duplex eſt
Clauis⸗& hac ſanctum quidquid in æde latet.
Quin animo noua ſiqua dabit ſtat pacta ſubire:
Quæ tamen æternum ſiſtat utrinq́ꝫ fides.
Conantem tu plura premis⸗mentitaq́ꝫ longum
Caſtigas nimio talibus ora ſono.
Te ne dolis ceſſiſſe?dolos tua texere ceſſent
Crimina⸗quæ mortis mẽtio?quæ ſcelerum?
Quoue paciſcendum credã tibi fœdere?ſed qd
Damnificas trahimus lite loquace moras?

Nunc ſi qd ditionis habes, hinc te ocyus aufer,
Et tua perpetuum regna reuiſe chaos.
Vix ea dicta nouæ cunctis formidinis auctor
Scorpius exanimi ſurgit ab ore uiri.
Fit coluber, ſupantq; tumentia mēbra dracone,
Quantaq; tyrrhenum mōſtra p æquor eunt.
Omnia fumus erat: timuit ſol ipſe, nec aris
Fax micat ulla, furens tecta ferit tonitru.
Nec magis inſtrepuit cœlū, clymeneus ab alto
Quum puer axe ruit cuſpide tactus aui.
Fit terror, ſtantumq; potens præcordia uincit:
Pars cupit ire: uetat nox dominata loco.
Pars dura uerſatur humo: ſurguntq; trementes:
Alter & in lapſum labitur alterius.
Dantq; manus alii manibus: ter magnus Ieſum
Clamat: idem tēplum protinus omne ſonat.
Heu ais, inq; polum lacrymantia lumina tollis:
Et triſtem penito pectore das gemitum.
Oratuq; diem reuocas: mox murmur & omnis
It timor: unus humi manſit iners britio.
Ipſe manu, gratoq; uirum ſolamine lætus,
Erigis, & tota mente redire iubes.
Conſtitit: & precibus furias mutauit, loq;
Numen adeſt clamat, currite numen adeſt.
Sacrificas huc ferte manus, ac florea digno
Serta date, & feſta ſternite fronde uias.
Vota ſecundabit, faciliq; optata precatu
Adueniēt: timet hunc ſtyx mare terra polus:

Proderit hæc meminiſſe: hāc in ſtata tpa lucem
Ducite: erit felix plurimus inde nepos.
Procedit hæc effatus humi: triſtiq; ululatu
Multa tuis ſupplex oſcula dat pedibus.
Entheus altiſono cantu pater intonat oden
Orgia quæ partum terminat ante diem.
Ruperat Aronis hac longa ſilentia proles:
Quæ menſes gabriel iuſſerat ante nouem.
Vix pater ad laudē pia ſoluerat ora: ſequuntur
Omnes: lætitia terra poluſq; crepat.
I licet omne hoīum (iam fama rpleuerat urbē)
Se genus huc auido fert ſine lege gradu.
Nec minuit concēſſa tuum præſentia nomen:
Res cantu melior: dicta minora datis.
Iamq; ſedens medium calido ſublimis in axe
Signabat radiis phœbus & igne diem:
Quū tibi magnus adhuc renuēti mīta ſacerdos
Pollicitus: tardum mouit ab æde pedem.
Pars ſequitur: parere ſolet quæ ſemper eunti
Et quæ de mundi cardine nomen habet.
Proxima uulgares uix eſt moderata tumultus
Vix cæcos potuit nox reuocare gradus.
Tādē ad ſe britio iam te bonus excipit hoſpes:
Sic pius optanti iuſſerat ante pater.
Et multo blanditur opum tibi largus honore:
Et meliora facit fercula frons hilaris.
Hortaturq; epulis: damnat ieiunia: glandes
Et reliquam uictus increpat aſperiem.

Parce iterum uir ſancte precor diuerſa tametſi
Fabor ait: ueniunt pectore prompta pio.
Graiorum audiui quoſdam (deſueta latent me
Nomina) deflendas appoſuiſſe dapes.
Quum diuis pareret adhuc mortalibus orbis,
A proprio datus eſt eſca parente puer:
Is tamen ut referũt humero inſtauratus eburno
Creuit & hetruſcum uenit ad uſq; macram.
Immiti geminos alius coquit igne nepotes:
Porrigit & mœcho pignora edenda patri.
Nec totos tris ſole dies, neq; ſidere quoquam
Græcia, nec cœli digna decore fuit.
Quanta ſit & fragili loquar inclementia ſexu:
Sæuiat in quantam fœmina perniciem.
Docta duas quondam pepererũt regna puellas:
Grandior at regi nupſerat allophylo.
Ardebat ſatis ille ſuam, tamen altera uiſa eſt
Pulchrior: indignum eſt auſus adire nefas.
Virgo cupidineis inimica furoribus hoſtem
Deuouet, & linguæ plectitur exitio.
Indignata ſcelus ſoror, & miſerata ſororem,
In centum teneram fruſta ſecat ſobolem.
Incæſtoq; audax dedit in conuiuia patri:
Quattuor hinc factas fabula dicit aues.
Hæc pridẽ memorabat herus: faſtigia ſũma
Vix tenui: cerebro plurima pars abiit.
Non cadit in latias tantum diſcriminis urbes:
Nec ſolet hæc tales menſa parare cibos.

Primiparæ tu uera ſuis, leporiſq; capriq;
Membra uides: cortis cætera ſunt uolucres.
Poma nuceſq; dabũtur adhæc & caſeus, hornũ
Quem dedit & bimum proxima bos trebiæ.
His mundi omnipotens nobis ab origine ueſci
Iuſſit, & ex omni ſi qua placent pelago.
Gramen, olus, glãdeſq; feris, & triſte legumen
Sit cibus, & quidquid non eget ignis ope.
Venatu uixere patres, dignumq; putarunt
Parere, & uiſco fallere iuuit aues.
Hinc torq̃re arcus, pharetraſq; armare ſagittis:
Atq; amenta leui nectere mos iaculo:
Mittere ſaxa, cauamq; pilas efflare per alnum,
Et raras tenui texere fune plagas.
Læta igit̃ q̃dcunq; parat manus accipe: chriſtus
Sic iubet: ah nimium relligionis habes.
Lux tenebras, longum ſeq̃t pax alma laborem:
Perpetuant uariæ cũcta creata uices.
Dixerat hæc: epuliſq; nitẽs melioribus aurum,
Et cyathos læto muniit ille deo.
Quid referas, taceaſue, nec eſt mẽs certa, diuq;
Nutarunt uario pectora conſilio.
Pars melior tibi uiſa, pari par redder̃: Quæ nos
Verborum ancipites tanta uehit datio?
Falleris, an ridenda ioco conuiuia miſces?
Vera putas, an ſic itala cæna ſolet?
Ah igitur noſtri falſo ſeruantur honore
Indigetes: noſter dixit inane deus.

An uates quo non maior fuit alter in orbe
Nequidquam patriis ceſſerit ab laribus?
Pro dape mel uirides miſcēs ſylueſtre locuſtas
Et nocuum tunicæ fecerit aſperies?
Quid pater o tātos quondam tibi ferre labores
Profuit Antoni? quid tibi paule famem?
Trita tibi iam ueſtis erat, frons plurima palmiæ
Dat, minus ut noceant frigora, ſol, oculi.
Vos tñ alma fides monadis duo lumina ſanctæ
Aſſerit, & primo præficit accubitu.
Arſeniumne loquar qui tanta palatia romæ
Pro riuo, & uili ceſpite deſeruit?
Si uera eſt cœlo uictoria uincere ſe ipſum
Maior alexander non erit arſenio.
Mille aliis eadem placuit ſententia, quos nunc
Chriſtica non modico tollit honore manus.
Deliciiſq; premit captos, & deſtinat igni:
Succedit lapſis mors uiolenta bonis.
Læticiam mox quanta fuit crudelis amaror
Exigit, intriſtes riſus abit lacrymas.
Talia me pinguem docuerūt ſpernere mēſam,
Atq; animis fraudem quidqd habendo parit.
Hæc mihi dux oculos ſemp ſtetit ante lucerna,
Vrbe tenus poſt hanc ibitur ætherea.
Tollitur interea ſol axe: propinqua tenebras
Nox ciet, ex ſtygio luna redit thalamo.
Iuſq; ſuum ſomnis reddi labentia cœlo,
Aſtra iubent: poſito terra labore ſilet.

Semiq; cæca ſuis ſerant animantia luſtris:
  Blanditur laſſis pax pia corporibus.
Te quoq; uix admiſſa q̃es moderatur agẽtem,
  Et reficit grauibus lumina preſſa genis.
Aſt ubi nox medium tetigit ruitura laborem,
  Et ſignum uolucris uoce iubata dedit.
Mẽs redit ad pſalmos: palcuit pſalmœdia ſemiq;,
  Et ſi quos patrum grammata dant numeros.
Vtq; nouum cœlo reducis iubar hoſpes eoi
  Vidit, & optatum ſenſit adeſſe diem:
Aſtitit, euentumq; tibi ſpondebat in omnem
  Affore ſe, quaqua ſit ualiturus ope.
Veſtigat ſi quid cupias, oratq; iuberi:
  Arguit & blandis tarda pericla modis.
Os lætum, mentemq; uidens ad uota paratam
  Laudas, & grato quæ dabat ille ſono:
Atq; hilaris tanta pietate ſilentia rumpis
  Promitur & fixum pectore quidquid habes.
Romuleis erat ire frequẽs tibi mœnibus ardor:
  Dignaq; ſint ſancto uiſere ſi qua ſolo.
Annuit ille, pedemq; parat: gaudetq; rogatus:
  Et memor hæc placido muneris ore mouet.
Indorum ſi prorſus opes ſub noſtra ferantur
  Iura, hominum ſolus ſi ditione fruar.
Inq; meos uirtus ueniat ſampſonia crines,
  Omne meo cœlum pareat imperio:
Quibo tuis nunquã meritis ꝑſoluere dignum:
  Nec tanti humanam quis bene credat opem.

Ante q̄dem noſtris thybrin dabit hoſtia cāpis:
Et maris eſt anio non aditurus aquas.
Aedis aracneo prius ibunt tympana fune:
Frigidus ante diem ueſper erit medium.
Præcipe iam: parere mihi eſt immota cupido:
Quo grauiora uelis hoc magis acer ero.
Non tamen exigui ſitis eſt tua gurgitis: anno
Eſt opus: at noſter gaudeo plus fueris.
Ibimus & ſacras primum uenerabimur ædes:
Et quæ dignantur relligione patres.
Antiquæ ābitionis adhæc monumēta iuuabūt
Quo fines etiam quattuor orbis eunt.
Talibus hortatur tendi ueſtigia: nunc &
It comes: ignoto nunc prior eſt aditu.
Oſtenditq; manu quæ priſca nepotibus ætas
Liquit & ut poterat prædidiciſſe docet.
Dulceſcit ſermone labor mulcentq; uidendo
Cor noua: nec longum crura fatigat iter.
Stare diu uelles titana ſub æthere noſtro
Contentoſq; aliis ignibus antipodas:.

ARMENIADOS LIBER QVINTVS.

Ictor anhelantes naſcenti urgebat ab
auſtro (petens.
Phœbus equos tauri cornua magna
Cornua q̄ trepidis tenuit ſata agenore
Quū ſidōe doli neſcia gnoſſon adit (palmis

Cœperat & claro ſua reddere iura diei:
Iam neq; nox illo frigida maior erat.
Ver erat, & menſis mauortius: ibat olympo
Aliger iſthmiaci bellorophontis equus.
Laticiam paritura ſuo flet uitis iaccho:
Totaq; ferre nouas terra paratur opes.
Anguſtum coluber quærit renouādus hiatum:
Pallida per uirides ire lacerta rubos.
Ceſpite fida domum tignis ſibi ſarcit hirundo:
Dulce ſoror uario carmine plorat ityn.
Dumeto crepitans ſocium uocat ales ab alto,
Cui nomen telo prebuit heſperius.
Nudaq; facta gemens turtur latet: arua palūbes
Scalpere: rura leuis florea libat apes.
Arruerat iam gleba ſolo: parat arma ſtrategus:
Atq; alacer uolucri puluere tingit equos.
Centicolor non iris aquas, nullæq; minantur
Pleiades: in tacita iuppiter arce ſedet.
Hæc animū, creberq; ciet ſimul aduena, roma
Clam monet egreſſum quærere plura deus.
Senſerat hoſpes: adit precibus, turbatur & uſq;
Ad lacrymas: qđ hēt, ꝓmit & ipſe quod eſt.
Quæ pater heu dixit trahit hinc te tāta cupido?
Huc ne ideo quo mox egrediare uenis?
His lacrymis, flexoq; genu, manibuſq; coactis
Da ueniam, humani pectore ſi quid habes.
Cenſebis quodcunq;, tuo parebimus, & ſub,
Nutu erimus: tantum obteſtor, abire nega.

Faſtidis ne moram? ſtat ne inſuperabilis ardor?
Quo tu cunq; pedem uerteris, ibo comes.
Noſtra oberit nulli diuerſio: tendere in arcton
Seu iuuet, aut aphros uiſere, uel ſenonas.
Sunt ueſtes, fuluo ſunt ditia uaſa metallo:
Poſſumus & nummi grande parare pecu.
Sed bone qd tacito turbas pater ore precãtem?
Proh dolor: infauſto torqueor auſpicio.
Nocturna num forte fuga mulctabis amicum?
Ne ue ſalutatis ibitur hoſpitibus?
Quis miſero ſæuum arcebit præſepe leonem?
Quis bene cum tanto cõferet hoſte manum.
Ille heu quantus erit, quantaſq; reſurget in iras:
Excrementa nouis nulla dabit furiis.
Scis pugil inſtauret ſi quas poſt uulnera uires,
Ad fera mox animo fortior arma redit.
Præmorſo ſic ſæpe lupum ceſſiſſe laconi
Vidimus: & ſolitus uincere ſæpe cadit.
At rerum qdquam quo protegar alme tuarum
Linque precor: nullã uim timet omne tuum.
Hermogenem circes ipſo poſt carmẽ ab hoſte
Seruatum baculo ſcimus apoſtolico.
Quidqd erit, gẽmis id mille micantibus unum
Prætulero: uolucer cætera floccus erunt.
Enſis idem, thoraxq; mihi quocunq; periclo
Fidus erit; ſpes eſt hoc ſine certa mori.
Hæc dixit, flendiq; genis laxauit habenas:
Oſculaq; amplexis multa dedit pedibus.

Tantus honor: cœptiſq; piis aduerſa cupido:
Diſplicet: & uano mens repetita metu.
Vix paret dum ſtare iubes: uix uoce quieſcit:
Luctifica: & querulo temperat a gemitu.
Nec magis extinctam fatis pater ullus iniquis
Flet prolem: manes increpat heu properos.
Inſpicit exanimes uultus: artuſq; cadentis
Excipit: & multa funera uoce ciet.
Sic miſer afficitur britio: data denicq; fandi eſt
Copia: ſicq; animo pandis operta tuo.
Care hoſpes me nulla trahunt blandimina regꝫ
Si lare quid nulli dulcius eſt patrio.
Cuilibet eſt ſua pulchra domus: neq; talpa leoni
Nec pictis cornix inuidet alitibus.
Quanta igitur toto cœli clauduntur ab orbe
Mens mea non rebus præferat armentis.
Sed ſuperum ſic fata iubent: ſic ſpiritus urget
Omnipotens: nondum eſt pax ait ille tibi.
Tercius inſtat adhuc pedibꝫ labor: ire paradũ ẽſt
Poſt petrum proles te zebedea manet.
Maximus hæc proprio præcepit habenifer ore.
Et facili ſemper numine dixit ero.
Non ego phœbei tripodis tibi iuſſa: nec idem
Phaſmata nocturni morpheos ulla cano.
Certa loquor: parere iuuet pigeatue: tamen ſic
Expedit: eſt hominis iuſſa ſuprema ſequi.
Fidere diſce: poteſt deus omnia: ſcitq; uidetq;
Fallitur humanæ qui ſua credit opi.

Si ſummis conferre licet mortalia/chriſti
Poſt abitum/maior fulſit in orbe fides.
Lactifluam poſſedit humum prælecta deo gẽs:
Sed poſt corrigeri fata ſuprema ducis.
Mollia dureſcit poſt ubera uiribus infans:
Ire docet/plantas machina non ſolidat.
Sed re aliqua quid te meditaris inane tuendum?
Hæc anus hibernos ſomniat ad cineres.
Nam neq; cerbereos rerum præſentia motus
Terret/ſeu ferrum ſeu furat ignis edax.
Illum inuadentem loca uix cedentia cœlo
Vidimus/eſt ſolymæ ſi quid in urbe ſacrum.
Idem ipſum templo dñm præſiſtere templi eſt
Auſus/& ad uaſti ſumma referre iugi.
Nil tandem mortale timet:nihil ille ueretur
Humanum:ſaxis nec ferit/aut gladio.
Nititur inſidiis tantum:menteſq; fatigat:
Nec lædenda prius corpora adire poteſt.
Summa cor eſt igitur uirtus auertere mundo:
Mundo/qui mundum nil niſi nomen habet.
Mundo/quẽ qcunq; amat immũdabiẽ:& quem
Lux iuuat hæc:lapſo tempore cæcus erit.
Diuitias neq; temno tuas/neq; uota: ſed omnia
Tutior eſt poſito pondere(credo)uia.
Puluere farra molens interpolat ora uolucris
Sepia tangentes inquinat atra manus.
Præterea ſatione omnes atq; ordine eodem
Naſcimur:uno omnes lux capit intuitu:

Diuite ſeu crœſo, ſeu paupere gignimur Iro:
Nec differt aſini caluus ab auriculis.
Eſt homini quodcunq; ſuper, præſagus ab alto
Dat deus: eſt ſoli gratia habenda deo.
Is tria des inopi ſi ſcrupula, protinus aſſem
Reddet, & æthereus deniq; ciuis eris.
Sed nimis audacem credam qui ſperat ab illo
Quam fratri rigidus ferre negauit opem.
Ille tamen reliquos ſuper eſt audacior omnes,
Qui fleta inſonti pro dape dat lapidem.
Quiq; ueneniferum ſublato ſcorpion ouo:
Proq; leui libycum dipſada piſce parat.
Ne treme: qd tanta uultum formidine turbas?
Non trahitur ſimplex in duo iura nefas.
Nec ueteres miminiſſe iras iuuat: aurea teſtor
Sidera: dimiſit quod fuit omne deus.
Quod uotis meliore opera meritiſq; repēdam
Eſt nihil: id ſtabili pectore pignus habe.
Hoc contra hoſtiles eris impenetrabilis ictus:
Cuſpide tænariam foderis hac aciem.
Pria ego iuſſa moror: quā cūq; popoſcerit hora
Spiritus, accingar: nulla refellet hyems.
Sis felix, lacrymiſq; animo deſiſte uirili:
Qui ſapit, is nullo tempore ſolus erit.
Ore deo tractus ſic ſolabare manentem:
Pluraq; fidenti mox fore læta canis.
Ille nihil: tantum ſuſpiria triſtis ab imo
Corde ciens, crebros uoce dabat gemitus.

Sed cœlum iam ſole uacat: iam tercia noctis
Fluxerat hora: polo eſt reddita perſephone.
Eſt ſeſſum dictumq; ſatis: ſua deniq; poſcit
Iura quies/ægros ſueta leuare ſinus.
Tu ſolitus lõgam uicibus per tempora noctem
Exigis: tre tamen uota calent animo.
At uarias britio uigili ſub pectore curas
Verſabat: membris ocia nulla dabat.
Sollicitudinibuſq; frequens ſeruabat euntem:
Siq; foret ſtandum/ſtabat & ipſe ſimul.
Somno etiam falli ſiquo capiare ueretur:
Te tandem nuſquam credidit occipiti.
Non ſecus ac medius poſito uir in ædibus auro/
Quem ꝓcul inde poteſt uertere nulla fides.
Theſaurum ſine corde miſer neq; cõdit auarus:
Quidquid ineſt ægro ſurripit æs animi/
Sic quoq; iam noctes tris ille fefellerat aſtu:
Quattuor & multo iunxerat igne dies.
At ſubita ui uelle uiam diuertere rerum/
Et ſummis nimis eſt cernere numinibus.
Quoq; magis ueritos homines uertunt in uſus
Hoc grauiora manent uiribus exitia.
Nam phrygia de puppe ducem q ꝑculit/& qui
Centoculum lituo uicit ariſtoridam/
Indomitus britionem adiit/ieiunia ceu poſt
Longa lupus uidui ſæuit in antra gregis.
Non illũ fumante furens ab arundine bombus/
Non iouis ira tonans nubibus excutiat.

Præcipitem cœlo nox cœperat atra ruinam,
Vix uenus & prima creuerat alma coma,
Somne, domus, custoſq; uale clã dicis: eundum
Eſt mihi: moxq; leui ſarcina onuſtus abis,
Cauta ſoporato cellam ſic pignore linquit
Mater, & ad penſum ſtamen auara redit.
Ferrati manibus fauere ſilentia poſtis:
Nil ſera, nil durus cardo mouendo crepat.
Nec iuuenum uano babilon ita fauit amori,
Ah qui tinxerunt ſanguine mora ſuo.
Hoſpitio iam liber eras, iam uerſa latini
Mœnibus effugiens terga ſoli dederas:
Quum crepera ſub nocte furẽs inſibilat auſter
Auribus, & motu perſtrepit horriſono.
In radios uelut unda cadẽs, qbus excita petram
Petra terit: fractæ dona fluunt cereris.
Herculei uel quale fretum proiecta monœci
Littoribus, cauro ſaxa ruente ferit.
Fas neq; monſtra fuit primum quis tanta cieret
Reſcire, aut uaſti turbinis unde furor.
Talibus hæſiſſet ſphyngos qui dicta retexit:
Et qui regna penes ſolus auerna ſapit.
Fertur adhæc nigrante tumens caligine nubes
Obuia, nec campis proxima ſidereis.
Non fuit hac nigrior ſteropæo fumus in antro
Sic neq; uis uſquam ſæuiit æolia.
Molis & ecce leo magnæ affuit, ore iubiſq;
Multa minans: fremitu contremuere iuga.

Et quaſſis ſonitum ingentem ſtridentia ſyluis
Robora dant: refluum miſcet arena thybrin.
Plurima uoluebas animo, quum dextra repēte
Mens redit, & ueteres non latuere doli.
Dumq; illi ſe digna paras obiurgia dictu
Res noua: ſic hominis uoce prior tonuit.
Quid totiens periure fugis? monachūne uagari
Sic decet? An pharii ſic docuere patres?
Te ſemper quocunq; abeas, dum uixeris, uſq;
Inſequar: & quidquid cœperis intereo.
Quæq; polo his manibus traxi per ſidera iuro:
Aduerſo nuſquam tutus eris genio.
Fallere credentes noſti qui fraude puellas,
Et ſanctam totiens dedecorare fidem.
Cui nox ſemper amica fuit, placuere tenebræ
An clarum faciet luminis hoſtis opus?
Nequidquam toto tibi gloria quæritur orbe,
Ni meus ante quis eſt experiare furor.
Ergo ades: hæc iam ſola tibi prouincia reſtat:
Tanta ſed hic hominis deſinet ambitio.
Talia conatus trucium quodcunq; ferarum,
Spumifer horrenda uoce genus ſimulat.
Nec furiis dabat ille modum, ſi forte morātem
Terreat, aut ſiqua turbet euntis iter.
At uires animumq; mihi dat præuius inquis
Omnipotens: illo quolibet ibo duce.
Centumplex nō inde leo, nō mille draconum
Sæua fames: neq; me totus aget phlegeton.

Quanta ciere queas-fidei pauxilla ſinapis
Sternet:in hanc nihil eſt regulus aſpis aper.
Iam funeſte uale-ualeant & peſſima tecum
Crimina-ſed ſtygio merſa repente lacu.
Dicebas/tumido quum beſtia uicta furore
Ceſſat-& indecori ſe rapit inde fuga.
Qualis ui multa tereti glans miſſa flagello:
Aut leuis infeſto pulſa fauilla noto.
Aſt hilari tu uoce canens/ueſtigia dextro
Victor ad optatum limite tendis opus.
Eſt carmen quo terra polus neptunus-& illis
Quidquid ineſt-ſummum cōcinit artificem.
Id moueas quocunq; pedem ſonat ore: qd ægri
Si premat-id curis dulce leuamen adeſt.
Non tamen ardentis rabies cadit atra tyranni:
Nec uetus hoſtili pectore uulnus abit.
Vllos ille modos-aut ulla pericula nunquam
Si qua te poſſet fallere præteriit.
Perteſuſq; moræ & longi certaminis ad uim
Rurſus abit:claro prælia marte parat.
Namq; ubi forte modū poteras ſperare labori-
Ante alias uitæ maxima turba fuit.
Alter iob ſi ſit coniux diſcrimine nullo
Eſſe potes:grauius nil tulit his thobias.
Præcipuum rariſq; datum mortalibus & quod
Vix credant elegis tempora noſtra loquar.
Fracta malis nūquā mēs eſt:neq; mollibus ullis
Nec per ſucceſſus intumuit faciles.

Os tibi ſemper idem: fuit idem uultus ubiq;
Atq; eadem ſano mens erat in capite.
Sic per inacceſſos callis noſtraq; per hoſtes
Is fidei duce ſed uictor ubiq; deo.
Aemilios tandē greſſum dum tendis in agros
Aurea quid poſſes uiribus urbs didicit.
Scit locus & ſūmo quo ſanctus habetur honore
Antiſtes ſectum cui caput eſt manibus.
Quēq; docet pulchro martis cognomīe pagus
Cecropii multo nobilis ex ſtudio.
Sed putat ex dono dictum ſanctumq; parētem
Nunc rudis ignoto nomine turba uocat.
Itur & hinc: aderat iā grata placentia quāquam
Nox erat æratæ non uetuere fores.
Pectora quanta piis feciſti obnoxia rebus
Quoq; ea uinxiſti quid loquar officio!
Durat adhuc antiquus amor: tua facta canūtur:
Tu memor illius ſtat memor illa tui.
Vidimus hic noſtros tibi ſoluere uota quotānis
Qua deus ad ſummas luce uocauit opes.
Vir ſacer eſt quo noſtra diu lætabitur ætas
Altera iam noſtræ ſpeſq; decuſq; rei.
Eſt oculis iucunda uenus frontēq; decorat
Maieſtas placido ſeminat ore melos.
Me quotiens dulci uoce eſt ſolatus! eadem
Me quotiens tardo duxit in æde gradu!
Nūc grauiora regit: tēplis nunc præſidet ingens
Ille ſacris tandem quæ placuere tibi.

Zeuſiaco labore nouis tua mœnibus acta
Pingit, & hetruſco carmine picta docet.
Tēpus erit ſi uoto aderis, quo templa uirumq;
Et ſocios calamo liberiore canam.
Te mō ſcte ſequar: neq; ferrū, flāma, fames ue
Meue rapax rerum differet ullus amor.
I, neq; dum fas eſt uſquam ueſtigia ſiſte.
Multa lues medicum te cohibenda manet:
Qualia poſt abitū es, nactus praeconia mētem
Non fugit, utq; celer paruit eridanus.
Seria ſunt & digna cedro: flans eurus ab illis
Vela mouet: nequit obſiſtere cymba leuis.
Vrbs procul eſt, quae ter centeno nubila pulſat
Vertice: prebuerat proxima nomen aqua.
Illa ſatis noſtro cum ſit miranda papiam
Tempore, longa ſolet dicere poſteritas.
Regni erat altus apex fureret quū turba p orbē
Martia, cui nomen plurima barba dedit.
Huc tandem uariis tibi poſt erroribus ire
Praeſtitit: hic domus eſt nobilis hoſpitio.
Limina uix inter poſitus pes prima quierat,
Nec dapis in mentem uenerat hora tuam
Protinus inſtrepuit prope uox horrēda: furebat
Ad mariae miſeris fœmina tracta modis.
Qualem paſtores calabri intra mœnia ducunt,
Quam fraude & multa ui rapuere bouem.
Iāq; aulis non fœmineis prope uicerat omnes:
Mille uirum laſſās fecerat una manus.

Magna erat in miſero uiolentia corpe-magna
Efferitas: ſummi ſcilicet hoſtis opus.
Iam prope ſanctus erat-poſt ſpreta telonia-nati
Ille dei primus qui numerauit auos.
Prodibat-nõ ſponte tamen-quũ ſtare parũper
Obſecrat-& poſitis ſic ait illa minis.
Aduena non ꝓcul eſt: qd me circundare ferro
Pergitis: is dicto me modo ſolus aget.
Fert teretem dextra cornum-læuaq; libellos:
Totus funerea clauditur endromyde.
Flauentem patrius docuit mos ducere barbam:
Nec uultu quidquam ruſticitatis habet.
Torqueor/heu nomen tantum ne quærite: fari
Non datur: ora mihi fortius igne coquit.
Nil latet abſentem: procul audiet ora precãtum
Seu bibat euphratem-ſeu bibat ille tagum.
Nec neſcit quæcunq; loquor: fugit ecce: ſyriſcũ
Quæritat: at limen iam tenet: antra ſubit.
Vix ea fata-iterat furias-magnoſq; ululatus:
Mittit & ore truces liberiore ſonos.
Nec mora-ui rapitur quo dixerat: en hoĩum ĩgr
Quanta fides: cuiquam credere? fallor ego?
Ibo-ibo: neq; me aſpiciet baſiliſcus: ad imum
Ille chaos-primo deſtinat intuitu.
Si centum me lora trahant-prius omnia cedent
Dentibus his-quam ui ducar ad ora uiri.
Talibus indignans altum mox æquore quo rex
Barbarus urget equum/ſternitur exanimis.

Obriguere genæ: rigidum pallentia uicit
Ora gelu: toto corpore uis abiit.
Cernere erat mõſtrũ horrẽdũ & miſerabile: fleſ
Pumex: & durus luxerit hãc adamas. (ſet
Sandapila condunt, præſtatq; ad tẽpla cadauer
Ferre: humeris triſtes triſtia membra leuant.
Pars hominum interea uiſum perrexerat, hoſti
Credula, quis tanti forte foret meriti.
Te dudum longæua loco, quo uadere nulli
Mos erat, orandi traxerat eſuries,
Fragrantes uidere genas, oſq; aſtra petente
Igne micans, niueas luce fauente manus.
Mite procul flexere genu, uocemq; precantes
Emittunt: lacrymis lumina mæſta rigant.
Nec magis ad regem ſupplex it turba ſupbum,
Quem timet atroci territa iudicio.
Clamabant, miſeroq; manus ꝑtendere plãctu:
Vox erat indigno pone modum ſceleri.
Protinus ad cœlum rediit lux ſancta uolatu:
Seq; dionææ ſuſtulit inſtar auis.
Tu triſtis, tenero ceu matris ab ubere raptus
Filius, heu clamas triſte ſatis facinus.
Sed certa ſperate fide: ſolo omnia nutu
Qui creat is ſurda præterit aure nihil.
Scibitis inſidias: arteſq; doliq; patebunt:
Soluentur ſtygii retia falſa ducis.
Eſt adſe reditura, diuq; hunc aera rurſus
Hauriet, atq; olim conſpicietis anum.

Hiſq; ſuũ gaudens adytis modo reddet honorẽ:
  Et grata ſuperos enthea uoce canet.
Ne ſtrepite omnẽs ſecus eſt: uertamur ad illum
  Vnanimes: poſitis mens uolet huc genibus.
Hæc loqueris: primuſq; ſacras amplecteris aras
  Et multa lacrymans ſic pietate gemis.
Hoſtibus ah quoties erimus deus optime ludo?
  Atq; opera in prædam tam benefacta dabis?
Exitiis pie pone modum pater: aſpice tandem
  Aſpice quam uariis cladibus afficimur.
Præcipue inſontis petimus miſerere puellæ.
  Quam miſere ſtygius diripit accipiter.
Acceſſit ſic ſæpe tuis uenerabile quidquam
  Laudibus: & clari multus honoris apex.
Teſtis talpæa natus qui fronte: uidendo
  Mox iuſſu potuit uincere lynca tuo.
Nec minus extremo q̃ tam male oleuerat antro
  Poſt triduumq; auris redditus eſt ſuperis.
Nec ſputo nec uoce opus eſt: leuiora precamur:
  Annue qui nutu tanta potes minimo.
Hic tibi laudiſonos cantus modulabimur: & q̃d
  Quid ſcit mortalis ſoluere conditio.
Talia ſupplicibus uotis humiliq; mouebas
  Ore: piis nec dum finis erat precibus:
Prima nouus templi quũ pſonat atria clamor:
  Lætantiſq; ferit ſidera uox populi.
Hic chriſtum: mariamq; alii: petrumq; ſyrumq;
  Nec minor ignotum pars ſymeona uocat.

Ad te ibant: ſed prima mouens ueſtigia uirgo
Hic ait hic mundo eſt qui dare poſſit opem.
Et ſanctos cadit illa pedes complexa: ducemq;
Agnoſcit grato luminis obſequio.
Acceſſu quiqui audierant & munere cernunt:
Indigetiq; parem te coluere ſyro.
Eſt heros quo non æqui ſeruantior uſquam
Nec pietate deo gratus utraq; magis.
Hunc aurum murex laticq; inſignia claui
Virtutumq; leuat plurima nobilitas.
Lauretem dixere probis domus inclyta factis
Curtia & antiquo ſanguine clara dedit.
Is uacuam tunc triſtis iens rediensq; per ædem
Publica uerſabat pectore facta graui.
Impiger hæc tuitus gratis ferueſcere cœpit
Obſequiis blando farier alloquio.
Exorat tectiſq; ſuis ſuccedere lætus
Te uidet idq; unum ſe potuiſſe beat.
Veſper erat: fragrantis heri iam liber habenis
Pro foribus phlegron ſtabat atlantiacis.
Fit ſtrepitus: fit menſa grauis: diſcumbitur alte
Tu corylis dapibus ueſcitur ille ſuis.
Nil aium mutare poteſt: nam multa precando
Dum mouet & tandem uincere poſſe putat
Tu certa ratione uiri pia uota refellis:
Sanctaq; ſic placidis ora moues precibus:
Digna quidem uenerande hoſpes ſi p̄mia têtem
Soluere uel quanta eſt gratia habenda tibi.

Verſus ab hiſpanis ſol ante redibit ad Indos:
Perrectura prius trans noton eſt elice.
Et ponto paſcetur equus/cete oderit undas:
Stridula plauſtra plagis bos trahet aeriis.
Dum tamen hoc aliquæ ſtabunt in corpe uires/
Me tanti nunquam ſenſeris immemorem.
Præterea ſi qua eſt cœlo clementia/ſi quid
Iuris/habebit opus centupla dona tuum.
Feliceſq; atauo dederint ut iuſta nepotes
Sidereo gaudens excipiere ſinu.
Tunc dabit/ſtabitq; diu/mō (crede) qđ optas
Vna erimus/uoti compos uterq; ſui.
Nunc uero iuuat ire:iubet ſic ſummus ab alto
Spiritus:is quidquid cœpero/poſſe dabit.
Nam pedibus uires auget/largaſq; miniſtrat
Fidus opes:mihi ſit poſcere plura nefas.
Lecythus hirſuti uatis/tritiq; pugillus
Farris ab hoc ꝓhibent pectore abeſſe fidem.
Sunt alii quos ſæpe fames grauis urget: opiſq;
Talis egent/tamen eſt mens bona paupibus/
Hos adeas fautrice manu/cœptoq; precantes
Talis in afflictos perge patrocinio.
Vnus ſi prima numeres ab origine cunctis
Eſt pater/eſtq; unus ſanguis & una caro.
Solaq; diſſimiles fecit fortuna ſed aſtris
Dignos/ſola pio pectore mens faciet.
At qbus eſt odio pietas/fratriſq; gemens uox
Pauperis/igne furens ulctio digna manet.

Chriſtographæ nūc ſi q̄ fides ſit hñda papyro·
Accipe quæ menti ſpes dedit atq; metus.
Saulea uir in urbe potens fuit æris & agri:
Sancta nec illius grammata nomen habent.
Ante omnes ſibi blandus erat· præcordia curis
Læta pians· molli grata ſequens genio.
Veſtis erat: dederant ſeres· choiq; phrygeſq;
Quamq; tyrus concha tinxerat herculea.
Splendida perpetuis aderant conuiuia mēſis:
Cui neq; myletus· nec ſat erat Sybaris.
Non ea luculli luxu uiciſſet apollo:
No n aſinæ iuſſit quanta loquentis herus.
Callebat quantum anſer ity· ſuſq; urbicus apro
Cederet· & melior quam foret ala pede.
Quæ figenda ueru claudendaue fercula teſta:
Qua ſcitamenti quidquid egeret ope.
Naxica baccheas complebant uina cauernas:
Plurima nec uario cella carere penu.
Mille aderant rerum ſpecies· auiumq; canumq;:
Feruebatq; breui pumilione domus.
Sola uoluptatem· pareretur & unde uoluptas
Longior· inſano quærere cura fuit.
Crediderat ſatis eſſe animæ non uiuere rapto·
Et ferro inſontes non maculare manus.
Victa malis tandem ceſſit mens iudice fato·
Et piceum præceps ſub phlegetonta ruit.
Eſt locus in dextra cœli regione uiretis
Conſitus: Abrami dicitur ille ſinus.

Ponitur hic curis finis: quibus ardua uirtus
 Parta fuit: preſſos hic leuat omnipotens.
Ante alios ſummo tunc forte refulſit honore
 Lazarus: & multo prætulit os iubare.
Lazarus ah totiens q̃ fruſtra epulantis ad ædes
 Fleuerat immodica pallidus eſurie.
Obſequium præſtare canes: atq; ulcera blandi
 Lingere: dum uili triſte ſedebat humo.
Huius opem ſtygio diues ſpeculatus ab igne
 Et guttam uacua ſpe rogitauit aquæ.
Totus & ante fluens cui non ſuffecerat orbis:
 Indiguit modicæ frigiditate manus.
Sera ſuperſtitibus nec enim dilectio quidquam
 Profuit: addicti nil ualuere preces.
Talia cœleſti iudex dat ab arce ſupremus.
 Præmia ſic uirtus ſic ſua crimen habet.
Felices aliter qui te eduxere parentes:
 Et rectum inter opes prædocuere modum.
Felix qui dignum monitis parere putaſti:
 Et potes in uiridi flore fuiſſe ſenex.
Hac igitur tandem ſurgent ex arbore rami:
 (Crede) quibus felix hæc erit uſq; domus.
Cras ego quum primos cœlo præmiſerit igneis
 Aurora: & campos pinxerit æthereos.
Ad cœptum mox cingar iter: primo urbis hiatu:
 Saluete his dicto mœnibus egrediar.
At licet auſoniis cœlo modo cogar ab oris:
 Atq; pedem occidui trans iuga ferre ſoli:

Pollicitus tñ inde reducere me deus olim eſt:
Quæ mihi poſt fuerit manſio ſolus habet.
Hæc bonus orãtem mæſtis ſimul auribꝰ heros
Accepit, multo reddidit hæc gemitu.
Cœleſtũ magne interpres, ſpes certa precantũ,
Reddere uiuenti quæ meliora potes?
Feciſti ſatis atq; ſuper: maioraq; rurſum
Debeo: quid referam? me tibi ſemper habe.
Sed comes heu tantum grato ueter ire labori?
Tot mala trux adeo ferre queat ſenium?
At tibi ſi qua iterum latias dent numina ſedes
Viſere, ad inſubrios ora referre lares:
Noſtra (uel hoc unũ exorẽ) reminiſcere ſemꝑ
Hoſpitia, & memoris perge rediq; memor.
Et fleuit, poſuitq; genu, dedit oſcula dextræ:
Poſtremumq; pio rettulit ore uale.
Tu pulchræ ſecreta ſubis penetralia cellæ
Et cæcum ſolitis tempus agis uicibus.
Laſſa nec aſſiduo morem geſſere ſopori
Membra: ſuum ſemꝑ mens habet alta diem.
Exierat matuta mari, roſeumq; tenebat
Aethera: dicebant ſidera terra uale.
Apta uiæ (ſic tẽpus erat) legis arma, pedemq;
Sæpe ſalutato tollis ab hoſpitio.
Triſtis eras: tenero lacrymas exciuerat ille
Dum gemit, & caro te flet eunte ſolo.
Mox tibi ſolatrix redit in præcordia uirtus:
Et lætas cœlo das ſine uoce preces.

Nec medicæ tepuer̄ manus, quocũq; pedē fert
Cœleſti recipit munere pauper opem.
Nec brutis reputas uanum ſuccurrere, quod ſint
Facta deo & noſtris ſubdita ſeruitiis.
Tangere nec refugis, quorum conſortia dãnat
Lex uetus, & chriſto ferre docente manum.
Sed perpes ſub ſole nihil: ſemperq; uolucris
It rota: habentq; ſuas tempora cuncta uices.
Nulla tamē credenda homini fortuna, nec uſq;
Euboicam mens eſt imperitare deam.
Nam deus & noſter ſine quo nec ab arbor̄ uilis
Frons cadit, omne qđ ē uerſat, agit, reuocat.
Et licet acris iter nimium fors regula cladi
Strauerit, ante tamen iuſſerat omnipotens.
Præbuerat ſectam qui ſyntheſin enſe petenti
Poſt miſer ignoto languit ex olere.
Et populis qui tanta dabat dictante columba
Pontificem quotiens ſyncopa corripuit!
Tentandum nunc ipſe deus certamine quo te
Cenſuit, hic tremulam fer dare poſſe manū.
Vix totum pedibus ſtadium reſtabat ad urbem
Quam uenus acella phryx uocat alma ſua.
Creber & ecce petit dētes tremor: occupat artus
Triſte gelu: pallent labra, labant genua.
Obſtupuit primo ſenſu mens neſcia, nam ſol
Virgineas dudum cœperat ire uias.
Andromedeiq; pater cœlo feruebat, & agris
Inſtabat rapido cum procyone furens.

Ignoto ſed ut ipſe queas occurrere morbo
Frigentes cogis fortius ire pedes.
Infelix at febris erat, diuerſaq; uotis
Multa minans, hominis non abitura manu.
Vt uero res nota, graui ſub pectore maior
Lis oritur: lex hinc ſtabat, & inde fides.
Humanæ tamē artis opē fas temnere nulli eſt,
Sacra ſuum ſtatuunt iura decus medico.
Sed cœlo qui tanta potes, qui tartara frenas
Pro modica incertas febre precere manus?
Conſulis ergo, deo quæ ſit ſententia: perge
Dixit adhuc: breuis eſt hora datura modum.
Colligis oēm aīum parens & uiribus imples
Dux tibi perpetua ſpiritus ibat ope.
Feſſa laborabant toto iam corpore membra:
Stante tamen, ſuperis quo libet, is animo.
Marmoream q; trabē ſpectas: pater inclytus illi
Præſtat, qui fractam fert ſua ſigna crucem.
Quiq; prius cū fratre, orbis mō principe, cym
Venatuq; frequens uixerat æquoreo. (ba
Fragmine nunc parii montis, miroq; labore
Factus in aſſiduum lumina flectit iter.
Quantaq; pro caro uiuens tulit ille magiſtro,
Corde moues, ſancta tactus ab inuidia.
Hic domus eſt hominum multa ſpectabilis arte
Centū habitant ſcripti iam ſuper aſtra patres.
Grata ſatis fuit illa deo, ſemperq; futura eſt:
Quæ miſeris nunquam clauditur hoſpitibus.

Excipiunt dulci affatu uultuq; ſereno
Et tibi fautrices expoſuere manus.
Multoq; inſtaurant animum ſolamine: & ægra
Fraternis mulcent pectora blandiciis.
Tu uero aſſiduas grates christoq; uiriſq;
Gratus agis: tanto eſt nulla querella malo.
Mens humilis uerbiq; melos pia uota paratis
Auget & in pronam corpora uim ſolidat.
Quod tamen alterius poſſis nihil abſq; labore
Te maceras: triſtem pœna aliena facit.
Præterea ſine lege calor te irritat eundi:
Grandis erat ſuperum iuſſa cupido ſequi.
Triſte toro caput ergo leuas quaſi percitus ira
Quaq; potes nixus talia uoce ſonas.
Quid tibi qd mecū eſt febris? fuge peſſima nr̄is
Non reditura procul finibus exul abi.
Rhyphæi ſentire iugi me frigora cogis:
Artubus & nullo eſt tempore pax tremulis.
Aurecta illyricis neq; plurima ueſtis ab oris
Nec proſunt centum lintea tenſa foco.
At placet ut febri me non ardore ueſæuus
Arida non calabri uincat ariſta ſoli.
Forſan & atra fames miſeros te cogit ad artus?
Viſcera uix tenuis pellis & oſſa tegit.
Hic tibi nulla queunt pelli ieiunia: neſcis
Rem triale conſultum dentibus eſt auidis.
Sunt qbꝫ eſt pinguis tarduſq; abdomīe uenter:
Genuaq; ſub nimio pondere preſſa labant.

Comœdis quondam ſimiles lenonibus hauſtu
Tota quibus non ſunt lesbia uina ſatis.
Nullaq; ſufficiunt ſybaritica fercula nec quæ
Roma ſuis norat promere cæſaribus.
Agnoſces hos dira procul: ſatianda merentes
Impete: ſollicitet nec tua uis inopes.
An neſcis ignaua deus quod iuſſit: agendum
His manet immenſum rurſus iter pedibus.
Surda manes? hic ſtare nequis: ſi cætera temnis
Vel ſciet inuitam longa fugare fames.
Vince tamen pater oĩpotens q̃ ſingula iuſtus
Partiris: parum id eſt? argue cede neca.
Tãtũ anima miſerere: tuũ ne ſperne laborem
In ſtygiis laudes quis tibi ſoluat aquis?
Vel ſua redde piis iam præmia: reſpice laſſos
Sudanteſq; graui ſolue miniſterio.
Talia non nunquam uerſabas pectore ſolus:
Orandiq; eadem clauſula ſemper erat.
Fida nec inuicto deerant ſolatia cordi:
Seu Rhaphael alius ſeu foret ex ſuperis.
Teq; frequens tota uiſebat ciuis ab urbe
Et multa inſignes relligione uiri.
Præcipue uenerandus homo re nomine uultu
Affuit & dextram pacifer oſq; dedit.
Communiq; dies tres ire uetantibus euris
Manſit & aduerſis imbribus hoſpitio.
Tedia longa moræ dictis cœleſtibus alter
Tollit & iſdem animum ſufficit alterius.

Incq; ulcem fidei priſcæq; ætatis uterq;
Supremis munerat laudibus indigetes.
Quiq; prius longo paſſi grauiora labore
Nunc ſuper in primis aſtra ſedent ſoliis.
Sæpe ſibi data dona ſenex memorabat ab alto,
Mantoaq; forent quam meliora domo.
Dicendi dant dicta manum, fit ut inter amicos:
Et tibi quæ dederit plurima fare deus.
Vix ſtephão pauloq; minor, uix moſe puteris:
Viſa tamen ſoli credimus hæc animo.
Tunc cari patris ille pio ſuccenſus amore
Maiori loquitur talia lætitia.
Quanq̃ altos meritis multi ſumpſere triũphos
Perpetuaſq; colunt æthere delicias,
Frigida, ad aſtra tamen miſit quẽ nurſia magnũ
Si uacat hic amor eſt dicere ſigniferum.
Hic patriam teneris chriſto duce fugit ab annis,
Et quidquid poterat maxima roma dare.
Maluit in ſola muſcoſus degere ualle,
Luſtra habitare, diu prælia iniqua pati.
Sæpe auis aut alia ſub imagine terruit hoſtem,
Innocua aduerſo carice membra domans.
Si quid opis pietas humana ferebat egenti,
Hoſtilis ſaxo ſuſtulit inuidia.
Iãq; prẽm maleſana cohors meditata ueneno
Perdere, nequidquam fecit & alter idem.
Damna ſui rerumq; tulit, numeriq; minuti,
Quum murale furens perculit hoſtis opus.

Pacis amans/latio ſtetit arma furentia contra:
Nec ſine per longam ſpe fuit eſuriem.
Propterea qui cuncta uidet benefidus amico
Digna dedit/ſuperāt quæ grauitate modum.
Fulſit & is primo ſignis uenerabilis æuo/
Indolis edocuit pignora certa ſuæ.
Nutricis triſtes flentis miſeratus ocellos/
Qualllus erat/lapſu frangitur/hic ſolidat.
Lethiferumq; ꝓcul calicem ſtans indice rūpit:
Atq; aliud iuſſu fictile durat opus.
Horrea triticeis inſtaurat egentia rebus:
Et facit e ſterili ſurgere aquas lapide.
Ferrum alto dat nare lacu/fratremq; ꝓfundos
Per latices ſiccis ire iubet pedibus.
Is patre fractus/aquis ſocium retraxit: utriq;
Roma parēs fuerat/maximum utriq; genus.
Suetus erat tales educere ſanctus alumnos:
Et ſua cui reges pignora ſæpe dabant.
Membra elephantæo pueri piat oblita morbo:
Pauper & ipſe manum pauperis ære grauat.
It ſomno:inſtabiles firmat:pinguiq; liquore
Ora cauum precibus marmor ad uſq; replet.
Alitibus iubet/& parent:hoſtemq; miſertus
Fleuit:& armatos terruit intuitu.
Nec potuit qua fraude capi:domuitq; tyrānū
Barbara qui in noſtros mouerat arma lares.
Hunc umbræ timuere leues: prædamq; iubenti
Reddiderunt ſtygii numinis immemores.

Inſpexit quæ corde latent: dixitq; futura:
Sæpe domi potuit cernere facta procul.
Omnia naſcentis phœbi ſpeculatus in orbe,
Ire animas certo uidit ad aſtra gradu.
Cœleſtum quocunq; micans is numine tãdem
Aeternum toto ſparſit in orbe decus.
Nunc pelago terraq; ſonat, nunc præmia lætus
Accipit, & regno præſidet æthereo.
Vlla nec occidui ſolis ditione ſub ampla,
Oppida nurſigenæ ſunt patris abſq; domo.
Magnus in ocnea præſtat Bonifactius urbe,
Quo noſtram nemo rem magis alter amat.
Principe ſũmipotẽs fauet hoc: numerãdaq; nr̃is
Finibus albenti tempora dat lapide.
Templũ ingens qs neſcit auos ſtatuiſſe tyranni
Perpetuaq; ſacro lege dicaſſe patri!
Nec locus hic abatos credendus, parua tametſi
Inſula populeo cingitur eridano.
Nauita qui tremulos ſuſpendit arundine piſces
Semper adeſt, caris præuius hoſpitibus.
Et modica trans puppe uehit: uir ſanctus euntes
Excipit, & blandis colligit alloquiis.
Et laſſis eſt quidquid opus iubet ille parari:
Turba ſubit grato plurima ſeruitio.
Sic pater ante uolens fecit Benedictus, idemq;
Pignora facturos nos ſua prædocuit.
Paremuſq; hilari uultu, neq; triſtis ocellos
Ruga petit: paci corda manuſq; fauent:

Eſt & id unde queat fieri·liberq; cereſq;
Nos iuuat & multo mite pecus numero.
Sunt horti·& uario diteſcunt robore ſyluæ·
Quidquid & humanas ducere poſſit opes.
Aude igitur·iam ſurge toro : miſerebitur omni
Crede potens: fugiet querquera: uictor eris.
Sũt noſtris quæ gallus Arar rigat arua·moratẽ
Qui rhodanum rapido flumine præcipitat.
Cluniacis eſt nomen: otho pater extulit ædem
Qua redit æternus relligionis honor.
Conciliis eo quæq; uocat nos tercia meſſis:
Flocciferumq; loco magna ſynaxis adeſt.
Inde pedem moturus eram: latiumq; petenti
Abſq; ſuo uector pondere manſit equus.
Sternetur mox ille tibi·pedibuſq; laboris
Nil erit: & noſtrum protinus unus eris.
Vota deus dextro firmabit ſidere·qui nos
Felici iunxit præſcius hoſpitio.
Talibus hortatur·prohibetq; timere iacentem:
Iamq; manum lætus porrigit auxilio.
Tu quidquid uirtutis habes·in pectus anhelum
Colligis·atq; animo ſic redeunte refers.
Effari mihi pauca licet: uox ire recuſat:
Sedibus & uires obriguere ſuis.
Poſtquã artus miſeri primũ cecidere grabato·
Tercius autumnus tercia ceſſit hyems.
Miſit opem deus uſq;(tibi deus optime grates
Semper agam)nec ea deſiit abſq; dies.

En modo ſum tanto ditatus nectare·tantis
Deliciis·magis ut uix polus ipſe ferat.
Hauſimus·ardenti quod & ante ſitiuimus æſtu·
Ceruoni poſtquam ceſſimus hoſpitio.
Hæc toto ſit opus quamuis helicone canenti·
Sunt illic & quæ magna tamen didici.
In ſancto quæ monte dedit·quo neſcia pœni
Calliditas tanto damna labore tulit.
Tēpla ſacraſq; domos q̄s ſtruxit apolline fracto
Credimus eſt aliquid non didiciſſe nefas.
Et quanti fuit alma ſoror·cui nube precando
Fas fuit·& pluuia rumpere fratris iter.
Trinacris ut placido læta eſt & gallia mauro:
Inq; dies mundo quot pater aſtra parit.
Hoc duce quot ſupas ꝓceres gradiunt̄ ad ædis
Spes noſtræ quanta eſt addita militiæ.
Sed tibi cras erit hinc fas ire: fugabit ab omni
Cœliuagas uictor climate ſol tenebras.
Nec malus obſtabit boreas: qui paruus olympo
Reddat aquas zephyrus flamine terga petet.
Si curet promiſſa deus·pia lumina tandem
Flectet·& his potero ſoſpes abire malis.
Parebo poſt nulla uetent ſi numina·mens eſt
Cœleſti tecum me ſatiare dape.
Quis tecti pater alme tui conuiuia·quis non
Ardeat? una tuum eſt uita ſodalitium.
Iam tibi plena melo ſummi patet aula theatri:
Nec forium laſſo calce manes dominum.

Ire tibi atq; redire licet, ſanctaſq; tueri
Delicias, ſanctis iungier agminibus:
Delicias, uincunt quæ quidquid ab aere noſtro
Et terra & toto gignitur oceano. (phea
Nõ opus hic thamyræ eſt fidibꝯ uel Arionis: or
Quis uocet huc? clariæ eſt mẽtio nulla lyræ.
Doctorem alcidæ, chirona, & atlantide natum
Ieſæus cœlo iudice rex ſuperat.
Cum gabriele nouũ michael melos incipit: illis
Mille pio ſocii dæmones ore fauent.
Iam tuus ætherea tantum benedictus ab arce
Exorare tibi muneris hoc potuit:.

ARMENIADOS LIBER SEXTVS

Pes erat alme breui Symeon hac poſſe papyro
Cogere qnta tuæ mira deder manus.
Ex hũili qcũq; ſatis ſpectata phaſello
Credideram, atq; oculis ſubdita cuncta meis.
Vela ſed aphra ſinu qui uidit ab uſq; ſicano
Et uitulæ cuſtos qui fuit inachiæ
Abiete ſi decuplo uiſu, ſpeculentur ab alta
Vix partem uigiles herculis inſpiciant.
Littorea quicũq; audet mare condere concha
Fallitur, aut cœlum claudere marſupio.
An malim tacuiſſe tamen quẽ ſaxa loquuntur?
Præteriiſſe cani quem bona tanta iubeat?

Tempora ſed magno ſeruiſſem plura maroni:
 Gratiaq; in docto plenior ore foret.
Pauperibuſq; cauens elegis hãc ſiſtere molem:
 Nunc auſim pedibus ducere mœoniis.
Iam ſexta incautis oculis apparuit æſtas:
 Nec medium currens puppis arauit iter.
At pudor eſt cœptis abſcedere: nauita ſed quo
 Frigidus in tanto ſe regat oceano?
Eſt uia ſi faueas melior: certamina cœpi
 Quæ dedit hoſtilis dicere ſola manus.
Præſtat ad optatum deducere talia finem:
 Omnis erit modicus te auxiliante labor.
Cætera per latias precor o quæ feceris urbes
 Ipſe refer: qui aures porrigat haud aberit.
Si qua de hinc fuerit mihi mẽs his redditus oris
 Suprema ualeas quantus in æde canam.
Vix pater ægrifero diuerterat ora cubili
 Vix paruæ fuerant hoſtia clauſa domus
Præcipites texere genæ caua lumina & oẽm
 Spem præter facilis membra ſopor petiit.
Mox titan fulgere nouus radiiſq; coruſcans
 Præſtrictos uiſa eſt uincere lux oculos.
At ſimul audenti uiſu ſua reddita uirtus
 Et ſatius quod erat cernere poſſe datum eſt.
Apparet medio præſtans in lumine fulua
 Canicie at reliquo uir tibi par habitu.
Stabat honorata tamen illi in fronte bicornis
 Pileus & multo tænia ſardonyche.

Lætantemq́ꝫ manu iuuenem trahit altus amica
Et maiore iocans præcipit ire gradu.
Viſus adhæc tu ſtare genu/palmaſq́ꝫ rogantes
Tendere/& enixa talia uoce loqui.
Obteſtor quæ tanta uenis lux inclyta cœlo
Dignariſq́ꝫ aditu lumina noſtra tuo/
Da ueniam/ex alto ſolatia credimus affers
Aethere/ſæpe bonus ſic facit omnipotens.
Alme tuũ ne quæſo tace mihi nomen: id unum
Me latet: apparent cætera nota ſatis.
Veſtis enim ſanctiq́ꝫ decens reuerentia uultus
Noſtræ aliquo digna eſt principe militiæ.
Nec minor eſt audire ſitis/ueſtigia qui poſt
Nititur/& patriæ paret iens manui.
Os puer euge/tibi q̃li micat indole: an ephrem
Dic precor es? fidei ſancta fauet facies.
His age iam uotis aium dux magne precantem
Solue: libẽſq́ꝫ genu quos colat hoc memora.
Subriſit precibus placido pater ore/piaſq́ꝫ
Supplicis in lacrymas talia uerſus ait.
Quid dubitas? ne fleris: opus mõ credere tm̃ eſt
Laureus optanti nuntius aduenio.
Crede inquã: uirtus cœlo tua ſcitur ab omni
Quam facili aduerſam rem pede prætereas.
Iam priſcis dixere parem qui ſidera calcant/
Proq́ꝫ tua ſanctas parte dedere preces.
Nunc ſatis imperat eſſe deus/tolliq́ꝫ cubilis
Ocia: iam uires accipe/ſurge/ſede.

Hic paucis tibi multa dabo-quo numine mittor
  Quidquid & oraſti protinus aure leges.
Eſt ſcelerum mortiſq; auctor-ſaturnia proles
  Tercia ſmyrnæis credita codicibus.
Leuiatam nos & ſatanam-diaballon-& hoſtem
  Dicimus-& ſiquid nominis eſt grauius.
Ille hominum ſemper caſus & triſtia fata
  Eſurit-& crebro paſcitur interitu.
Paſcitur-& nunquam ſaties accedit edenti:
  Lurida perpetuus ſordidat ora cinis.
In ſanctum quæ fecit iob num mente moratur-
  Efferus & quantam ſe dedit in rabiem!
Nec minus impatiens dudum-metuenſq; futuri
  Sedibus in prædam te petit a ſuperis.
Contudit oīpotens trucis improba uota tyrāni
  Præcipitemq; graui perculit exilio.
Non tamen eſt piceæ mentis uis trita-nec ater
  Litis ab inſano pectore ceſſit amor.
Agmina grandinifer ſibi mox funeſta uocauit:
  Denſauitq; nigris aera ſpiritibus.
Hic tibi quas clades (quis enim crudelia dicat
  Concilia!) obſtandi quot ſtatuere modos.
Præq; malis fecere ducem: dedit inſcia ſomni
  Nomen-& apta dolis fallere calliditas.
Summus adhæc fidis te ſpiritus induit armis-
  Et fore ui iuſſit qualibet innocuum.
Sed ſolet is ſolos lauro redimire merentes-
  Quoſq; pari uirtus præficit arbitrio.

Ergo tibi ne nulla daret donaria cœlo
Sanius hic duxit te modo læua pati.
Abſq; macherifera pietas neq; uirgine quoquã
Mittitur: hæc illam ſemper habet comitem.
Sed tibi terrarũ eſt iam partus in orbe triũphus
Viribus hic freta ſunt experienda tuis.
At maior tibi ſurget honos/licet imbribus altũ
Atq; oculos decimus ferueat ante tumor.
Nec latet hoc ſupos: ferus obſidet æquora ṗdo
Horrendumq; italis reddit iter ratibus.
Mentem aliam iudex manſit ſatis: auferet illum
Gumq; ſuis dabit in ſaxa ſatellitibus.
Te ſimul appulerit boreas ad litora magni
Geryonæ/& tuto preſſeris arua pede/
Alliciat nil molle/nihil graue frangat euntem
Perfice/iam creperi pars minor eſt operis.
Plura ſed hic dicenda manes: heſternus alũnum
Nurſiaci cœpit ſermo docere ſoli.
En ego sũ: quē deīde rudis mēs credidit ephrē/
Venturi ſola eſt principis effigies.
Talis enim laurentis erit uiceſima proles
Qui modo ticini tantus in urbe ſonat.
Anteq; tres rebus tibi tantis affuit annos.
Fœmina quum ſtygio dæmone ſalua fuit.
Iunior hic ſummo tactus ferueſcet ab igne
Et pulchro augebit noſtra uireta pede.
Creſcet/& auguſtæ ſurſum dabit æmula fago
Brachia: felices umbra teget ſocios.

Quis neſcit proles mihi quanta dicauerit ocni
Mecum eris hic, ſocium dat deus: accipio.
Eſt nobis ibi dandus honos hoc p̄ſide, qualem
Tempora ſub cœlo nulla dedere prius.
Huc uotis pedibuſq; omni uenietur ab orbe:
Nec triſti quiſquam pectore terga dabit.
Sed taceo, quanta tibi ſurget arundine præco,
Hoc tua qui lætus facta iubente canat.
Iamq; uale, & priſcis aium modo uiribus auge,
Et tibi quo iuſſum eſt incipe fortis iter.
Dixerat hæc, lumenq; ſacrum, dulciſq; reliquit
Te ſopor: ambroſium fugit ab ore melos.
Manſit odor: uerna redoleuit ianthide cella,
Firmauitq; alacrem læta quies animum.
Cætera uix foribus quin egrediare uetat nox:
Communem ardebas mox fore læticiam.
Nocte loq nec multa licet: ſed ut æthere titan
Fulſit, & eſt terris reddita prima dies
Voce deum maiore canis: liberq; per ædes
It ſonus, & fratrum neſcia corda ferit.
Mox adeunt, hilareq; uident: tū maxima laudāt
Numina: nec lacrymis ora beata carent.
Et pia ſeruato capiti dant oſcula: dextram
Porrigit hic, flexo procidit ille genu.
At comitē ante aras duxit uenerandus, & alter
Qui ſceptrum ſancta primus in æde tenet.
Hic laudes p̄rop̄ſer̄ nouas, noua gaudia, & uno
Ore nouos ſuperis concinuere modos.

Viſa rogatus adhæc fuerant, quæ nocte, pſaris
Audieraſq; ſacri quidquid ab ore patris.
Firmabat res ipſa fidem, ſolidumq; ſerenans
Os uenus, atq; dei cognita ſæpe manus.
Iam uerum res ire monet: poſt oſcula tandem
Mille auidum ſancta tollis ab æde pedem.
Ad ligurum mare tendis iter: leuis aura fauoni
Pergenti dextrum grata ferire latus.
Tercia lux aderat: pulſans ſal ſaxea ſentis
Littora, & inſani prælia longa uadi.
Iamq; indefeſſos porrecta cernere fluctus
Fronte potes: clamor nauticus aure ſonat.
Nō cymba eſt ſolymæa, poli nō miſſus ab arce
Nauta: parat ſtygius ſæua pericla leo.
Euades, uinceſq; tamen: ſtet pectore uirtus
Quæ ſolet: eſt toto totus in orbe deus.
Excepit te merce grauis reditura penates
Corbita, materia & remige fida ſatis.
Frigidus optato zephyrus iam ceſſerat euro,
Carbaſa quo totum læta fuere diem.
Sed uentis nihil atq; freto fallacius: hoſtis
Id ſitit, & cœlo ſanxerat omnipotens.
Nondum clauſa dies erat, & quo mergere titan
Se ſolet, a zephyro nubila miſſa furunt.
Et multa occiduas tingunt caligine fines:
Non tamen his eurus uilia terga dedit.
Nec mora, fit medius boreas: neq; paret hēnis
Auſter: uis montes fregerat æolios.

Turba polo ē, & turba mari: lex nulla malis eſt:
Cæcarat creperum nox uiolenta diem.
Dixeris in lucem trinum (ſi dicere fas eſt)
Coniuraſſe iouem, ſal, phlegetonta, polum.
Vitreus ex alto cadit imber, feruet ab imo
Pontus, ut infeſto uictus ab igne lebes.
Qualis & ætnæo lacus obſtrepit ater in antro,
Candētem mos eſt mergere quo chalybem.
Milleni uaſto ſurgunt in gurgite colles:
Milleq; mox ualles tartara ad ima cadunt.
Nunc indignatas ſcindunt caua ſuppara nubes:
Nunc paſſum radit curua carina chaos.
Dat gemitum ſine more ratis, ceu p̄ſſa caleno
Gurgite trabs, læti dona datura dei.
Siue pado uicina palus, ueteriq; rauennæ,
Quum focus in ſiccis feruet arundinibus.
Hinc uanū iuuenes cit & inde celeuſma paratos
Crebra ſenis pereunt ſibila cornicinis.
Haud magis in phrygios ſæuit lypareia cuſpis:
Non in dulichium pellis aperta ducem.
Aeolidum rixas, atq; ennoſigæus ut ira
Arſerit, hic memini prædidiciſſe puer.
Si tamen hanc oculis peſtem uidiſſet homerus
Et procul hinc poſſet non latuiſſe maro,
Credo pias hominum mentes motura legēdo
Plura ſuis poterant addere carminibus.
Sed tecum dum turba labans ſudatq; tremitq;
Transfuga cur aliquid mens puerile mouet?

Fugerat ex tota ſpes claſſe/notumq; ſaliſq;
Vis quacunq; urget plurima/uela uolant.
Munus agit ps nulla ſuũ: modo puppis eũdo eſt
Anterior: rediens fit modo prora latus/
Iam labor/aeriiq; iouis fera tela rudentes
Icareaſq; alas ictibus abſtulerant.
Nulla gubernaclo amiſſo prodeſſe magiſtri
Ars ualet: his iam mors abſtinet una malis.
Cunctorũ uox ſola ſonat: mala cordibus arce/
Reddimus en animas tolle miſerte deus.
Forte autem uel dante deo/palinurus ocellos
Flens mouet/inq; tuam triſte refert aciem.
Plurima nox ierat: nebula tamen oĩs & imbre
Lux latet: ah niſi quam fulgura miſſa parant.
Nocte uiris licet hac ſit longior altera nunquam
Credita/adhuc multum rentur abeſſe diem.
Nec poterat ueras hoĩum diſtinguere quiſquam
Effigies: neſcit filius ipſe patrem.
Te ſiquidem ſuper ille ratus uidiſſe ſerenum
Sidus/uoce tuos hac cadit ante pedes.
Quiſqs es alme poli noſtra ſub imagine ciuis/
Nicoleos (nec fallor) uel eraſmius es.
Cuiuſquam neq; claſſis eges: clementia ab alto
Summa datum potius te modo miſit opem.
Aſpice nos igiẽ/nos aſpice: quælibet heu mora
Eſt mora: quæ ſurgunt ſanctæ pericla uides.
Improbus en decimæ iã iã tumet ĩpetus undæ
In tam dira piam porrige monſtra manum.

Neptuno tamen hoc & tempeſtatibus atris
Si datur, ah comites dux tibi ſint animæ.
Talia miſcebat lacrymis, ſanctumq; tenebat
Nauta genu: miſeris nec redit a precibus.
Ad dandam te ſi qua potes, ſi corde pium quid
Stat tibi, fretus eo numine cogit opem.
Cæteri idem ſimul ore fremũt: poſitiſq; labore
Quilibet in tanto procidit auxiliis.
Paupere contentus ſella, uiliq; receſſu,
Non expectata tu nece ſolus eras.
Flabra iuba, læuumq; iouem defendis: egenti
Nauta iubam dederat, ſunt tua deinde ſatis.
Sponſa prius fido ſtant pectore fixa, ſed aures
Terq; quaterq; pias uox geminata ferit:
Spem p̄bes, magis illi inſtãt: Age deniq; cœlũ
Quæ ſolita eſt pietas uincere, uincat ais.
Nec mora, ſurgis: ubiq; fuit ſeſſum hactenus, ul
Genua cadũt, atq; his aſtra petis p̄cibꝰ. (tro
Spiritus æterni qui ingentia pectora patris
Semper habens, nullis claudere carceribus,
Quin ſimul oĩpotens toto ſpaciaris olympo,
Nec ſine te in magnis orbibus eſt aliquid.
Cui placitum fuit ire ſuper mare, nominis ante
Quam foret hoc, & opẽ cingeret oceanus.
Nec minor his o, nate deus, quo laſſa iubente
Bis ſeruata petri puppis ab imbre fuit
Nos ipſa bonitate potens, oculiſq; benignus
Aſpice: ſi læta eſt frons tua, uita redit.

Aere pugnatur toto: pax nulla nefandis
Fluctibus eſt, terræ plectimur exilio:
Dumq; feris diſcors mens eſt aquilonibus, & ſe
Inter uana cient prælia, nos morimur.
Ah rerum tantæ ſileant deus optime turbæ:
Iam ſatis & ſecum conſeruere ſuper.
Id genus experti quondam diſcrimina uos &
Supremi comites primaq; turba ducis,
Nunc memores tantæ cladi ſuccurrite, & illam
Præceptor ueſtris ueſter agat precibus.
Tuq; ſalutifero felices lumine ſomnos
Qui facis, & longo membra labore leuas.
Hos pater ipſe ſacro prompſiſti pectore caſus,
Littora ſed tuto mox adeunda pede.
Talibus auxilio lacrymans uenerata uocabas
Numina: ſtant oculi menſq; manuſq; polo.
Pluraq; adhuc dicturus eras: nec lingua quierat:
Nam neq; te pharius uiderat harpocrates.
Sed nouus exoritur clamor, redeuntis & index
Vox animi: totis plauditur hic manibus.
Lætior ex phrygia puppi neq; fidus achates
Conclamat pulchram quum uidet italiam.
Nec maiora ſolent populi dare gaudia quũ dux
Exuuias uicto carus ab hoſte refert.
Flando potẽs dextrũ zephyrus rubefecerat or-
Iamq; plagas uictor terſerat æthereas. (bem
Punica mox auſter, boreas rhyphæa, ſed eurus
Regna petit uerſo leucotheæa pede.

Et dudum irati clauduntur flumina cœli:
Vlla nec humentes nubila dant lacrymas.
Fit ſudum, totoq; redux micat æthere titan:
Et uires zephyrus temperat ipſe ſuas.
At ueteri feruebat adhuc diſcrimine pontus:
Ars tamen & uirtus nautica iam ſatis eſt.
Vela manus iuuenum auxiliis rorantia fractis
Colligit: antliaca tollitur imber ope.
Imber, qui tota miſcebat claſſe ſaburram,
Quoq; omnis peſſum cœperat ire labor.
Poſticas alacer reficit palinurus habenas,
Littoraq; intorquens proximiora petit.
Nec fiſa eſt mox ꝓra uado: fert machina uaſtū
Pondus: eam magnæ dixeris urbis opus.
Ergo rudente tenax ſaluo cadit anchora, q uix
Solus ab aduerſo marte ſuperſtes erat.
Paulatimq; leui uehitur pars magna phaſello:
Et terræ exultans redditur innocuæ.
Et littus ſublime replet, rupeſq; ſonantes
Fluctibus: hic madidas exerit endromydes,
Ille tremit, ſcopuloq; ſedens ſolē haurit amicū,
Seruatas alius cingitur induuias.
Salq; furens, iterum & diſcrimina magna tueri
Præſtat, & ex quanta eſt uita recepta nece.
Teq; ſuæ patrem ſeruatoremq; ſalutis
Luciferumq; omnes cœligenamq; uocant.
Res promit tibi quiſq; ſuas, ſociumq; ꝑ omnis
Alter opes ſtatuit, dicit & alter herum.

At bonus obſequiis uincit palinurus/ & ortas
Turgenti ſupplex lumine dat lachrymas.
Et ſanctos p̄mit ore pedes: chlamydēq; p̄cādo
Vi trahit/ & blandis uocibus ire uetat.
Munera/ nauis opes/ qdqd neptunus & ingens
Ferre poteſt/ nihili ditior ipſe facis.
Sola uiri te uota mouent: tamen ire neceſſe eſt:
Intima cœleſtis uiſcera flamma ferit.
Par igitur quanta eſt humana licentia reddis/
Pro lacrymis lacrymas/ pro precibuſq; p̄ces.
Sol bouis œtherei tergo diduxerat axem:
Atq; iter in fratres ceperat œbalios.
Dulce uiris fers ore uale: priſcoq; labori
Redderis: hinc audent omnia ferre pedes.
Nec montes nec ſaxa timent: deus ore ſereno
Annuit: & facilem porrigit ille manum.
Pulchra ſenē decies quater eſt āplexa maritum
Aurora/ & decies eſt quater aucta polo.
Quum turris in monte uides: ſpes certa labori
Surgit: eo breuis eſt hora ſatis pedibus.
Mœnibus hic modicis urbs eſt: dedit inde uetu-
Nomē/ & ut parua eſt cōditione ſonat: (ſtas
Supplet honos: toto facit indiges orbe celebrē
Qui cupiit chriſti pone ſedere latus.
Huc boreas: euruſq; procul/ ſimul arduus auſter
Noſtraq; fert regio ſupplice dona manu.
Perge: tibi hic etiam dabitur uictoria: & hoſtis
Territus ante tubam porriget arma tuus.

Peſſimus inſontem dudum ſine lege puellam
Irruerat: multa tinxerat & rabie.
Rapta fatigabat ſtridentibus illa catenis
Mille uiros: læui numinis impatiens.
It comes: & lacrymis pulchra irrigat ora miſer:
Nec tener a gemitu temperat euryalus. (tus
Euryalus: quo non forma præſtantior uſquam
Alter erat: ſeu quem diligit hyrtacides.
Siue ſatum caropo referat quis nirea: ſeu quem
Virginea texit territa ueſte thetis.
Q ueue ab equo rapuit fugiētem crinibus ilex:
Euryalum cunctis præferat alma uenus.
Mens tamen aſſiduis pueri calet anxia curis:
Dum uidet in proprium tam fera bella latus.
Triſte modis miſerā torquet feralibus hoſtis:
Nobileq; in centum monſtra decus uariat.
Aſt ubi te niuium ſuperaſſe cacumina: & alpes
Proſpicit: & pelagi non timuiſſe minas:
Mente cadit: ueteresq; dolos oblitus: hiatum
Ore dat: & multo murmure queſtus abit.
Sternitur infelix duro ſuper æquore uirgo:
Exanimem triſtis credidit euryalus.
Amplexuſq; pio ſurdam uocat ore ſororem:
Saxa puer poterat fletibus allicere.
Protinus it cœlo clamor: flentumq; tumultus:
Nec ſine non modico mens fuit ulla metu.
Hanc pceṛ matrūq; manus ueñerāda pheretro
Colligit: & pulla membra tegit chlamyde.

Adq; miniſterium ſe flebile tota fatigat
Curia: magna carent pectora conſilio.
Nec ſatis inſpectans lucem diſcernit ab umbra
Archigenes: ſpes hinc fluctuat, inde labor.
Neſcius interea ſtandi per triſtia rumor
Mœnia, perq; omnes euolitare uias.
Defunctamq; rati ciues ad ſancta feruntur
Limina: fit magno pompa uirum ſtrepitu.
Compita funereis pallebant tota cucullis:
Nec niſi nigra omni ueſtis erat populo.
At ſemper gauiſa malis acherontia proles
Gratius Alecto percipit aure nihil.
Arua pelectronio iaculo calpea pererrat
Ocyor: inſano uix reprimenda freto.
Sēſit & auricomi cuſtos gregis inſula, magnus
Senſit atlas: mæſtus bæthys anaſq; fuit.
Fit ſtupor heſperia in tota, tamē atria nemo
Nuntius, atq; aures audet adire patris.
Fœmina nec tantum potuit cocytia: mus eſt
Tutius ut fellem quærat, & ille lupum.
Fulmineus uindex cunctis erat ille timori:
Flumina qui ſitiens plena cruore bibat.
Legifragus, ſuperq; aſſiduus contemptor & ipſa
Si queat obſcæna detrahat aſtra manu.
Eſt multa ditione potens urbs, marte nec ullo
Territa: diues opum, nec maleſida uiris.
Nec fuit hac ſtudiis olim magis aſpera belli
Aemula tot clades quæ dedit italiæ.

Voce ſua ueteres Burgum: dixere coloni,
Nomen & id noſtros uenit ad uſq; dies.
Regia conceſſu longo uia ducit euntes,
Hoſtia quam primo ferrea ſole docent.
Offert ſe tandem patulo gradientibus æquor
Sub ioue, quo uires martis & arma probant.
Supremiq; hinc regna iouis, iouis inde ꝓfundi
Vel martis credas, mulciberiſq; lares.
Ad læuam procul alta tenent præſepia mille
Strenuus auſtrigenas quos dedit aſtur equos
Semiferos Vulcanicolas hic multa fatigat,
Fabrica: perpetua ui graue feruet opus.
Hic ſteropæ & nudis ſunt mille pyracmones ul
Nec magis in ſiculo carcere pſtrepit. (nis:
Exculcant alii uentos, ignemq; laceſſunt
Follibus: hi crebris ictibus æra domant.
Penſa graui trahit ille rota: ſecat alter, & orbes
In paruos paruis flectere forcipibus.
Pectoribus tunicas loricat & alter ahenas,
Aut acuit cubitos, crura pedeſq; cauat.
Criſtat & hic galeas, fingitq; umbonibus ora:
Ille boum clypeis tergora dura premit.
Cornea lunatis ſoleis ueſtigia firmat
Alter, & audaci uulnera ſanat equo.
Marmoreo ancipites hic atterit orbe macheras:
Stridulus hic ferro dolia fœta mouet.
Creſcit in hoſtiles torquenda phalarica turbas:
Hic uites, ouium fingit & ille uiros.

Sunt & pyreica qui fortia ſcuta decorant
Arte/cauiſq; ligant ſerica ſigna tubis.
Pars pharetras/pars tela polit/fuluiſq; labore
Phidiaco pulchrum nectit ebur gladiis:
Audenti tandem uideas placitura gradiuo/
Cuncta:nihil pugnas præter & arma ſonat.
Bifrontis nunquam claudantur limina iani/
Subdita ſi burgo pareat auſonia.
Stant contra modico prætoria colle ſuperba
Mœnia/cœleſtes uix uelitura tonos.
Summa uagas feriunt arcis faſtigia nubes:
Noſtraq; ſublimis lumina fallit apex.
Plurimæ opes/& magna ducũ uexilla feneſtris
Cæſorum pendent raptaq; roſtra mari.
It circum aſſiduus paries/ immobile clauſtrum
Fundamenta graui preſſa ferunt lapide.
Surgũt ſigna uirum uiuentibus æmula/& auro
Monſtra locis fulgent prodiga barbarico.
Singula ſunt pariis trabibus diſtincta/cauiſq;
Fornicibus/priſci gloria praxitelis.
Herculeos primum fas eſt hic noſſe labores/
Victricem ſemper uota ſequuta manum.
Centimani fratres & prælia uana gigantum
Sunt ſecus/& ſæuo dans faber arma ioui.
Iactat in inſanos theſeus cratera bimembres:
Nec fugit a caro compare pirithous.
Inuicta lacerat Sampſon uirtute leonem:
Mille uiros aſini fauce per arua ferit.

Inq́ iugum portis hoſtilibus ibat onuſtus
Amplexuſq́ baſes atria magna quatit.
Saul ſeq̄tur: ſanctuſq́ gener: reliquūq́ p orbem
Siqua dedere probi fortia facta duces.
Atroci lanians ſub poſtibus ungue draconem
Stat leo: clamantiq́ ora leuat ſimilis.
E regiōe eqtē gryphs cōprimit: hæc orichalco
Prædita lyſippi finxerat arte manus.
Aſpera cardinibus: clauiſq́ & uectibus amplis
Hoſtia bilbilico pacta crepant chalybe.
Illa nec æolio cedant occluſa furori:
Ictaue mænalio robore nulla tremant.
Nequidquam baliſta pilas & ſaxa profundat:
Lethifer & modico tactus ab igne cinis.
Regia fornicibus rutilant inſignia pulchris:
Quæ iouis erecto pectore pingit auis.
Aurea cœleſti ſunt & tria lilia campo:
Purpureuſq́ arcem ſeruat ab hoſte leo.
Terminat inceſſus belloq́ togaq́ frequentes
Porticus haud parca nobilitata manu.
Hic uires & facta ſimul memorantur auorum:
Vera quidem: calamo ſed nimis aucta leui.
Vir ſonipeſq́ ictu ſecti credantur eodem?
Quidue tenus capulo fixa machera molæ?
Bellatrix manibus gryphæis pugnet amazon?
Perdere mille ſimul quiuerit una uiros?
Num lapis alterius medio ſtet corde camillæ?
Aethoni ne gradu par moueatur equus?

Hæc tamen & mirāda magis ſublimibus inſunt
Mœnibus: inſtaurent quæ fera corda uiris.
Hic neq; uulturiis: quadro neq; luditur alueo:
Alea uictricem nulla ſonat paphiam.
Nec digitis quiſquam numeros præſagit aptis:
Nec cadit ancipiti thuſca trigone pila:
Sed quo terrigenā uictum certamine monſtrat
Charta libem: aut ſiculus quo ſupatur eryx.
Fortia pars magnis opponere corpora telis
Certat: & immenſos mittere pars lapides.
Hic pardum ſuperat ſaltu: ſæuumq; leonem:
Nec leuibus currens inuidet alter equis.
Vel tereti uolucres tolluntur arundine cœlo:
Glans ue rotata plagis ſibilat aeriis.
Dat labor aſſiduus uires: & dulcis enyo:
Callida nec deſunt uiribus ingenia.
Regia talis erat domus: & parere tyranno
Sic tota inuictis ſe parat urbs animis.
Tum curis hic forte tumens ingentibus ibat
Sæuus anhelanti pectore fœdericus.
Quippe recente furēs & pallade fractus iniqua
Sacrilegas caſtris traxerat ille manus.
Latronumq; eqtūq; animos: ſubleſtaq; ſanctis
Principiis uario iura furore notat.
Diſiectamq; mari claſſem: ſæuiſq; procellis
Senſerat & decimo ſuccubuiſſe freto.
Corde nec infelix gnatæ fortuna ſuperbo
Exciderat: facies nec placet ætherea.

Nigrantes fugiens nubes exciuerat ater
Spiritus/& nimio fregerat imbre diem.
In ſuperos/inq; aſtra furens dabat ille ꝓphana
(Proh ſcelus)aduerſas impietate preces.
Ecce autem puerum ſonipes aquilone creatus
Euryalum patrios obtulit ante lares.
Pallidus is(roſeo ſpes & labor ore decorem
Turbarant)magno deſilit acer equo.
Feſtinatq; gradu:tergo glomeratur euntis
Tota domus:ſitiens pars nouitatis erat.
Filius aſt alios nouit quod regius eſſet:
At meliora pius pectora uicit amor.
Hunc adit/atq; alio uultu pater excipit ulnis:
Terq; premit niueas & quater ore genas.
Qui ſtabant regale decus mirantur/& iras
Oblitum:legi rarus obedit amans.
Diſſerit euryalus rerum puer ordine cauſas:
Iucundoq; decens os mouet eloquio.
Scis ait alme pares dum martia fortis in hoſtes
Signa regis/domus hæc quis fuit icta modis.
Quis referat/caſſandra ſoror/quo turbīe/q̄nto
Eſt ad apoſtolicas ducta labore fores.
Candidus inſtabat rogitans hic multa ſacerdos/
Vox noua quum miſeræ uirginis ore ſonat.
Ille fugax quocunq; abeam/me perfidus ille
Barbarus inſequitur fœderis impatiens.
Sed phlegetonteo claudar ne carcere corpus
Hoc ualeat:mores noui ego ſæpe uiri.

Dixerat & ſubita totum caligine cœlum
  Perculit: atq; acies exciit aerias.
Viſa priore nec eſt tanta inclementia ſeclo:
  Turba nec ullius grandinis æqua fuit.
Terruit aſtantum mentes pauor: igne tenebras
  Præſtat & hanc clauſis uincere uim foribus.
Heu pater indignum uiſu & miſerabile coram
  Fit facinus: rerum lex modus atſq; perit.
Vi ſoror e manibus magna ſe tollit: & omni
  Saxa ſolumq; ſuper fune ſoluta cadit.
Pro dulci affatu atq; uale moritura ſupremo
  Sternitur: & toto corpore pulſat humum.
Brachia crura manus innectit: itemq; reſoluit:
  Membraq; centeno flexilis orbe mouet.
Saucius ut ſerpens: longo uel corpore piſcis:
  Fuſcina quem noſtris uulnerat in lacubus.
Sic ea uirginei decus eſt oblita pudoris:
  Dum nimio tandem uicta labore iacet.
In lacrymas gemituſq; oēs: triſteſq; querellas
  Vertimur: it matrum clamor ad aſtra ſonās.
Triſte relaturos funus iam nigra manebant
  Eſſeda: iam miſerum terga premebat onus:
Quum facie cultuq; nouo uenerādus adeſt uir:
  Et te quem genitor forte uidere iuuet.
Parietibus talem ſacris inſpeximus: at non
  Ignea fax: nec ſus huic erat æſq; ſonans.
Accedit: ſtamus: mæſtis iubet ire timorem
  Pectoribus: digito ſcribit & ora cruce.

Ad pia uota manus duplicat, frontemq́ſ ſeuerus
Erigit: & paucis os ſine uoce mouet.
Virgineam capit inde manũ: tum ſurgere iuſſa
Paruit, & ſanctos eſt uenerata pedes.
Fleximus hic quicunq́ genu: grateſq́ merenti
Egimus, & tanquam ſoluimus ora deo.
Ad reditum nunc læta mouent ueſtigia cuncti:
Pluſculaq́ in tractu fit mora fœmineo.
At memor ipſe tui (nec te mihi carius ullũ eſt)
En ſanctum uolui primus adire patrem.
Talia uoce puer grata, manibuſq́ decoris
Nuntiat: & facili flectitur ille genu.
Nec mora, rex uerſis celeranda petorrita fatis,
Subdendoſq́ iugis imperat æripedes.
Deſierant trepidare duces: lætantibus ille
Gratatur, caro nec minus euryalo.
Atq́ iterum ſibi facta iubet, rogitatq́ referri:
Et formoſa leui ludit in ora manu.
Interea parent famuli: uocat ille robertum,
Cuiq́ uirens pulchrum nomen oliua dedit.
Ite ait, & celebri quiſquis fuit ille triumpho
Tollite, quo tanti filia ſenſit opem.
Cœleſti libate uiro date munera, noſtros
Si pede dignetur: tangere forte lares.
Præcipitant ad iuſſa moras heroes, & ipſi
Automedonteo corpora dant operi.
Nec minus ampla nouo micuere palatia cultu:
Regia res grauibus promitur ex pluteis.

Et plateis ſternuntur opes: uernoq́ decore
Cuncta nitent: triuiis nata uireta putes.
Stragula fornicibus pendent: ueſteſq́ futuræ
Magna tegunt uariæ mœnia diuitiæ.
Fit tota ſacer urbe dies: dominantur ubiq́
Gaudia: chriſticolæ qualia ſemper agunt
Myſtica quum celebrant cõuiuia, fulſit & ingẽs
Lux ſimili nouies poſt redeunte die.
Grata uel audaci tros arma latentia pinu
Quum diuã populus uexit ad armiſonam.
Iamq́ Aethona pmẽs medio ſol ibat olympo,
Octipedis radens terga cruenta feri.
Tu portis optatus ades: tibi regia uirgo
It comes: & uariis turba ſequuta locis.
Caſſandram excipiũt matres, teneræq́ puellæ,
Te reliqui, miſſis ſidera ad alta ſonis.
Perq́ alias rex dona uias, & fercula mittit,
Pars ſaltem ut ceſſet currere pauperior.
Nil aurum nil eſca facit: tu ſola cupido es:
Vota fugant geminam non leuiora famem.
Iamq́ domus parua eſt: ſed lectius ore ſeuero
Affuit, & turbæ clauſit in ora fores.
Regali extemplo ſonuit caua bucina iuſſu,
Imq́ probos uultus terruit improbior.
Delecti manſere patres, manus alta uirum quæ
Fœderici nunquam deeſſe ſolet lateri.
Manſit & euryalo primo par flore iuuentus
Pulchra ducum puero dedita progenies.

Libera præcipites fugiunt præcordia curæ,
Non inopem genio quiſq; dabat ueniam.
Multa dies cœlo ruerat: ieiunia gratum
Tempus erat uacuis ſoluere corporibus.
Parſq; miniſteriis præfecta dapalibus, omnem
Caſtigat ſubito iuſſa labore moram.
Quanta grauant citreas argenti pōdera mēſas,
Dona ferunt patinæ quā numeroſa dapum,
Quoue deo exultent gēmis conuiuia, ſyluas
Nec rhodopea canat docta mouere chelys:
Diuino non ſmyrna metro, quantoq; mouetur
Ordine per totam turba miniſtra domum:
Indignum fit rege nihil: tu fixa locaras
Corda polo: neq; te regia res ſuperat.
Spiritui parebat homo: caſtiſq; fidele
Grata dabat uerbum pabula uiſceribus.
Plurima rex rogitare frequēs: interq; loquēdum
Oratu duplices hoc dat in aſtra manus.
Sanctæ triumphanti numero demiſſus ab aula
Cœligenum, proles o/zebedæa quidem.
Nam tibi mortales oculos licet aurea fallant
Sidereum radiant ſpicula mille caput.
Aeriæq; acies parent, & te orcus adorat
Qui procul hoſtilem, ſtando phalanga teris.
Auxilio ſibi ſæpe furens caſſandra futurum
Angelon ex alia dixerat heſperia.
Audiuere omnes hunc ora canentia/nunquam
Mens tamen ignaris cordibus æqua fuit.

Sic ſero phrygius natæ rex credidit: illi
Fata dabant: ſed nos fallere noſtra ſolet.
Nec tanti eſt latium: tantarum culmine rerum
Roma ruit, ſummo uix redimenda deo.
Si cœlo lex ulla uiget: ſi uera fideles
Credimus, extremum iam manet illa diem.
Omnis. n. iam facta parens altrixq; ueneni eſt:
Turpis & in toto ſpuma lebete natat.
Improba cœleſtem obducunt zizania cāpum:
Vtile far lolii uincit iniqua ſeges.
Illa patres duro priſcos placitura neroni
Perdidit, omne mago ferre parata decus.
Quot iuuenes, quot & īde ſenes, ferro igne mā
Suſtulit, & matrum paſſa ferire ſinus. (riq;
Nulla puellaꝝ pars eſt numeranda, furendo
Quas ruit, ut miſerum torua leæna pecus.
Sunt alii nomen quibus inclyta facta dedere,
Mercediq; ſacer poſt fuit interitus.
Aduerſaſq; bonis ſemper dedit aſpera grates,
Ab ioue non puero teſtificata genus.
Aurea quaq; ſonat, ferro minor imperat ætas:
Stat noua lex: nullo priſca uolat comite.
Sunt quibus hic rutilat tyrio frons tecta galero,
Præq; uncto bifidus uertice fulget apex.
Humano incedunt infectis ſanguine pallis,
Stat color, & paphiæ concha cupita deæ.
Ah uia quam caro poſt terga & puluis aratro
Scinditur: Arnæi mentio nulla ſonat.

Quæq; gelu & centum poterat ſatis eſſe pudori
Sub ſola eſt geminum pelle uidere pecus.
Aureus hos calaber ſonipes/aut empta talento
Mula uehit grauibus tota nitens phaleris.
Sacra deo dederat callis manus aſpera quondã/
Plurima nunc graciles gẽma grauat digitos.
Vulſaq; barba uiros picto mentitur ab ore
Et crinis tepida luxurioſus acu.
Oderunt ſancta rugas in fronte ſeniles/
Temporibuſq; ſacris ſola corolla deeſt.
Laideos querulo pulſant modulamine poſtes/
Et totis uigilant noctibus indecores.
Perq; diem falſa comites ſibi ueſte puellas
Ire iubent: uel præ ſignifer it glycera.
Pro ſtephano fabius/ſtat pro laurente camillus:
Sed non cunctando uincere qui docuit.
Ille nec eſt alter/patriæ qui ſtrennuus ultor
Celtas tarpeio diſpulit ab lapide.
Sed caput o/tali quã dignũ eſt corpe: ſceptrum
Fert uenus: arma tamen plurima ſunt ueneri.
Cacus auentinas iterum ferus occupat arces:
Nec ſatis eſt lyceam paſcere grex rabiem.
Forte roges operis quid agat ſi iuppiter ille/
Conſilium dicent a ganymede capit:
Aut helenis medius dormit cuſtodibus: alter
Plectra domat referet/uel iacit oſſa manu.
Lynter ab inſanis petri ſic fluctibus & ſic
Seruatur ſtygio ſeria res ſtrepitu.

Sal terræ nos tale piat: ſcrobs nota cynædos
Inter, caſtigat turpia ſocraticos.
Si ſua dux cæco fendat ueſtigia calle,
Quis patriam dextra poſterus ibit aue?
Nec febri dat febris opem: grauiora dolemus
Plurimus his tota feruet in urbe nepos.
Iam ſolis fruſtra queritur connubia tellus,
Spes neq; ſub tanto eſt ulla calore fugæ.
Scalpere gallus humũ diſcit genitricis ab ungue
Iunior a ueteri bos boue doctus arat.
Mille (nec ore licet caſto prodire) ſuperſunt
Quæ tota didicit nulla puella cypro.
Qui Bizantiacam de ſe modo nominat urbem
Hæc ne ſuo moriens credidit imperio?
Ipſius & tanto nixu fidiſſima proles
Stricta ne magnus eo carolus arma tulit?
Notus & aſtra ſuper bello fortiſſimus heros
Extinxit quem poſt funera tanta ſitis?
Affinemq; uienigenam, ſeptiq; leonis
Quid geſtatorem, magnaq; facta loquar?
Perpetuis quidquid peperere laboribus omnes
Hiſpani ſuperat nubila martis ope.
Grata nec uſq; genas preſſerunt ocia noſtras
Hac quoq; roma prius ſtat ruitura manu.
Et nos certe idem ſanguis ſumus: emicat igni
Clarior en dextro flammea crux humero.
Hoc ſceptrum poſt fracta potens idola reliqt
Carolus, & noſtris regia iura dedit.

Continuaq; decens ſucceſſit origine proles:
Secula ſic eadem quinq; ſtetit ditio.
Infenſoſq; deo ſemper certauit in hoſtes
Et dedit & bello plurima damna tulit.
Turba loquax/diſcicta/domo nos turbet auita!
Det noſtro ignotis parta cruore nothis!
Qui cortes uerrebat heri/culmoq; iacebat
Idem hodie ut nobis præſtituatur herus!
At non degeneres nos tanta licentia ſemper
Sentiet: hac ſancta eſt terra pianda manu/
Interea tu noſter eris: ſic ſumma iubet res/
Aurea dum capiti ſint tria ſerta tuo.
Cara libens commune feret conſortia regnum/
Nec tua iuſſa puer tempſerit euryalus.
Iamq; illi dicere pater: caſſandra domuſq;
Tota colet: caſtris me procul arma uocant.
Arma cano: ſpes nulla togæ: conflabitur aurum
Quo uenus in tota præſidet italia.
Hyrcanos hem ſueta manus lacerare leones
Fors ne cupidineos frigeat in lepores!
Talia rex: ſed plura truci furor abſtulit ore:
Iamq; erat in rapida ſtricta machera manu.
Te nouus ex imo ſuſpiria corde trahentem
Pallor adit: uultu nec mora ſanguis erat.
Iratiq; inſtar pugno pia pectora tundens
Indignata polo talibus ora leuas.
Tanta ne funeſto liceant deus alme furori!
Quo pietas/quo ſe ſuſtulit erigone!

Artubus an ſatiare paras præſepia noſtris?
Aſſandos ſiculo num ſepelire boue?
Sed tibi uæ in cœlum q ſic hō ſtrinxeris enſem,
Quiq; thyeſtæas fers male fando dapes.
Perſpiciam niſi quāta patris clemētia ſummi eſt
Arua diu non hæc ſole uidenda putem.
Quin ſiml ergo petro claues, pauloq; macherā
Tollis? & ut chriſtum regna tenere ſinis?
Sed quantos hæc dum fruſtra molire triūphos
Miſiſti? quanta eſt gloria adempta tibi?
Auſpiciis malace coleret tua ſigna ſecundis:
Parerent tibi quæ bæthys & arua rigat.
Nec tarteſſiacis quiſquam arma moueret in oris
Ni tua quum ſignum claſſica prima darent.
Non tamen ipſa tuos falſura eſt palma nepotes:
Tota nec hanc liquit regia ſumma domum.
Punica mala rubro ſpondet iungenda leoni,
Pro magniſq; ſimul ſemper erunt foribus.
Templaq; felici ſurgent decorata lauacro:
Pendebit ſummis nola cacuminibus.
His molles oblita toros, neq; uiribus uxor
Obſtiterit, lena gratior ægis erit.
Non illis auri montes non flumina deerunt:
Inſula nec multas parta negabit opes.
Ocia erunt odio rurſum: ferroq; fideq;
Inuictus cœlo ſternet uterq; uiam.
Tu uero iam frena animis immite: leoni
Sit cruor: eſt hominis pellere pane famem.

Mortales ſi temnis opes-mortaliaq; arma
Quæſo uel inſomnem deniq; diſce deum.
In moſea datan terraq; abſorptus abiron
Decidit inſtygias ſceptra rebellis aquas.
Non-nõ crede moræ:nec longa ſilentia tutum
Te faciant:uoto eſt ocyus omne malum.
Non aqlone citus-non fulgure crimen adami
Quæſiit-inceſſum cui dabat aura leuis:
Luctificum tardo tamen ictum miſit ab arcu
Quo ſceleri tota eſt ſubdita poſteritas.
En morimur-varioq; oẽs mauorte iacemus-
Aſtyanax-priamus-crœſus-& Irus obit.
Talia(crede)ſatis prodeſt meminiſſe:ſepulcri
Qui memor eſt-tutũ tendit ad aſtra pedem.
Sunt eadem uerſanda aĩo dum uiuitur-& ſtant
Membra:deus flecti dum pietate poteſt.
Ceſſabunt numerari anni:nec nomẽ habebunt
Tempora:nox fieri cæca uetabit opus.
Carolus eſt narras auus & Bizantius heros-
Gaudeo:quocunq; is hi tibi ſunto duces.
Nec patris euryalũ pudeat:ſit & unde minores
Lætentur:proba ſic linea ſemper erit.
Romanis nec rebus opem quam ſæpe dediſti
Deprime:plura poteſt reddere-uultq; deus:.

ARMENIADOS LIBER SEPTIMVS

Os ſolymæus erat: dederat lex prim ſca-ſed auri
Cordibus obſcuram fecerat eſuries.
Horrendum ſacra crimen erat ſine munere cuiquam
Appetere-& uacua uelle litare manu.
Hinc foribus uenale forum ſurrexerat-& quod
Solueret æs pauper-far-faba-turtur-ouis.
Damnatas euertit opes-rerumq; magiſtros
Ignotus triplici canabe uir pepulit.
Chriſtus erat: ſed mole (ferunt) res cætera uicit
Signa: inopi tantam ſuccubuiſſe manum.
Poſtremum hoc igitur-ſi cuncta recenſeat ordo
Non erit-ut tonitru terreat aura leuis.
Tu capaneum lauſiq; patrem ratione moueri
Poſſe doces & ſi durius eſt aliquid.
Effrenis te orante furor-uiolenſq; tumultus
Et mundo meditans ira pyram tepuit.
Qualis ab hetruſca rubicon ſtrepit igneus alpe
Quum ferus æſtiuo iuppiter imbre furit.
Præcipiti credas ruituros turbine montes-
Eſſe iterum ſaxis deucalionis opus.
Sed zephyro uictore qes redit omnibus: æther
Promicat-& fluuio leuior eſt facies.
Ne ſæui uenoſa ſecus præcordia regis
Detumuere: ſua eſt reddita mens homini.

Et fatum tam dira piget: pectuſq; pugillo
Ter ferit, & placido quæ cupit ore rogat.
Interea minuuntur opes, quas pulchra iuuentus
Gauſapibus largo prompſerat ex penore.
Tunc ſenior: ſi nulla mouent cerealia, nec te
Thyrſigeri alliciunt munera læta dei.
Da ueniam, donecq; boues producat olympo
Arctophylax, dederit dic tibi quanta deus.
Id ſanctum proceres dicunt, diadematis & tam
Iuſta ſacri reputant fallere uota nefas.
Pulcher idem fremit euryalus: fauet ore tyrãno
Quiſquis adeſt: finis nulla datur precibus.
Neſcius ergo piis ſurdas dare mentibus aures
Talibus ipſe polo dirigis ora modis.
Eſt ſupplex tollẽda patres manus oĩs ad arcem
Aetheris, eſt omni terra premenda genu.
Gratandum rex inde tibi, nec thure nec auro
Nec reus inſontis morte litas uitulæ.
Hinc niuea mihi cara dies numerabere gemma
Bifrontis capiti præſtituenda ſenis.
Humanis aconita procul quæ cordibus arcet,
Chryſon & ex plumbo quæ facit eſt bõa lux.
Viribus at maiora petor: cadet atra mari nox:
Ibit & a medio poſtera lux medio.
Nec bene prima loquẽs elemẽta retexero: ferri
Vox eget: os unum eſt: lex locus hora uetat.
Sed malus eſt parere negãs: nec amabile mũdo
Dat facinus: mortem reproba mens peperit.

Spes igitur quo nulla cadat, ſtet amorq; fideſq;
In ſuperos, quidquid rex iubet incipiam.

Non mihi romulea numerant̃ origine pr̃es
Nullaq; naſcentem ſuſtulit heſperia.
Sed ꝓcul indomitos humus edere ſueta leones
Et nitido eluſas ſæpe feras ſpeculo.
Non tamen hæc omni diſcrimine certat auerno
Nec penitus iuſto eſt terra relicta deo.
Felices facit ipſa loci natura colonos:
Euphratem placita fertilitate bibunt.
Deliciis moſes hunc immortalibus ortum
Nec procul hinc cecinit præcipitare tigrin.
Oſſan & eſt alius magno qui abrumpit olympo
Theſſalus huc nomen tranſtulit Armenius.
Armenius, colchos duce quẽ ſub iaſone uectũ
Allexit pulchri ruris amœna uenus.
Palladis hic ardet ſtudiis utriuſq; iuuentus
Nobilis, arma tamen ſueta placere magis.
Hic ego laudati ſeruans ueſtigia patris,
Omnibus (ut licuit credere) carus eram.
Claſſis iter quocunq; petat, flectantur habenæ,
Alba leuis tergo carbaſa uentus agit.
Fortunæ nec deeſſe dolos, rebuſq; ſecundis
Senſimus, & blandis miſta uenena ſonis.
Cuncta ualere, deo monitus mortalia iuſſi
Præcipitiq; citum rupe redire pedem.
Qualis ab excælſo qui pulchra cacumine circũ
Regna uidet: uolucres uentilat aura comas.

Hinc omni placitura magis cœleſtia mundo
Suſpicit: horrificum territat inde chaos.
Audieram multos ſic ſe ſeruaſſe periclis
Pauperieq; iſdem lucra reperta duce.
Tacta cupidineo dixiſſes pectora plumbo.
Et peſſum paphiæ uota dediſſe deæ.
Inuidit ſerpens animis uetus: occupat orbem
Qui totum: quidquid ſcit mouet in puerum.
Quãtus erat meminiſſe tremo: phœnicibus ar-
De maiore decus non dedit aonia. (mis
Herculeæ capitum numeq; ſi dempſeris hydræ
Rex minor eſt monſtro dixeris illa tuo.
Quid facerem? terris aberant ſuffragia: mox ad
Aeternam gemitu ſupplice uertor opem.
Palloremq; graui excuſſi ſeruatus ab orco
Proq; meis grates uiribus exibui.
Qua uerſum tendenda tamen ueſtigia uano
Triſtia laſſabam membra labore rudis.
Euphrati nã terga dabã: noton inter & curum:
Ora tenens: dextro tigris erat lateri.
Errabam: ueteris uideo dum mœnia nini
Qui patriam cecidit primus ad effigiem.
Prætereo: celerẽq; iterum ſtat ſcindere tigrin:
Pergenti tandem læua fuit Babilon.
Perq; arabũ deſerta feror; mens ſũma labãtem
Me uidet: & ſanctam mandat adire domum.
Res miras & ſigna: ſatis uox nulla peroret
Incola quæ cœlo turba fauente facit.

Hic ſurdis audire datur: ſuſpendere ſacro
L oripedes uidi lignea crura tholo.
Et capti quot luce uident! quot febre leuantur!
L ymphatos meritis pars piat inferior.
Huc placuit ueniſſe, nigram pro murice ueſtem
Induor: hic didici bella timere minus.
Creuit amor: iam ſolus eram: fera militis inter
Prælia tartarei mons mihi chriſtus erat.
Et uires in marte dabat: ſocioſq; laborum
Iunxit: iniqua ſuper preſſimus arma diu.
Arctoas ciet ille niues & frigora: noſtros
I s furor, inq; ſolens terruit eſurias.
Inſtabat, uelut acta fame de montibus altis,
Quum ruit ad clauſum torua leæna gregem.
Affuit ex cœlo pietas: incautior unus
Heu fuit: hic toto decidit ex numero,
Verſa ſed ardentes fallit ſententia parcas:
Dura locant iterum penſa trahenda colo.
Igniuomus doluit ſua iura periſſe tyrannus:
Heu ait acceptum redde nomiſma charon.
Me cœlum omnipotens acquirere iuſſit eundo:
Et ſolymam primo ferre labore pedem.
Ordior, & phœbum recto ſequor ore cadētem:
Felicemq; uidens gratulor Arabiam.
Apparet caluo dilecta ſamaria uati:
Secta paleſtinæ mœnia miror humi.
Manſurum neq; ſiſto pedē, Salomonia donec
Templa pio uoti compos adoro genu.

Sed nihil ah ſanctum ueritus dux arma ꝓfundi
Innouat: at clypeo territus indiguit.
Multa per & rerum diſcrimina magnus ituro
Pignus amicitiæ præbuit Arſenius.
In uidulo mihi teſtis adhuc diplomatis inſtar
Seruatur patria charta notata manu.
Agnoſcā memor uſq; mihi deus inter eundum
Quanta ſolo dederit gaudia quanta mari.
Fretus & hoc longos potui ſuperare labores:
Sumq; leui liquidum robore menſus iter.
Anconem romamq; deo ducente petiui:
Nec mala mens ſtygii principis exciderat.
Iamq; ratus uiciſſe dei quid dextera poſſet
Senſit & in uacuam uictus abit faciem.
Inde leonis atrox inſurgit imagine quantus
Ante cleonæo non fuit in nemore
Quiq; prius cœli primos tentarat honores
Tanta leuem timuit beſtia factus ouem.
En quotiens patefacta fides rex inclyte ſummi
Patris & en quanti fœdera ſancta facit.
Mens fuit inſtanti paucis parere ſenatu
At noua quum loqtur non placet uſq; lacon:
Nunc rerum non ſola ſequar faſtigia quidquid
Eſt referam: ſapiunt hic numeranda deum.
Mœnibus exieram romæ qua regia crebro
Ex toto petri uiſitur orbe gradu.
Inſomnis decreram oculos curaſq; perennes
Hoſpitis & docuit fallere poſſe deus.

Deq; uia feror ad læuam, ſi qua obuia detur,
Paſtoris uacuam præſtat inire domum,
Et totam ſic ferre diem, tenebraſq; ſequentes,
Fas foret ut tuto poſt procul ire pede.
Arbitror & celeri ſatius ueſtigia greſſu
Tendere, meq; omni tollere ab intuitu.
Pan nullus, mihi nulla pales fauet: ante tñ quæ
Semper erat, nunquam pectore mens abiit.
Interea lux orbis adit titania culmen,
Exq; altis breuior montibus umbra cadit.
Sudorem labor atq; ſitim ciet arduus: horam
Corde moræ ſolitam diſiicit impatiens.
Triſtis erat tellus, priſciſq; incognita nymphis
Nec quiſquã ex ueteri manſerat imbre liquor
Sedibus omnipotens oculos tunc flexit ab altis
Præſentemq; pio lumine prompſit opem.
Eſt lapidum duræq; penes telluris aceruus
Quẽ leue miſſa queat glans ſuperare manu.
Aſcendi, dextraq; oculos læuaq; tetendi:
Viuaci lætum fronde nemus uideo.
Pars, phœbi ẽ antiquus amor ſe ad ſidera tollẽs
Plurima cui gratum bacca nigreſcit onus.
Robore pars foliiſq; eadem, ſed luthea triſti
Poma parit ſucco: turbat edendo cutis.
Media fert, laudatq; olido quod inutilis ori
Non ſit, eam pellex theſſala ſæpe fugit.
Carpe iniqua iubent, acidaſq; haurire medullas
Tempora: ſic ſicco eſt gutture pulſa ſitis.

Pars alia eſt latio ſine nomine: gratior illi
Eſca: nucũ ſimilis frons uiret: umbra minor.
Fructibus his adeo pingueſcũt corpora, quãtus
Cæreus in uentrem creſcit humi cucumis.
His tribus acris hyems lapſuſq; pepcerat algor:
Perculerat brumæ cætera canicies.
Hic ditem poſitus cænam paro: ſacculus uuas
Seruator ueteres fercula quarta dedit.
Laetus & hic ſuperos gratis colo laudibus, ac ſi
Sumpſiſſem, tua quæ rex dare menſa ſolet.
Inq; uiam ſecurus eo: cœptiq; laboris
Haud piget: ipſe alas ſubdit amor pedibus.
Interea eoum præſepibus excipit altis
Maximus & dulci nectare paſcit atlas.
Poſticiſq; celer foribus clam mittit ad eurum,
Surgere, & unde nouum poſſit adire diem.
At primum fulgere iubar uix ſentio, quercu
Cedo cauæ, fuerat quæ mihi nocte domus.
Pes iterum qua grata uiam dant littora fertur:
Nec toto gradiens uincitur ille die.
Tercia ſic & quarta animo lux pergitur alto
Quo prius admiſſæ ſat fuit uſq; dapis.
Cœpit adhuc opus eſſe manu: ſic pria dedit nos
Fœmina, ſera tamen uenit, & empta graui.
Rudus erat: uir ſaxa ſenex pannoſus ahenis
Dentibus ex frugi diſcutiebat humo.
At facilis uacuas ſonitum fert uentus ad aures:
Sto, uertor, uideo, pergo, ſaluto, rogo.

Os leuat ille gemens: haſtaq; innixus acerna
Ceu memor hæc ueteris reddit amicitiæ.
Et tu qſqs es hoſpes aue: deus adſit: & omnes
Felicem faciant neſtora te ſuperi.
Auroræq; uirum uince annis: proq; cicada
Te ſuprema ſuam dextera taxit auem.
Quis ſtupor? an ueterē ruris meditaris alūnū?
Ex aſtu miſerum maxima uis pepulit.
Eſt locus: inuenies: ſtruxit phaetontius urbem:
Iuſſit & hanc de ſe nomen habere Genus.
Hic auri eſuries te te improba nate peremit:
Serus neptuno ſcis modo quanta fides.
Nā mihi magna graui uicta eſt centaurus ab au-
Reſq; manu cecidit pectore cōſilium. (ſtro:
Fleuit, neq; diu foret ipſa ſuperſtes ab alto
Præcipitem coniux ſe dedit impatiens.
Ceſſarunt cari quidquam mihi credere ciues,
In magno noſtrum codice nomen erat.
Nocturnus ramenta lego: triſtiq; ſenectæ
Promittunt paucos hæc mihi raſtra dies.
Quæ tamen ab leuibus triuialia nouimus annis
Sola manent. ſimul hic en puer, enq; ſenex.
Et menedemus (eris teſtis tibi ſi qua loquuta eſt
Littera) fecit idem, cecropiuſq; thimon.
Clinia ſed caſtris non eſt meus unde recedat:
Spes neq; reddendas ab ioue ſpondet opes.
Vt mentem mihi (crede) prior fortuna reuiſit,
Heu dolor, heu gemitus, heu r̄deūt lacrymæ

In cariam fuit ante animus, cypruũe rhodũue
Ire, ſenem nimium terruit alba cutis.
Sed uanus ſemper ne ſit ligur, accipe tantum
Quod cupis, & puppi non echenæis ero.
Crederet infelix dum dicere uera poetas
Terra, deum grandi thura dabat numero.
Amphitryoniades his tunc ut fertur in oris
Cuncta ſuper ſummus numina dictus erat.
Huic ſtetit ara diu medio celeberrima luco,
Populeo lucus robore denſus erat.
Traxit ab arboribus tantis prope cõdita nomen
Vrbs, licet ex plumbo neſcia turba uocet.
Aſt ubi lux ueram terris patefacta ſalutem
Prompſit, priſcorum eſt pulſa ſuperſtitio.
Mendacem pater euertit ceruonius aram:
Et noſtra impleuit relligione locum.
Nec Benedicteo plebs hinc redimita cucullo
Eſt procul, æthereis uix minor ordinibus.
Pulchra breuiſq; uia eſt: uiden hanc? uix p̃ſſa pa
Hoſtia: pge, libẽs te manus excipiet. (teſcũt
Sentiat ex toto ſi mentiar orbe uiator,
Quoſq; reluctantes ad uada uentus agit.
Tres ne uacat magnis audire laboribus actos
Nuper, & ut ſanctas iuuit adire fores?
Mox ego: ueſper adeſt: hyperionis orbita cœlo
En cadit: omnipotens det tibi digna, uale.
Stridula uox, q̃ credo ligur fert nomen, & aures
Perculerat blæſo fractus ab ore ſonus.

Nec minus ābagū moles/ſed & improba fandi
Barbaries(fateor)non nihil ægra fuit.
Senſi aliquid tñ eſſe breui poſt tempore uerbis
Aegrius/& nocuum garrulitate magis.
Hemina nihil omnipotens metitur iniqua/
Quo ſine nec patulo flat leuis aura polo.
His clauſo contentus iter ſermone ſequebar
Quanta fides dixi ſit ſenis experiar.
Credere iam certo cuias foret ille licebat/
Fando genus quamuis iuerit inficias.
Id ratio fert nulla ſimul quod legimus/& quod
Nomen ab herculeis finxerat arboribus.
Nec ſaxis nec monte diu ſtat populus:hic iam
Cœperat in reliquis ſurgere ſuſpicio.
Præterea ſenio quid me confire precatur
Qui tigris potius uiribus indigeo?
Aggredior parere tamen:Quandoq; maligno
Poma nuceſq; legi uidimus in nemore.
Os leue nec ſemper fallit:fas claudere nulli eſt
Phœbeis quidquid clarius eſt radiis.
Multa uiris pietas:amor & reuerentia recti eſt
Non minor:hoc certa dixerat ille fide.
Poſtera lux docuit:numē pro lege ſupremum/
Non tamen & tripodas conſuluere ſacros.
Vēturum in ſomnis hoīem prædixerat hoſtis/
Ni caueant/falſa qui ruat arte locum.
Et faciem cultūq; docet:mihi barba genas quæ
Veſtiat/& quis per tempora crinis eat.

Quidq; feram manibus, collo qd pēdeat alto,
Quoq; adeunda mihi ianua calle foret.
Extinguiq; iubet: longa uim pace ſolutis
Iuſſa dedere: lupo credidit omne pecus:
Sed nocuit miſeranda fides: partitur in omnis
Dux numerum ſpeculas: paruit ille libens.
Pars foribus cuſtos, oculis haud ſegnior argo
Siſtere, furtiuis pars uigilare clathris.
Ocyor at modica templi me grypus ab arce
Proſpicit, & ſignum mox facit ære cauo.
Exiliūt, pcul ipſe manū, amplexuſq; parabam,
Scis ſoleat ſanctæ qualia pacis amor.
Corripior nil tale uerens: primumq; tacentes
Accipiunt: multo ſtamine colla ligant.
Inde manus poſt terga: libri cecidere laborum
Solamen: cadit & uirga, cadit uidulus.
Nec mora, morte aliqd grauius crudele minãt:
It comes horrendis res uiolenta ſonis.
Et capulis inſtant & paſtoralibus haſtis:
Hic tardum pugnis increpat, ille trahit.
Raptus & hic inter medios Antonius hoſtes
Mente fuit, cœlo qui modo tantus ouat.
Non ſatis ille expertus adhuc fera plia, cōtra eſt
Aerias auſus cernere nequicias.
Succubuit toto mulctatus corpore, quanquam
Viuida mens uiridi fortior eſt lapide.
Pulſabant, qualem ſolet ad ſua prandia pauper
Atramentiferum nauita polipodem.

Sic miſerum me turba nocẽs: tandẽ altera uicto
  Spes fuit, ut miſſum laſſa manus faceret.
Ecce autem uili tectus rudentis amictu
  Alter ab æde furens turbinis inſtar adeſt.
Dicere uix hoĩem liceat: lyparæa pyracmon.
  Bronteſq; & ſteropes mitius antra colunt.
Frons illi tauri eſt: rigidos dedit inda capillos
  Hyſtrix, & rugas auxerat ira genis.
Totas perfidiæ teſtis tegit horrida buccas
  Barba, oculoſq; ſuper teter echinus erat.
Lernæum uiſu poterat compeſcere monſtrum:
  Olenium dira uincere uoce ſuem.
Pendebant modico teretes in ſtamine baccæ
  Res ea ſola uiro relligionis erat.
Extulit ille manum: longo manus aucta labore
  Digna fabro, tenuem mergitur in ſtomachũ.
Non ualuit uim ferre genu, labat ĩpete multo,
  Neſcius & toto corpore ſternor humi.
Aſtra polo tenebraſq; ſimul concurrere uidi:
  Lux latuit tremulo merſa ſupercilio.
Dentibus hæſerunt miſtis labra ſanguine: retro
  Frons cadit: in ſolo pectore uita fuit.
Nec ſatis id, rurſum moribundos ſæuit in artus
  Dira cohors, alio dixit ut ipſa die.
Et ſenſit miſeranda caro noua uerbera, quũ iam
  Cœperat ad ſolitas uita redire uias:
Me tenebris tandem claudunt & carcere feſſi:
  Inſultantq; malis uocibus exanimi.

Peiori plus laudis erat: uictoribus Ammon
Solennem ſtatuit præmia parta diem.
Qualis aceſtæo dux troum in littore, manes
Quum pius ad patrios annua iuſta dabat.
Ammonẽ moſea docent nos ſcripta, ſub uncti
Libs alium pecoris plebs colit effigie.
Tercius eliaco uixit per agreſtia ritu
Nomen adhunc uitæ traxit amor ſimilis.
Sed rugas qd fronte trahis? qd corripis enſem?
Deſine: cuncta poli cernit ab arce deus.
Virgo diem terris nondum tithonia primam
Reddiderat: nondum ceſſerat alma uenus,
Carcer hiat: ferriq; patent ſine murmure poſtes
Ante oculos Rhaphael ſanctus & ora uenit.
Et timidum multo reficit ſolamine pectus,
Stare iubet: læto porrigit ore manum.
Ecce uales dixit: ſcitũ eſt ſcelus omne: merentes
Rupe ſub horrenda ſeps tenet aſperior.
Vix heſterna rudes ierant ad fercula, & in ius
Præſide plectendos traxit agente latro.
Hic pœnas pro lege dabunt: hic præmia digni
Accipient: hinc tu quo uia ducit abi.
Admittet rurſum nec tanta piacula quiſquam,
Siſte animum, uictor me duce ſemper eris.
Laurea ſerta tibi peperit patientia, ab altis
Certamen uidit ſedibus omnipotens.
Sic bonus æra faber ꝓbat igni & uerberẽ multo:
Nec niſi fracta ꝓbam porrigit ops ſegetem.

Eſt audere uiri: nec ſtans aliunde paratur
Gloria: mille midis ditior eſt bona mens.
Mox tibi quicunq; obfuerant ſubdentur, eritq;
Supplitii quidquid dixeris ipſe ſatis
En tibi apoſtolicæ mittunt ab æthere claues:
Perge: fides animo ne cadat alta: uale.
Dixerat, & facilis zephyri quaſi flamine uectus
Ibat aui ſimilis, nubila fronte ſecans.
In lucem totus rediit: minuiq; uolantem
Suſpexi: fugiens uiſio ſtella fuit.
Diuinum tamen ille loco ſpirauit odorem,
Qualem nec pharii trabs uehit ulla maris.
Felicem dixi qua ſe tulit ille feneſtram,
Et mihi fas tantum qua fuit ire melos.
Egredior ſquallente domo: fugientia liber
Aſtra tuor: cœlo plurima lux aderat.
At cordi redeunt noua gaudia: lumina dum ſic
Flecto, iacebat humi uulga libri baculus.
Quas grates ſonuiſſe meo rex credis ab ore?
Multa deo uoui ſoluere carminibus.
Pergentem interea clamor ferit altus: erat uox
Clarior: heu miſeris ſancte fer hoſpes opem.
Siſto gradũ, tenſas mihi qua ſonus ibat ad aures
Vertor, & apta magis uox erat aucupio.
Nec quantum alcidæ curſus dedit halitus, antro
Prodieram, rupes proxima fit pedibus.
Rupi inerat ſpelunca breuis: dixiſſe ſepulcrum
Fas foret: hanc ilex clauſerat æſq; graue.

Oraui:ceſſere fores:patuere cauernæ:
Horrida mox aciem perculit aſperies.
Improuiſa nocens mihi pallidat ora mephitis:
Atq; artus totos frigus & aura petit.
Iſſe uiam timui metuendum falſus ad antrum
Quo cacus herculeas traxerat ante boues.
Aglauro indignata domum tritonia talem
Non adiit:dici nil ſatis eſt ſimile.
Corde preces iterum fundo/ cantuq; nitorem
Euoco:nox inquam triſtis & umbra fuge.
At foribus qua ſola fuit uia fulſit apollo:
Totq; modum poſuit gratior aura malis.
Concordes flexere genu:fuit omnibus una
Vox eadē:miſeris ſancte fer hoſpes opem.
Os leuat hic cœlo:cadit alter & oſcula terræ
Figit/& ille manu crura tremente ligat.
Nec mihi pacis erat dandæ minus ãpla cupido:
Surgendum eſt dixi/priſca tenenda fides.
Non mihi uirgarum cumulus/non ſæua ſecuris
It comes/aut ulla turba cruenta nece.
Vibices alio in tergo/ſyrioſq; tumores
Odimus:eſt odio ſanguinolenta manus.
Lictori moriens chriſtus/furiq; pepercit:
Et ſtephani paulum poſt meruere preces.
Sunt tñ incautos animos quæ pauca monebo/
Perpetuis auidi claudite pectoribus.
Corda fides ne læua premat/dubitata precando
Diſcite:non ſemper ſomnia recta docent.

Sæpe tenebrarum lucem regnator & ipſe
Induit, atq; ouium uellere fallit oues.
Præcipuum ſcite, hoc diſcrimine noſcitur uno,
Territat: & grauibus nil iubet abſq; minis.
Nuntius ex cœlo ueniens humana ſerenat
Pectora: dat pacem præq; retroq; deus.
Ite modo huc poſita mecum formidine: captos
Si pater inſidiis audiat, alter erit.
His animi rediere: lares ad præſulis una
Tendimus: ille graui crimina corde mouet.
Exigat & iuſto quas hinc exanime pœnas
Cogitat: eſt pietas ſoluere nulla reos.
Facta nec umbrarum cenſet magis ore ſeuero
Aeacus, aut cinctus theſeos angue ſocer.
Aſt ubi prima procul uix limina calce terentem
Me uidet, & ſontes ſic ſine lege ſequi,
Hem clamat, qs clauſtra meo ſine numine ſol-
Reddite cōpedibus reddite carnifices (uit!
Vera ſed an uideo! ſomnis ne irrideor! is me
Defeciſſe inter uerbera crediderat:
Corpus & ignoto cautos merſiſſe ſepulcro,
Vel clandeſtino ſepoſuiſſe lacu.
Progreditur cui prima data eſt prouincia fandi
Et referat ſupplex ordine cuncta ſuo.
Et dictis ego teſtis eram: miranda ſedenti
Res fuit: & dici bis negat eſſe ſatis.
Calliditate uetus quanta ſe exerceat hoſtis
Obſtupet, utq; rei nomine læſus agat:

Sic uultis, ſic ite refert: ego criminis inſons
Supremum iudex ante tribunal ero.
Tu tñ hoſpes in hac mecũ ſimul urbe manebis:
Et ſatis una libens quadra duobus erit.
Pluraq́ꝫ pollicitus ui me cogebat amica:
Iamq́ꝫ ſibi ſocium dicit & ille patrem.
At monachi lõgo contra ſimul ordine certant,
Soluere quo noxam fas foret obſequio.
Qualis uenali rerum ſolet auctio campo,
Quo lucri emptores ambitione fluunt.
Totus eo (fateor) dum me dignantur honore,
Cœlicolamq́ꝫ uocant igneus erubui.
Sed placuit pietatis erat quæ fonte beato
Lis genita, & nulli prodiga dicta foro.
Ipſe reum precibus faueo: diuellimur aula:
Stipabat uerſos magna caterua patres.
Sic bonus antiſtes præceperat: hoſpitis etſi
Iure caret tribuit plus tamen hoſpitio.
Mittit opes quas menſa ferat, q̃s ſquallidus æuo
Veſtiat & paries, ſplendeat unde torus.
Dona libente manu fratrum me magna coegit
Sumere pauperies: mos meus alter erat.
Diſcubuere omnes, eadem ne gaudia cunctis
Deeſſent, communis quis fuit ante dolor.
Hic didici qualis fuerit ceruonius orbi:
Quantus & o, cœlo nunc benedicte micas.
Non tñ hæc rex credo manes: potiere cupitis:
Ad prius en mecum faxo redibis iter,

Iam noua tranſierant triſtes in gaudia turbæ,
Quæ ſurgente ſimul nocte dedere tenus.
At primum ſomnos reſono ſuadētia poſtquam
Inſtrepuere ictu tympana, ſolus eram.
Vix iter aduerſo medium ſol fecerat axe:
Cedere nox apici cœperat æthereo:
Sancta petituri fracto ſimul orgia ſomno
Surgimus, & dulci ſoluimus ora ſono.
Grata piis tandem rediere ſilentia uotis:
Et nullo ad tacitas tendo uidente fores.
Hic mea clam uanos elegis mens riſit amantes,
Qui ſua dant ſurdis poſtibus alloquia.
Fauit adoranti ſolo mihi carmine ſanctus
Aliger, & faciles iuſſit abire feras.
Ibam, nec roſeum dea liquerat alba cubile:
Parebat nigro nata ioui cerere
Nec uenus ex thalamo ſurrexerat alma fabrili:
Exciderant picto ſidera pauca polo.
Tutatur mundana tenent dum regna tenebræ
Certa fides animum, cornea uirga pedem.
At color ut primum rebus redit, inde ſonantes
Impiger ad fluctus calle docente feror.
Mons oīs mihi dexter erat, licet inclyta multis
Tecta fluentini mos ſit adire ſoli.
Barbarus auſonias hoſtis directus ad arces,
Turbabat ſolitum cæde cruentus iter.
Mēs neq; rex ſemp nocet impia: ſæpe cadētem
Dum gemimus, melior lux uenit alterius.

Sanguine thuſcus ager feruebat & umbria tota
Pars aliquam belli neſcia ſenſit opem.
Sic ſuperi uoluere: placet gradientibus æquor:
Tellurem~~q~~ꝫ iuuat propter & ire fretum.
Grataqꝫ eremus erat: nocuit tamen ardor eundi
Maximus: eſt iugi uicta labore caro.
Pergebam: cor grande pedes mihi fallere neſcit
Amplius: hoc modicũ, ceſſat, & hoc modicũ.
Paruus iter mediumqꝫ ſecans apparuit umbro:
Fons pater eſt: uires ſola miniſtrat hyems.
Aera dum placido leue uer ioue temperat, ille
Errabat tenui ſaxa per alba ſono.
Brachia iuniperus frondeſqꝫ leuabat acutas
Proxima: deliciis læta latebat humus.
Creſcentem uario flos germine pinxerat herbã
Plurimus, & leni dulcis odore ſapor.
Trans erat ire labor: medio ſedet æthere titan:
Me pulchrũ hoſpitio gramẽ & umbra uocat.
Hic memor eliaci loco membra labãtia ſomni:
Seruatoqꝫ famem paupere pulſo penu.
Iuuit odora ſimul (noua fercula) oluſcula circũ
Carpere: poſt humili flectere me fluuio.
Quas puer (& ſi uana fides) portabat amatus
Vix epulæ magno ſic placuere ioui.
Feſſa deinde rudi ueſtigia tergore ſoluo:
Facta gradu gemini tuberis inſtar erant.
Perpetuo damnata grauis torpore podagræ
Credideris, magica nec redimenda manu.

Vir matris, fratrumq́ pater, patriſq́ pereptor
Nomine non poterat dignior eſſe ſuo.
O modo ſi rhaphael inquam, ſi miſſus ab alto
Adſit, & huc medicas porrigat ille manus.
Coelitus inde mihi data pectore munera uolues
Moenia ſic contra tendo petenda genas.
Triſtis & ecce rudi properat uir uectus aſello,
Pauper erat, pannis obſitus & ſenio.
Ictérica cutis eſt aurigine fœda: uidendo
Dixiſſes febri uicta uel ora fame.
Qualis achemenides ſiculā deſertus ad ætnam
Dulichii fuerat qui ducis ante comes.
Diſſimiles rudens facit, & minus anxia noſtri
Frons ſenis, & ſæuo tutus ab hoſte gradus.
Talis ut ora leuauit iens, uiditq́ ſedentem,
His lætus tremulas mouit in aſtra manus.
Euge deus, magnum ſubdas licet æthera, noſtri
Quam memor es: neſcis fallere: dicta facis.
En ſatis eſt telluris itum: ſic dixit & undas
Quadrupedem celeri uincere calce iubet.
Deſiliit, colloq́ feri ſine lege pependit
Funis: amata pecus prata petiuit iners.
Vir bonus offenſo ueſtigia limite rexit,
Seq́ dedit noſtros talibus ante pedes.
Hæc ſemper ſit ſancta dies, ſol, ſidera, coelum,
Tuq́ tuo æternum cum grege paſtor aue.
Me quarto iam uere grauē tenet improba febris
Aeſtū hyemēq́ ferens: nec timet illa modū.

O

Inuidet & paci interdum pax ſi qua futura eſt.
Et mihi felle bonum ſauciat omne ſuo.
Sũt quoq; defuncta teneri duo coniuge nati:
Nec maioris adhuc uox bene nota gregi eſt.
Nec mihi frater adeſt: ſoror ægro nupſit amyn
Theſtylis: una ſup uix ſocrus eſt hecale. (tæ
Itq; ouis & ieiuna redit, raucíſq; capellis
Oſſa fibras neruos dinumerare queas.
Felſinei ſenuere boues: ruralia torpent (cus.
Arma: bidẽs, harpax, falx, traha, uomer, a,
Squallida dumeſcũt, denſanẽ & arua frutectis:
Horridaq; infelix prata myrica facit.
Luxuriantq; comis uites: uindemia in annos
Rarior eſt: nemo plantat aceruat arat.
Singula ſed quali loquar infortunia ſenſu?
Hei, mihi milleno damna furunt aditu.
Luthea ſi frondes abeant in poma: bouemq;
Enitatur ouis, ſtyria lacte fluant.
Vix prior ad noſtros redeat fortuna penates:
Nec tuor ut uallis ſurgere tanta queat.
Tu modo ſi qua potes miſero ſuccurre precãti:
Nec tantum cœlo crede peribit opus.
Huc tetuli non ſponte pedem, ſed grata fuere.
Iuſſa: homines etiam, qui regit aſtra, uidet.
Nam ſuper æthereo quidquid ſtat numinis orbe
Mille adii precibus, mille ſacris colui.
Quæ tandem audiui caperent dum laſſa qetem
Membra, ſuo ſatius tempore cuncta ſcies.

Obſequere:at primum uectore ſedebis aſello:
Ipſe libens adero:tu modo poſſe iube.
Hæc dixit,tumidiſq; cadens dedit oſcula plãtis:
Iuſſus & in uiridi mẽ prope ſedit humo
In mediumq; ſinu & trita quas ueſte ferebat
Prompſit opes:panem coctona caſtaneas.
Populnaq; ſititurus teſtudine habebat
Quod biberet,pateramq; alcimedõtis opus.
Sume ait,en ero tu,tu ſis ego:deficiet nil:
Qui dedit hæc,ſemper plura daturus adeſt.
Hoſpitii ius atq; precum uis multa coegit
Porrectas hilarem tangere delicias.
Et ſyluas & rura colit mens ſũma,nec uſquam
Exulat:en modici quanta fides hominis.
Fugerat eſuries:medio deceſſerat orbe
Sol:tamen altus adhuc pergere poſſe dabat.
Tũc ego ſupplicibus ſurgẽs peto ſidera palmis:
Et toto laudum pectore munus ago.
Deinde uiro,ſi uera refers,crede omnia dixi:
Veracem chriſtum eſt dicere frater opus.
Obſequar ipſe:nouã nec opẽ me ſpnere dignũ
Duxero:tu reliquum dicito ſi quid erit.
Hæc teſtis ſit dextra:manũ accipe:febris abibit
Non reditura:malum conteret omne deus.
Seruatoq; potens meliora prioribus idem
Conferet,ac niueo plura dabit lapide.
Mente bonus neq; ceſſit iob,miſerũq; ſepultor
Attica quem cæcum ſtercore fecit auis.

Talibus ille aīum firmat: dictiſq; fatetur
Credere ſe: fieri tu tamen inquit ama.
Allicienſq; pecus phalerat, coramq; reducit;
Et ſanctum ſic pars ſenſit egena modum.
Præcedebat ouans ſenior, blandiſq; cientem
Vocibus, haud ſurda poſt abit aure ferus.
Eſt uidiſſe ſenem duce quo pharon alma petiuit
Mater ab erodis docta cauere genu.
Spes illum, me molle leuat, ſeruatq; dolore
Auxilium: utriq; eſt ſic uia uiſa minor.
Ceſſit eundo dies: gratam dat nota quietem
Nocte domus: monuit ſurgere ſola uenus.
Lux decimā lætos prope reddita duxit ad horā:
Paruimus blando uector uterq; duci.
At pyroenta iugo nondum latonia proles
Soluerat, & fido uertimur hoſpitio.
Puluerulenta uirum ſitis exiccauerat: & iam
Frigida uicino traxerat hauſtra lacu.
Aeſtiuo ſubitum frigus miſcere calori
Dum parat, en dixi, ſe necat enſe ſuo.
Condideram tria poma ſinu, paucoſq; recentis
Obſoni (fas nil perdere) relliquias.
Sic panum ſeruāda iubet dū fragmina chriſtus
Bis ne reportarunt ſena caniſtra patres?
Præcipitem clamore ueto, melioraq; tali
Potu ſi caueat munera polliceor.
Hoc ſitis & morbi pomum certiſſimus inquam
Finis erit: fidens accipe: mande, uale,

Ille polo ueluti miſſum ſit numen ab alto
  Paret, & acceptam digerit ore dapem.
Nec mora, uix auidæ requierant paupere fauces
  Ientaclo, & fandi uix uia leuis erat.
Exilit, euantiſq; inſtar ter uoce quaterq;
  Clamat, io ſummo nunc honor eſto patri.
Nunc mihi, nunc uirtus rediit: neq; iunior unq̄
  Ante fui: quadrupes ſit modo ſancte tuus.
Ibo pedes: quæcūq; feram diſcrimina: plūbum
  Floccus erit: duros uicero ui chalybes.
Aulai properate omnes cœleſtis alumnum
  Excipite, & lætos huic celebrate dies.
Talibus accurrunt pueri, gregibuſq; relictis
  Ruſticula memorant orgia lætitia.
Iāq; uiꝶ & matrū iuuenum plebs multa ſenūq;
  Vicinis circum creuerat ex domibus.
Ac ueterum ſi quis gallum genus unde ſuperbit
  Cantet arionia fortia facta lyra.
Aſt ego me tanto nuſquam dignatus honore,
  Ordior ut ſoli eſt gloria danda deo.
Quanti ſit, qualiq; ardens parienda labore
  Virtus, qua ualeant regna ſuprema peti.
Totus & aduerſo quam pergat limite mundus:
  Quoq; manenda mali cætera pars animo.
Auribus aſtabant auidi, totoq; bibebant
  Ore ſonos: trahitur mens nouitate rudis.
Quales poſt nemoꝶ ſtrepitus, regione uagātes
  Sæpe tua ceruos rex meminiſſe potes.

Gratia tunc nimium placuit diuina loquenti:
  Qua mihi nec minimus ſtante labor periit.
Triſtis ab optato tandem nox lacte diremit
  Inſaturos: uerti cogitur inde gradus.
Tardus & ipſe pedes ad nota mapalia tendo:
  Heſterniſq; iuuat uiuere deliciis.
Atq; ubi cœleſti rediit lux poſtera campo:
  Templa pius cordi uiſere creuit amor.
Menſis erat caput illa dies: cui tempore priſco
  Maiorum nomen pars ueneranda dedit:
Quaq; oīs tenera redimitur fronde iuuentus
  Itala: nonq; ſuis urbs uiret arboribus.
Ad ſacra non pauci tulerant ſe feſta fideles:
  Affuimus laſſis nos quoq; adhuc pedibus.
Res noua fit: ſanctum templi uix limen eundo
  Pertigeram: clamor plurimus inſonuit.
Iam uulgus miſeroꝝ exciuerat impiger hoſpes
  Et quibus infelix hemitritæus erat.
Nilq; niſi miſerere ſonat: genibuſq; cadentes
  Plangebant tremula pectora nulla manu.
Obſtupuere omnes: totaq; cucurrit ab æde
  Quiſquis eo chriſtum uenerat eſuriens.
Nec minor hærentē me perculit extaſis: altum
  Eſt nimis ut modicus tanta petatur homo.
Tota ſitim cyatho citius domitura dareii
  Caſtra putem: facili glande litura famem.
Quid facerem? urgētum cupii pede uota relato
  Soluere: præcipiti uertere terga fuga.

Haud licuit mī:in mediū plebs improba iam me
Mouerat/ & nuſquam pars erat ulla uiæ.
At prior ut rediit mens/ quanta potentia cœlo
Quæ pietas/ & qui mos fuit uſq; lego.
Inq; pedes conſiſto/ manuq; ſilentia cunctis
Suadeo/ quaq; licet talia uoce loquor.
Ah qd fallimini fratres! nam plurimus error
Vos capit: eſt uobis non bene ſana fides.
Mole grauis ſcelerū/ ueteri ſum natus Adamo/
Poſtq; breui modicus tempore puluis ero.
Cernite ſublimes: eſt quem meliore petatis
Omine: uos facilis uiderit omnipotens.
Cernite quam patulis ad ſe amplexurus euntes
Stat manibus: flexo porrigit os capite.
Stat ſecus & uirgo qua nil clementius illi
Cara parens: potis eſt/ nec dare neſcit opem.
En precibus miſcebo preces: ꝓcūbite mecum/
Indefeſſa polo credite erit pietas.
Hanc humilis ſimul ipſe peto: nec egētior alter
Eſt opis: hac mundo eſt pax reditura duce.
Talia conabat clamans: dupliceſq; leuaui
Stans palmas: uetuit flectere turba genu:
Feruebat ſine lege ruens: paucıq; loquentem
Audiuere: fauet nemo: loquor zephyris.
Forte aderat pario magnus de marmore crater
Proxima lyſippi littera dicit opus.
Ros ſacer/ & paphia decerptus ab arborē ramus
Vaſi inerat: mentem res mihi fert aliam.

Viribus huc nitor totis:ramumq; liquore
Dempſimus,& paucas fudimus ore preces.
Pro uotis deus atq; fide uos audiat inquam,
Dirigat & ſemper qui uia recta fuit.
Hinc myrtũ excutio madidam,frontesq; pc̃atũ
Imbre leui ferio:mens neq; falſa fide eſt.
O,quanti te ſancta fides ab origine fecit
Chriſtus,& o,ſummo qualis amica patri es.
Tu montis transferre potes:tu flumina ſicco
Calce premis:te ſol præcipiente redit.
Styx paret,prædamq; tibi dat iuſſa: trifaucem
Sæpe ligas:cœlo ſternis & ipſa uiam.
Et quæ non ſunt eſſe facis:modo qualia ſint et
Quanta tibi,uulgus numina ſenſit inops.
Hac loris quicunq; tenus ueſtigia cinxit
Quicq; ocno fuerat ſegnior eſt ſalius.
Argũ oculis nõ talpa,myops nõ lyncea fruſtra
Prouocet,it tumor & longa ab hydrope ſitis.
Clarus ad ictericũ ſanguis redit:ille tor; fert
Qui ferri miſere ſueuerat ante toro.
Principis hæc ſummi clementia ſcimus,ab alto
Credula dum ſpectat pectora ſæpe facit.
Qua proles bis ſumma ſitit ſurrexerat hora:
Vincere phœbeus cœperat arua calor.
Longa trahebatur ieiunia paſſus ab æde
Grex ſatis:extemplo dicitur ire licet.
Cærea pro ſacris altaribus exciderat fax:
Ad ſua me poſito prandia thure pater

Bapta uocat:uocat ædilis:uocat ipſe locorum
Regulus:affectu principe lis oritur.
Hic humiles etiam certare potentibus audent:
Dicere ſe lautas promere poſſe dapes.
Sed bonus ante alios inſtare gerontius:illi
Ius fauet & moles miſta precum lacrymis.
Fictile uas gemma fuit & mihi lympha caleno
Gratior atq; omni cæſare pythagoras.
Geſſimus hoſpitio morē dum magnus hiberis
Aurea ter titan fluctibus ora dedit.
Eſt dixi ſatis alme ſenex:cœleſtia te iam
Iuſſa graui fateor perſoluiſſe manu.
Lac rogo melq; pluat grauidis tibi nubibꝰ æther
Compleat & fontes canna ſicana tuos.
Et pariat tibi poma ſalix:opobalſama ſudet
Carduus:ille tuo mons lateat pecore.
Et fortunatum longo te tempore dicant
Paſtores:noceat neminis inuidia.
Abſtulit & toto quidquid quartana trienni
Inſtauret decuplo fœnore prima dies.
Tithoni interea piliiq; beatus ad annos
Viue ſenis:tibi nec dens prius ore cadat.
Quumq; deus lacheſi neſti ſatis inquiet aſtris
Præferat & ſummis miſceat agminibus.
Nec deſint centum tibi dent qui iuſta nepotes
Quos iuuet exanimi ſubdere ſe capulo.
Da ueniam:iubet omp̄s:mihi rurſus eundū eſt:
Pareo:tu nobis ſemper amande uale.

Rex gemitus-lacrymaſq́ꝫ uiri-& ſuſpiria nemo
Explicet-& precibus quot prohibebat iter.
Sētit adhuc memori miſerū cor pectore:tādem
Tandē abii-& uerſo eſt pugna dirēpta pede.
Nec ꝓcul hinc piſas pelopeaq́ꝫ regna uidebam:
Noctis adhuc lapſæ rore madebat humus.
Subdita nec frater calefecerat arua dianæ:
Spondebat pedibus tedia nulla labor.
Prætereo:nec uela notus remoratur:eunti
Nil nocet:eſt aliud mens ſuperare iugum.
Obſequor ipſe mihi:lucenſia protinus adſunt
Mœnia:ſum uallo proximus:ingredior.
Errabam-ſi forte aliquod mihi cernere ſacrum
Fas foret & cœlo ſoluere uota genu.
Plurima tum uacuis uox inſonat auribus:hic me
Siſto:nec in modulis ſat rationis erat.
Vinoſas acies-euantiaq́ꝫ agmina cœpi
Credere:fert aliquas uox tamen ipſa uices.
Tunc ꝓpius magis ire libet:penetralibus audēs
Inferor:huc illuc ſub ſuperos moueo.
Stat zeuſis breuis ara manu nō tacta:mephitin
Tus fugat:ampla uirum cōdit abolla ſeniem.
Triſte celebrabat Solymæ ſua ſabbata uulgus:
Diſcere quæ tantum fas fuit hæc memini.
Maximus omꝑs uox & ſpes longa ꝓphetarum
El-deus-eſt:amen-& ſine prole pater.
Carminis exodio moueor uelut æſtibus unda
Tota ſimul ponto uis furit Aeolia.

Quelibet eſt uerſus pſalmi q terminat amplo
Gutture: mox ter hians effero ſideribus.
Sit patri, natoq; decus, ſanctoq; duorum
Spiritui: ſemper ſic fuit eſt & erit.
Conticuere: nouus cunctos ſtupor appetit, ac ſi
Concuſſum ſubito corruat hoc tonitru.
Audaci ſolus lingua ſuccenſet ionas:
Sacrilegiſq; pedem dimouet ex adytis:
Et torua me fronte petit: periture quid igni
Clamitat, hoc audes ſic temerare ſacrum?
Si qua deo ſoboles, quali dic coniuge, dic quo
Concubuere toro, qua puer altus ope?
Vana quidem ſine matre ioui dat græcia natam
Pallada, ſed patrium uult peperiſſe caput.
Hic facinus ſi tale putas, ſi talis origo
Credita, uel naſcens dic mihi quantus erat.
Tunc mihi tota calēs (fateor) fel uiſcera turbat
Veraq; iam uires ira dabat manibus.
Viq; gulam petere, atq; aīam tam dira loquenti
Exigere: & pulchro ſtat mihi marte mori.
Cœleſti ſed utrunq; deus proſpexit ab arce:
Virgineum ſtrinxit ſoſpite me gladium.
Suſtulit infandum ſummi ſcelus ignis arundo:
Et ſocium triſti reddidit aſcalapho.
Proxima percuſſo tremuit ſub corpore tellus:
Et ſimul eſt caſum tota minata domus.
Terruit extemplo ſententia circunſtantes:
Et gramen poſito ſponte dedere genu.

Proſtratiq; ſolo lacrymantur, & unguibus ora
Diripiunt: pugnis pectora nuda petunt.
Viciſti, miſerere aiunt: tu pectore ſolus
Cor geris: eſt capiti mens bene ſana tuo.
Reddo aios: ſectiq; foret quæ uirga prophetæ,
Quæ radix, qui flos diſſero, quæ pluuia.
Quid moror? Anſelmus ſacra pr̄ abluit unda,
Balſameoq; uiros chryſmate & ungue linit.
Poſſe grauis ſuperos uetuit blasphæmia flecti,
Vt miſer aſtygiis ille rediret aquis.
Infula ferrato grauius cadit uncta galero:
Debet & attrita plura corona iuba.
Nec cœlum noua triſte facit uindicta: tonantis
Ius amat infragili fulgura miſſa manu.
Hic oculis thuſco ſcis quanta ſub aere noſtris
Subdidit, & quanti fas facit omnipotens:.

ARMENIADOS LIBER OCTAVVS.

P Hœbeum poſt terga iubar fulgebat euntis:
Inter & argeſtẽ frons erat & boream
Cernendiq; iter, pes ilibus appœnini
Ceſſerat: æqua dedit tercius arua dies.
Pulſa ualitudo ſuperet ne rurſus, ab æſtu
Priſca nimis properi tempero uota gradus.
Qualis uir ſolet ad firmandã incedere pacem,
Quem facit & probitas & cutis alba grauem.

Tunc numeroſus apex apparuit urbis: ab auro
    Nomen erat: medius dat modo parma flues.
Dirigor huc: iam uesper erat: iã magna rubore
    Regna tui titan pinxerat oceani.
Parua quieſcentem noctu domus hoſpitis Iri
    Me tenuit: magnas frons bona uincit opes.
Sed criſtata ſonum poſtquam dedit ore ſupbo,
    Et tenebras cœlo cedere iuſſit auis,
Semirefecta celer tepido leuo membra cubili:
    Sanctaq; depoſito debita ſoluo genu.
At ſimul eoæ tetigit lux prima feneſtras
    Virginis, hæc dixi non amat hora moram.
Hoſpitium dominumq; breui ſermone ualere
    Mox iubeo, & paruis aufero me foribus.
Ecce uia ſtrepitur tota: itur ab uſq; propinquis
    Montibus: omne pcul mittere rus populos.
Inq; urbem ſibi præcipuo tendebat amictu
    Turba: iubente dies iure nefaſtus erat.
Floribus hic humeros, uiridi caput ille corolla
    Cinxerat: eſt aliqd non male olens manibus.
Quæq; ſacris pietate darent altaribus omnes
    Dona ferunt: calathos, thura, faces, ſtatuas.
Et uarium textricis opus, ſudaria, ricas,
    Gauſapa, & cuaſi plurima ſigna mali.
Certa uiros ſtat corde ſequi ſententia: greſſum
    Dirigo: & ignotis miſceor agminibus.
Pergitur: hic tacitus pauli noua ſigna loquentes
    Audio, ut obſeſſos hoſtibus eruerit.

Vt uitia/ & morbos/ morteſq; refellerit ægris
Corporibus/ ſtet adhuc teſtis & ipſa ſalus.
Ferbuit his animus gaudẽs: digniſſime dixi
Et terra & toto paule beate polo.
Pauca manus fidi comitis dedit: omnia ſolus
Nemo poteſt: ſcribit dum duo mille facis.
Vox paulum quæcũq; canit/ quæcũq; papyrus
Te memorat/ factis eſt minor/ ampla licet.
Nec delphi ſermone tripus eſt certior uſquam
Paule tuo: paruo nomine maximus es.
Vt nanum ſi quis polyphæmo dicat/ & alter
Det magno nomen gurgitis oceano.
Et mecum ſic facta legens ingentia ſancti
Herois/ placitum fortis iter minuo.
Ignea pro ſubeunte fauet uectore cupido:
Nec pedibus pero plus daret arcadius.
Nec mihi ſumma pedũ mõſtrat ueſtigia puluis:
Nec plantis culti cedat ariſta ſoli.
Iam primis uicinus eram: iam primus & ipſe
Præferor/ & templi limina iam ſubeo.
Hic greſſum celerare uetor: me plurima tardum
Plebs facit: ocyor eſt nõn ara mulcibere.
Lada nec œdipodem curſus certamine tentet:
Non cenus phrygio ceſſerit hyrtacidæ.
Improbitas communis erat: reuerentia nulli
Eſt hominis: cœptum flectere cogor iter.
Cedimus: hæſerunt ſtanti prope terga colũnæ:
Spectator dixi cordis & hic deus eſt.

Tẽpus erit, quo uota potens cõpleuero: fruſtra
Quid pmor? aut alios qd pmo? ſol nouus eſt.
Crudus adhuc cũctis ſtomachus: dapis hora re-
Duranti alterius proderit eſuries. (dibit:
Conſilium placet: hocq; ardẽs ſolamine pectus
Tempero: fit nectar, uis modo quæ fuerat.
Sto ſupplex: oculis procul ad myſteria uertor:
Senſibus ad ſolymi carmina regis eo.
Fluxerat hora, deum qua texerat alba tacẽtem,
Endromys, & dixit ius male lota manus.
Quinq; ego uix tenui decies modulamine pſal-
Ediderã, triplici clangitur ære cauo. (mos
Candida fumantes patrum proceſſit ad aras
Turba: ſacro plena eſt aurea funda foco.
Quã myro mys ue dedit hic thuris acerra ſabæi
Et labor hyblææ cærea fax apis eſt.
Cantatur, centumq; ſonant compacta cicutis
Organa: dat gratam tibia terpſicoren.
Vt factum eſt, albo redeunt ad ſancta togati
Clauſtra ſenes: adytis terga dabat populus.
Rareſcuntq; loco: fruſtra pars æde uagatur:
Parsq; nouis animum paſcit imaginibus.
Ipſe modũ pcibus dederã: qd ſtatur? eundum eſt
Inquio: adhuc paſſus ſex tamen ante ferar.
Enſiferũq; patrem, leuibuſq; altaria labris
Summa premam: laudãt munus & hoc ſupi.
Iam ſcalas preſſurus eram, quibus itur ad aras:
Cœperat & primos pes ſuperare gradus:

Triſtibus audiui ſuſpiria miſta querellis:
Fœmina ſuprema tota iacebat humo.
Obſtupui & modico uox faucibus oīs adhæſit
Tempore: nec digito ſe mouet illa breui.
Tūc ego: nos mulier ſanctæ q̄d ad oſcula mēſæ
Ire uetas? propera ſurgere: quid trepidas?
Heu ait illa decem membris pater oībus ānos
Torqueor: ipſo etiam uicta ſopore tremo.
Nec mea ſum: capulo uehor: ire licentia ſoli eſt
Nulla: bibo beroes prandeo cæno manu.
O tibi ſi qua igitur clementia ſi quid & artis
Vel tibi ſi qua polo eſt pars peto da ueniam.
Dum rudis hippocratas centūq; ut ſaner aliptes
Experior zona eſt perdita: quid faciam?
Huc uentū eſt: hæc ſola modū dabit ara labori:
Vel deus o moriar: ſed mihi mors potior.
Mors miſeris eſt uita: inopes feſtina beat mors:
Diligit hoc quiſquis uiuere uix bonus eſt.
Dixit & ex toto miſeram pia pectore uocem
Edidit & lacrymis terra nouis maduit.
His ego: q̄ miſeret ſed opus tibi mater ieſu eſt:
Veſtis in omne nefas ſat foret unus apex.
Sola uel o magni te tangeret umbra ſimonis:
Crede tamen: uires accipe: ſurge: uale.
Et cultum poſt numen abi: te ſi quis euntem
Forte roget: medicus dic fuit omnipotens.
Parendum dixit pater eſt: eademq; repente
Eſt ad fœmineam fœmina uerſa fidem.

Fecerat immemorem res inſperata: nouumqꝫ
Nectar: & imbuto pectore lætícia.
Hinc iactabat & inde manus: uolat alitis inſtar
Capripedis: tota perſtrepit illa domo.
Et magna rē uoce ſonat: demiſſus olympo eſt
Vir nouus: huc omnes currite: paulus adeſt.
Feſtinate: fugit: prohibete: ſed hoſtia calce
Iam terit: ille ille eſt: quo mihi reddita ſum.
Clamantem uidere omnes: mens neſcia tardos
Occupat: ad uocem curritur: egredior.
Obliquum mihi fauit iter: rudiumqꝫ cupido:
Vrbi (dum rogitant ſingula) terga dedi.
Heſternos oblita metus ueſtigia feruent:
Meqꝫ rei fugiens criminis inſtar ago.
Mens aio ſic ſumma tulit: nihil amplius inquam
Eſt mihi: iam quod habes ſit tibi parma ſatis.
Pulcher in æthereo nondum ſurrexerat orbe
Heſperus: ampla tñ montibus umbra cadit.
Nulla ſub aſſiduo phœbi eſt conceſſa calore
Pax pedibus: nullos hauſerat os latices.
Proxima cecropii uideo patris oppida: Burgo
Nomen ineſt: recto limite tendo pedem.
Inqꝫ urbem templumqꝫ feror: placuere labores:
Cuncta bonus ſerie digerit omnipotens.
Poſt paulũ mihi doctus adeſt dionyſius: orbis
Lumina qui cecinit cur duo palluerant.
Ignotoqꝫ altare deo pius auxit: & arcis
Aethereæ potuit ſcribere delicias.

Huic modo præcipuos tribuat licet oīs honores
Gallia/non tamen eſt immemor italia.
Hic miris illi tabulis & marmore multo
Stat domus:hic celebrāt orgia ſancta patres.
Orgia/agenoreis tanto meliora trapetis/
Quo bibulo noſter ſanctior eſt bromio.
Flagitia obſcænis quæcunq; furoribus illic
Vina parant:ſanctis cernitur hic precibus:
Et uotis ac thure litant:nec inane uidemus
Cum dominis tactos claue redire canes.
Nam pecudes/rerūq; uidet pecus omne creator
Et minus his:pecori quo ſine nec pilus eſt.
Os precibus tellure genu ſurrexerat:ibam:
Quærere cura ſubit tardior hoſpitium.
Lucifer abſtulerat ſe maximus æthere toto:
Nola ſonos mariæ tris memor ediderat.
Craſtina pollicitus dabit & præſentia dixi
Credo deus:deus o/qua decet ire doce.
Triſtis & ecce genu mulier ſe inuoluit euntis:
Et multas inter/talia dat lacrymas.
Proh quantas fortuna furens exarſit in iras:
Quanta meum uerſat peſtis hyemſq; mare.
Nil reor in toto me eſt infelicius orbe:
Pronubium ſtygius bubo meum cecinit:
Et qdquid nox atra mouet:mihi lazarus aut iob
Eſt coniux:fracto eſt perdita res animo.
Si qua malo eſt ueniente tenus neſcita uoluptas
Ipſa diu quæ ſint ah bona iam didici.

Cuncta tori fax prima ruit: iacet ille grabato,
Semper & a primis languit auſpiciis.
Nil mihi qđ grauius faciat phlegetōtis hēt rex.
Deniq; mors notas pulſat amica fores.
Nec uitæ ſpes ulla manet: iā lingua loquēdo eſt
Tardior: immotas iam tenet ille genas.
Ore grauis uix exit anhelitus: ah bone quiſquis
Es pater: hanc animæ fer miſeratus opem.
Paſce deo: rogat id moriens & tange ſupremo
Chriſmate: luctificæ dic pia uerba uiæ.
Talia uix effata ſolo ſurrexit, & ad ſe
Monſtrat iter: paret iuſſa præire: ſequor.
Et ſummo ſit quanta loquor clementia cœlo,
Talia quot genitus fecerit omnipotens.
Mulieris utq; puer ſurrexerit unicus orbæ,
Hexaphorum quē iam mœnibus extulerat.
Quemq; duæ triduo ſolymæ fleuere ſorores,
Diſcipulumq; fides poſtera quam ualeat.
Talibus abſtinuit lacrymis: & reddita tecto
Fide deo dixit fœmina: uictor eris.
En tibi centeno uir maior apolline, terris
Qui cœloq; poteſt plurima: te recipe.
Diſplicuit nimis alta fides: dixiq; loquacem,
Moribus at licuit parcere fœmineis.
Pauperibus tamē humano blandimine fulcris
Admoueor, uinci cœperat ille gelu.
Torpenti bona uerba dabam, certamq; ſalutem
Si modo corde queat credere polliceor.

Ille oculos/ frõtemꝗ mouet: gemituꝗ ꝓfundo
Pectore dat: tremulã porrigit inde manum.
Et uario loquitur motu quæ uoce nequibat:
Credit/ & aduentu gaudet/ & optat opem.
Laudo animum: cœloꝗ genas/ menteꝗ fidelis
Erigo: pauca precor: uiſa ualere fides.
Longa nimis dixi poterunt ieiunia uitam
Fallere: quo ſtatur ſeruat id omne modus.
Fatus & hæc ueteres uidulo tris paupere ficos
Eximo: promo/ rogo/ paret/ hiat/ comedit.
O/ dulces ait ille cibos: nil dulcius hybla/
Nil cyprus/ aut ſiculi gignit arundo ſoli.
Cœleſtes agnoſco manus: niſi ſomnia ſũt/ iam
Viuo equidem: nuſquam torqueor: en ualeo.
Quid moror? expiar: me tot mea ueſtibꝰ uxor
Quæſo leua/ quod mox induar ede aliquid.
Deſiliitꝗ toro clamans/ & laudibus amplis
Me canit: obſtabam: ſic pia lis oritur.
Proꝗ uiro ſtabat mulier: uox una duabus
Ceſſit: cænatum eſt: nox furit: aſtra cadunt.
Læua rubeſcebat cœli plaga: perpetuum orbis
Lumen adeſſe precor: ſurgitur: ire paro.
Senſit herus: contraꝗ genu/ ueſtigia flexit
Impiger: & tali præmouet ora prece.
Si tandem exorare queam: proſitꝗ precari/
Nullus ab his uoti cruribus impos eam.
Spe tamen immodica duo dixero/ frætus/ utriꝗ
Ius fauet: alterius munere lætus ero.

Quiſqs es accipe me comitẽ: quæcũqȝ lubenti
Paruero: nullam te duce uim timeo.
Me gallos nec adire piget, pœnoſqȝ arabaſqȝ,
Rhyphæos animus tangere fert apices.
Conſilio meliore autem ſi pergere ceſſes,
Nec pedibus tandem diſplicet ulla quies:
Huius habe iã frena domus, age, rebus & hæres
Eſto meis: nil te non ſtatuente geram.
Abſtulerit longæua licet mihi plurima febris,
Sub ioue quod frangat bos tñ eſt decimus.
Sunt ſyluæ ſunt prata mihi: Rhãnuſia cortem
Et caulas uariis diminuit gregibus.
Mox tua quidquid erat facili præſentia cœlo
Reddet, qui mortis uertere tela potes.
Sed uentis qd inane loquor? cœleſtis alumnus
Es magis: oris honos & graue mõſtrat opus.
Aethereum ergo numen aue: dictiſqȝ faueto:
Te ſequar: æternum dixero terra uale.
Vel reliquos meliore dies da ſidere: dixit,
Neſcius & nimio preſſit honore pedes.
Tanta fides, & rure procul facundia maior
Quid referã, qd agam, me facit ancipitem.
At nimis ĩdignũ ẽ facinus, blaſphæmiaqȝ ãpla,
Quòd patris eſt ſummi dicere carnis opus.
Non relecta placet, curatur & ipſa tacendo
Gloria: qui totus non fugit hanc ſequitur.
Facta igitur quæcunqȝ deo felicia iuſſi
Credere: ſum uili factus & ipſe luto.

Me ſitis, eſurieſq; petit: ſudore fatigor
Algeo, dormito, langueo, mox moriar.
Nil ſoli uereare: fides dux fida, comeſq;
Sed ſolum nequeas dicere, cui deus eſt.
Optimus is ſemper quoquo ferar, oium egere
Me uetat, & nullis regibus inuideo.
Porrigit ille ſuis dextram, nimioſq; labores
Temperat: & uotis corde uocatus adeſt.
Iuſtitiū licet omne uetet, nunq̄ exul ab illo eſt
Gratia: noſtra mari corpora & igne probat.
Præmia digna animis fuat: nihil æquus iniquū
Præcipit: oblitum dixeris, at memor eſt.
Febris erat tibi dira: ualeſ: eſt reddita neruis
Vis ſua: & amiſſum quod fuit accipies.
Relliquias hilaris maiore uidebis aceruo;
Crede, dies albo mille dabit lapide.
Quin bona pennati ſi ſit ſententia ſcribæ,
Credula uix mens eſt omnipotente minor.
Sed fidei caue deſit opus: rogitantibus & tu
Porge manum: qui dat uult deus ipſe dari.
Pinguia pauperibus ſæpe horrea creſcere dādo
Vidimus: haud tegeti deſit amica penus.
Sis felix: eadem tibi dicimus hoſpita: pectus
Tango mihi, atq; humili uerto pede capite.
Ad zephyrum meditabar iter: fidentia paruis
Mœnibus, octauo eſt non procul ab lapide.
Aetheris ad mediam titan conſcenderat arcem:
Pergendi minor eſt uiſus amore labor.

Aggredit̃ me ĩgrata fames:placet arbor amœni
Frigoris,& crebris frondibus umbra cadens.
Fontis iter baculi auxilio pes tranſit,& eſcam
Promo ſinu:ſedeo:lympha ſitim domuit.
Itur adhuc:uideo ꝓcul alta cacumina,& urbem
Antiquam:nimis eſt dicere delicias.
Dũ placet,& grata eſt,hẽt inde placẽtia nomẽ,
Ni ſenibus fruſtra creditur indigenis.
Hoſpitium laudamus adhuc,& læta ſequentes
Ora manus:dignis plurima ſolue deus.
Sol ruerat:clamãt:ꝓpero:me porta ſupremum
Excipit:os iunctis mite leuo manibus.
Creſcit amor,neqꝫ ſiſto ĝdũ:fugit hora : ꝑ urbẽ
Ad ſextum tenui rectus iter ſtadium.
Dextera ſigniferã dedit hic mihi cernere turrim
Proxima ſunt ſacræ limina picta domus.
Luna ſuum uix ſole minor cõpleuerat orbem:
Pergo:foris tactu panditur:ingredior.
Iam ſuus & ſtellas ſopor appetit:ora minores
Condere:iam cœlo redditur albunea.
Fit ſtrepitus:mediis prodit penetralibus Anna
Virgo grauis:ſequitur iunior euphroſyne.
Obſtupuere:modiſqꝫ ſimul gemuere tremẽtes
Fœmineis:queritur talibus Anna prior.
Heu mea,nõne ĝui fors hoſtia clauſimus ære?
Heſterno ne fuit ueſpere tuta domus?
Ergo ubi quas dederam claues?ubi iuſſa uerẽdæ
Matris?& en eadem culpa duabus erit.

Proh mihi-ſi primis fur qſquam acceſſerit aris
Sacrilega attigerit corpora ſancta manu.
En ait euphroſyne quidquid quot ſueta diebus
Credere:nec mea me fallere clauſtra ſolent.
Sed uideo procul ecce aliquẽ:neq; lumina fallit
Nox reor:ipſa uirum dixeris/aut lemur eſt.
Vir magis eſt-ſimiliſq; reo procũbit:ut auſus
Littora non licito tangere ſancta pede!
Clandeſtina notant quæſitæ furta tenebræ:
Vi tanta eſt adytis eripienda lues.
Quæ tñ una precor ſatis audeat!ore licebit
Vincere:uel nobis hæc dedit arma deus.
Promiſit matura manum tenuitq; ſororem
Altera:neq; nocens criminis inſimulat.
Hic ſurda cur aure manes!quid uana ſuſurras
Vota!mali teſtes pera locus tenebræ.
Nõ niſi fraude fores patuere:ſed ire nequibis
Inficias:nimis eſt quod graue fers uidulo.
Surge tacens-& qdquid habes huc exere:tolles
Quæ tua ſunt:uoci parſero:liber eris.
Aſt ego:parcendum eſt probris-ſæuoq; furori:
Virgineum feruor non decet iſte decus:
Non & cœleſtem thalamum-non uellera pulli
Verticis:& pugno percute quin gladio.
Auferat audacis noxam tamen-& meliorem
Maximus incautæ det tibi rex animum.
Diuitias non(crede)tuas-aut limina læſi:
Vlla nec aduentu ſunt tibi damna meo.

Libera mens omni theſauro eſt ditior: aurum
Oderit: æthereas quiſquis amabit opes.
Nec tua me toto uox gutture miſſa fatigat:
Sola facit dictum culpa timere diem.
Fabar adhuc: rubet illa genas, tacuitq; pudore
Saucia: ſcis habet hoc aurea uirginitas.
O, faciem ueſteſq; ſacras agnoſcimus inquit
Iunior: en qualem nox mihi lapſa dedit.
Immo deus: tu uera potes dare ſomnia: qdquid
Peccatum eſt fecit fœmina: culpa mea eſt.
Parce pater, prior ipſa nefas, litemq; paraui
Infelix: pectus ſupplice pulſo manu.
Ore p̃mam nec digna pedes, qbus ærea cedunt
Vincula: tu dictis & grauiora potes.
Et modo ſi iubeas penitus ſeruabimur: omnis
Ibit in exitium numine noxa tuo.
Noſtra nec imanis fortuna tacebitur: Annos
Quattuor inualidis artubus ægra fui.
Pleuriti antiquæ fuerat comes improba febris
Nec uariis ceſſans ludere torminibus.
Crediderã poſuiſſe modũ medicamina, rurſus
Quaq; tamẽ miſeram ter petit hebdomade.
Crura tremũt, nec ſtare diu dat: inſpice quantus
Pallor, & exhauſtis quam mala ruga genis.
Hæc genua, hæc teſtor ueſtigia ſancta, priuſquã
Soluar ab amplexu, ſenſero quidquid opus.
Extuleris utcunq; manum, frontemq; notaris
Pollice, nec dubia eſt ſpes mihi, ſoſpes ero.

Fleuit & Anna ſimul: piguitq́ aduerſa loquutã:
Corq́ manu tremulum uindice ter tutudit.
Non leuis eſt nullo uictoria parta cruore.
Parcimus & dictis fauimus euphroſynes.
Impiger articulis deus affuit: illa repente
Tacta ualet: lacrymas uota preces iterat.
Nec tollit tellure genu: contraq́ iubentem
Vi tenet & magnis uocibus aſtra ferit.
Mox matrum uenerãda manus cuſtoſq́ pudici
Maura gregis nimiæ ui cita uocis adeſt.
Miraturq́ duplex ſignum: mirantur & omnes:
Et poſitæ ut ſummo ſupplicuere ioui.
Nos eadem ſic tange manu pater exclamabãt:
Verticibuſq́ leuem palmite da pluuiam.
Vix ego uoce nouos ſtrepitus mãibuſq́ repſſi:
Audior ut tandem talibus os moueo.
Quo iuſſit pater omnipotens exoticus ibam
Nox erat: huc rerum neſcius applicui.
Aere quidem ſignata graui negat hoſtia nemo:
Claudit aperta facit clauſa patere deus.
Ille ferit ſanatq́ ſuo pro numine: noſtrum eſt
Parere & ſi quid fecimus ille dedit.
Hic homini nil debet homo: ſua cuiq́ notatis
Ante orbem uenient præmia temporibus.
Sanctoꝶ modo ſi quid adeſt uenerabile matres
Dicite: ſola fames hæc mihi ſola ſitis.
Demiſſis tunc maura genis ſuffuſa decoro
Murice: ſic uocem ſurgere iuſſa dedit.

Hoc deus immenſo ditauit munere ſacrum
 Tutoreſq; dedit uiribus egregios.
Laurentis xyſtus quondam pater inclytus illi
 Præſidet, & xyſti nomen habere dedit.
Maior adorandis eſt oſſibus ara ſepulcrum
 Et fabio læta eſt altera pontifice.
Quem pater & cœlo uidit Benedictus euntem
 Tercius eſt: capuæ ſedit & ipſe pater.
Sunt alii ſacris tumulis bis quattuor, auſi
 Vltima pro ſummo bella ſubire duce:
Purpureãq; dedere animam: quos nobilis inter
 Virgo micat, ſæui, quæ domat arma iouis.
Virgo, aliqd ſolo quæ nomine ſancta ſonabat
 Barbaricum, ſummi pars modo delicii.
Innocuos ſublime aliud penetrale puellos
 Quos nimia erodis ſuſtulit ira, tenet.
Præterea indigetum paruo ſunt multa ſacello
 Fragmina: ſunt pluteis pallia, ſunt cineres.
Romani uidere patres, poſitiſq; tiaris,
 Obtulerunt humili regia dona prece.
Semper & has animi pietate colentibus aras,
 Plurima ſunt cœlo præmia polliciti.
Nunc adſis qui tanta uales: magnoq; tonanti
 Hiſq; pius miſero pro grege fac ſuperis.
Iunxit & hæc effata manus, cœloq; leuauit
 Lumina: fœmineos ſubdidit & gemitus.
Progredior; ceſſere oẽs: monſtrabat eundum
 Quo foret Anna: fauet cætera turba pede.

Et mecum flexere genu: quædamq̧ precati
　Surgimus: inq̧ uicem ſeria uerba damus.
Plurimus interea ſanctam ſe ciuis in ædem
　Fert: noua iam terris reddita lux fuerat.
Nec latuit res ipſa diu: fruſtra ipſe tacendum
　Impero: fama loco iam leuis exierat.
Fas mihi nulla fuit ueſtigia tollere tandem
　Fauſtus adeſt: ſequitur multa caterua patrem.
Ille renitentem uario dignatus honore
　Me petit, & nimia relligione tenet.
Quæq̧ manu dederã, meliora bis oſcula uultu
　Reddit, & optatum rumpere cogit iter.
Vtq̧ animi graue conſilium, cauſaſq̧ laboris
　Nouit: & hic loquitur numinis eſt aliquid.
Praxitelis, phidiæq̧ ingens opus, ampla ſilebo
　Mœnia: non paſcit corda beata lapis.
Erexit maiora ſuis mortalibus & gens
　Barbara: uiuit adhuc uana ſuperſtitio.
Vincat & hæc æs quiſquis habet: redolẽtia uero
　Numine ſunt noſtris corpora marmoribus.
Corpora quis homines cœlum meruere beati
　Perpetuaq̧ illis uiuitur ambroſia.
Hos inter Iuſtina decus capit inclyta, ceſto
　Improba cui fruſtra eſt ſæpe minata uenus.
Aurea nec pueri tetigerunt tela, nec alter
　Hanc potuit cantu uincere theſſalico:
Sed uictus meliora ſubit certamina: uterq̧
　Nunc cœlo eſt: nobis pyramis oſſa locat.

Prodigus hic pro chriſto aiæ cum uirgine nata
Et conſorte tori uiſitur Arthemius.
Non ne ſua uictor ſtat nomine dignus in æde
Et cui ſeruatum nomen ouile dedit?
Fidus & hic patriæ pater emicat Antoninus
Cana fides iuueneni uicit equum pietas.
At magni precioſa ſatis quis templa ſabini
Quis ſatis & proceres dixerit æditous?
Ille auibus nec uana pado dans iuſſa furenti
Stragibus arua/metu liberat agricolas.
Dulcis adhos erit ire labor: cape libera lætus
Ocia: noſter eris tu modo noſq; tui.
Dixit: adorataq; pedem referebat ab æde:
It: ſequor: ille manum porrigit: accipio.
Eripuit mihi mente uiam facundia toto
Menſe/piiq; patris frons bona & alta fides.
Sed dictis res maior erat: uix deniq; fas eſt
Pergere: uix ueniam mille dedit precibus.
Phœbus ab oceano rutilum nouus egerat axem
Quæſitam lætis ſubdo uiam pedibus.
Perpetuo nec calle feror: nunc dextera nunc et
Recta placet: campos pictaq; prata premo.
Itur ad eridanum: diuerſo in littore ſola
Nauis erat nullis credita remigibus.
Quid facere? uis magna padi: tranſire cupido
Atq; opus eſt: uanum ſtare: redire labor.
Eſt cordi ſolymæa celox & ab æthere quōdam
Dux datus: atq; ducis ſæpe probata fides.

Iam neq; ſolus eram: uariis conceſſerat oris
Aduena: cauſa uiris plurima: uox eadem.
Tunc ego: qd fruſtra tandē meditamur inertes?
Imminet humanæ quod modo non opis eſt.
Noui, eqdem noui quæ ſanius arma petendum:
Eſt mare qui ſuperat fortior eridano.
Nec neuult, nec neſcit opē dare: ſidera mecum
Suſpicite: atq; illi mittite corde preces.
Audiuere: placet: primus me flecto: ſequuntur:
Vota pius ſumma uidit ab arce pater.
Sponte ſua ueteri mox pauper ab arbore prora
Soluitur: acris equi uertitur acta modo.
Præcipiti nec cedit aquæ: neq; uincitur auſtro:
Nos uelut a multo remige pulſa petit.
Admouere manus iuuenes: at nullus habenis
Eſt locus: eſt uacuæ palmula nulla rati.
Quis timor? audēdū ē inq̄: nec apluſtria deerūt
En ego nauta, meus ſcipio remus erit.
Experti maiora ſumus: debebimus ergo
Plura deo: patulas porriget ille manus.
Confidunt ratibus comites & paupere tranſtro:
Immotaſq; tenent ad mea dicta genas.
Typhis ego, atq; idem remex poſtrema liburni
Aggredior: facilis uiſus uterq; labor.
Fluctiuagis aliquo ſummi memor inde magiſtri
Signa recenſebam numine facta locis.
Et domitum ſal ſæpe fide, ſiccoq; ſimonem
Iſſe pede: & pauli tercia facta loquor.

Excipit interea redeuntem ripa phaſellum:
Egredimur: dextras ſummaq; uerba damus.
Per ſolum nec abitur iter: ſua quęq; trahit res:
Alter ab alterius tollitur intuitu.
Conioli me uilla capit: caſa ceſpite paruo eſt
Obuia, triſte uiri pauperis hoſpitium.
Læta ſilens recto ueſtigia calle mouebam
Solus: erat lateri prætereunda domus:
Mens aliud uerſabat: iter pergentibus eſt mos:
Lynceus & rerum ſingula quis numeret?
Ex modico ſonat ecce uiri uox magna pheretro
Hunc mihi ſi tamen eſt dicere poſſe uirum.
Diuitiæ non illi aliquæ: non ulla ſupellex,
Nilq; ſui linguam mobile præter habet.
Omnis in hac miſero uirtus: ea ſola ſoporis
Neſcia ſpes uitæ, ſpes erat auxilii.
Dixeris hac etiam phlegetontem poſſe moueri
Reprimor, accedo, ſto, uideo, miſeret.
At ſolam pro uoce fuit fas reddere uocem:
Pace ferenda deus quanta iubet moneo.
Antiqui monumenta lacus, quo ſueta piari
Eſt ouis: & quem plebs ire uetat foribus,
Culmineq; ut miſſus fracto eſt: febriq; uetuſta
Turpia curuatæ terga loquebar anus.
Et ſi quid pietate dabat mens fida loquenti
Præcipuum facili blandior auſpicio.
Multa breui reditum iam ſpes erat ire ſalutem
Iam ratus ex animo lætor abiſſe minas.

Sed grauiora miſer ſuſpiria traxit ab imo
Pectore/& hæc querulo triſtis ab ore dedit.
O/tanti crudele igitur nimis interuallum
Temporis/o læui ſideris impietas.
Cur ego tunc/& cur ſolymæ nõ natus? abiſſent
Corpore(uerba niſi das)mala tanta meo.
Neſcius aut miſcerer humo humus ipſe laboꝝ
Felicis felix patris auiq; comes.
Mors patulas ferit atra fores: qn me quoq;? qd tã
Viuo diu? ſatis eſt: quolibet aura fuge.
Aura fuge/& ſolis quidquid ſub lumine/tecum
Diſiice: perpetuus comprimat aſtra ſopor.
Et magnum gelido noua uis precor exerat orbẽ
Cardine: quod ſuper eſt terreat omne fragor.
Dicebat: ſed plura ueto: primoq; furori
Parcitur: omne ſalem nam neq; uulnus amat.
Sæpe leui magis ẽ opus unguine: plurima ꝑſũt
Quæ nocuere: nocent uiſa iuuare prius.
Quæ tamen & duros maneat ſententia ſontes/
Iudicis & gladium diximus ancipitem.
Ad patrios iterum affectus/oleumq; reuertor:
Atq; herus ut fuerã ſum modo uterq; parens.
O/deus/o/pietas/rerumq; ſacerrimus ordo:
Mens fuit inſano reſtituenda prius.
Vincitur affatu lacrymans/penituſq; nocentem
Se uocat: & multa cum prece dat gemitum.
Supplitio ſum dignus ait grauiore: fatebor:
Heu mea non aliam facta merentur opem.

Quid tergus qđ ceſſat auis mare-ſimia-ſerpens
Styx tandem? iacet hac cæſa nouerca manu.
Inq; malam pater ire crucem me iuſſit: ab alto
Audiit-& legi paruit omnipotens.
Sed bonus eſt: hunc ante tamē tu ſupplicis eſto
Interpres: mihi ſit ſpes licet-ah uereor.
His ego: lamecis fixit catapulta caimum
Obſtrinxit laqueo ſe ſcariote ſatus.
Reſpexit petri lacrymas deus ore benigno-
Atq; iterum foribus prætulit æthereis.
Arbiter eſt animi non criminis ille ſupremus
Seſſor: & hic ſua dat præmia conſiliis.
Sæpe tapinoſis noſtra eſt remorata furentem:
Hanc modo ſi teneas crede ualere potes.
Templum ergo ſeruatus adi: patriq; uetuſtum
Prode nefas: quidquid dixerit hoc opus eſt.
Surge inq̄ iubet oīpotens: Hæc fatus ad aſtra
Erigor-& dextra debile tango caput.
Nec mora-ſurgit: ouāſq; foras pede ſoſpite fert
Præceptiq; memor ſolius ire parat.
At noua dum turbis miranda uidentibus offert:
Cautus ad incœptum mox ego uertor iter.
In pagum-ſacramq; ſimul diuertimus ædem
Virgineum chriſtus nomen utriq; dedit.
Chriſtinamq; uocant: Benedicti plurima proles
Incolit: eſt noſtræ par toga-mens melior.
Ter deni occurrunt patres-lætiq; ſalutis
Oſcula dant: pietas feruet & obſequium.

Q

Menſa toriq́; parantur: abeſt nihil hoſpite dignũ
Digna ſub hac nemo præmia luce dabit.
Cedi operi nox ſola iubet: ſurguntq́; caduntq́;
Sidera: ſol terris redditur: egredior.
Terga loco dederam: ticini argenteus amnis
Lætus erat: certum ſemita monſtrat iter.
Dumq́; eo / cœliuagas uideo ferientia nubes
Mœnia: contiguo flumine nomen habent.
Vna ter octoni ſtadii dedit hora laborem
Vincere / & urbanos poſſe ſubire lares.
Ad patris ueneranda ſyri / quo principe nullos
Vrbs ſubitura metus / ſtemata tendo pedem.
Nec fruſtra poſuiſſe genu / nec uana precatum
Sentio me: uiuit fœmina teſtis adhuc.
Fœmina / ꝑpetuus mundi quam inuaſerat hoſtis
Cerbereaq́; diu torſerat ingluuie.
Non tamen eſt ſacros auſus pertingere poſtes:
Ante tubam uerſo perdidit arma pede.
Lætitia hic ingens populo mens ſana puellæ
Reddita / nata patri / pax mihi / laus ſuperis.
Crediderant rediiſſe ſyrum: certatur honore:
Spreuimus immodica dona parata manu.
Hoſpitio ceſſurus eram: damus oſcula / dextras
Verbaq́; deflendis proxima funeribus.
Poſtera uix clarere dies / titanq́; uideri
Cœperat: & portas dudum ego ꝓpter eram.
Prodeo: rurſus adeſt oculis immane fluentum:
Peruiaq́; huberibus machina præſtat aquis.

Machina tireſiæ, atq; pio metuenda metello,
Quiq; ithacum & doctis pgama dat fidibus.
Eſculeas longæua trabes attriuerat ætas:
Nec ſatis eſt annos læua notare manus.
Crebra bubulcoꝝ ſimul orbita, & humida qdqd
Sub ioue ſyluigenæ dant elementa rei.
Infidum baculo pergens iter explorabam,
Nec paribus cuiquam paſſibus ire datur.
Vir tectus caput ecce iuba, ſuraſq; cothurno:
Virga manu, ſcapulis bardocucullus erat.
Anxius ille oculos huc dum protendit & illuc
Me uidet: accedit: reprimo me: queritur.
Ah immitis ait ſummi ſententia fati,
Quam mihi ſaturni eſt oīs iniqua domus.
Bis tribus attalicas luſtris mihi texere ueſtes
Ars fuit, & placida ducere pace dies.
Parta deo tandem fuerat meliore peculi
Sūmula: & en ſonipes heu bona pars cecidit.
Iam ſatis hunc uixiſſe puto: procumbere pontis
Cruribus, atq; animam uidimus ire datum.
Lugduno nil tale ratus laribuſq; atauitis
Puniceis potui cedere luminibus.
Viſere ſeptiiugam fuerat mihi maximus urbem
Ardor, & ore tuas tangere petre fores.
Nox erat: egredior ſtabulo: properare iuuabat:
Loripedem uoti me facit improbitas.
Quo tibi, quo tandem mea uita caballe ſupſtes
Dirigar? ah ualeat tanta ſuperſtitio.

Menſa toriq; parantur: abeſt nihil hoſpite dignũ
Digna ſub hac nemo præmia luce dabit.
Cedi operi nox ſola iubet: ſurguntq; caduntq;
Sidera: ſol terris redditur: egredior.
Terga loco dederam: ticini argenteus amnis
Læuus erat: certum ſemita monſtrat iter.
Dumq; eo, cœliuagas uideo ferientia nubes
Mœnia: contiguo flumine nomen habent.
Vna ter octoni ſtadii dedit hora laborem
Vincere, & urbanos poſſe ſubire lares.
Ad patris ueneranda ſyri, quo principe nullos
Vrbs ſubitura metus, ſtemata tendo pedem.
Nec fruſtra poſuiſſe genu, nec uana precatum
Sentio me: uiuit fœmina teſtis adhuc.
Fœmina, ꝑpetuus mundi quam inuaſerat hoſtis
Cerbereaq; diu torſerat ingluuie.
Non tamen eſt ſacros auſus pertingere poſtes:
Ante tubam uerſo perdidit arma pede.
Læticia hic ingens populo mens ſana puellæ
Reddita, nata patri, pax mihi, laus ſuperis.
Crediderant rediiſſe ſyrum: certatur honore:
Spreuimus immodica dona parata manu.
Hoſpitio ceſſurus eram: damus oſcula, dextras
Verbaq; deflendis proxima funeribus.
Poſtera uix clarere dies, titanq; uideri
Cœperat: & portas dudum ego ꝓpter eram.
Prodeo: rurſus adeſt oculis immane fluentum:
Peruiaq; huberibus machina præſtat aquis.

Machina tireſiæ: atq; pio metuenda metello:
Quiq; ithacum & doctis pgama dat fidibus.
Eſculeas longæua trabes attriuerat ætas:
Nec ſatis eſt annos læua notare manus.
Crebra bubulcorū ſimul orbita: & humida qdqd
Sub ioue ſyluigenæ dant elementa rei.
Inſidum baculo pergens iter explorabam:
Nec paribus cuiquam paſſibus ire datur.
Vir tectus caput ecce iuba: ſuraſq; cothurno:
Virga manu: ſcapulis bardocucullus erat.
Anxius ille oculos huc dum protendit & illuc
Me uidet: accedit: reprimo me: queritur:
Ah immitis ait ſummi ſententia fati:
Quam mihi ſaturni eſt oĩs iniqua domus.
Bis tribus attalicas luſtris mihi texere ueſtes
Ars fuit: & placida ducere pace dies.
Parta deo tandem fuerat meliore peculi
Sũmula: & en ſonipes heu bona pars cecidit.
Iam ſatis hunc uixiſſe puto: procumbere pontis
Cruribus: atq; animam uidimus ire datum.
Lugduno nil tale ratus laribuſq; atauitis
Puniceis potui cedere luminibus.
Viſere ſeptiiugam fuerat mihi maximus urbem
Ardor: & ore tuas tangere petre fores.
Nox erat: egredior ſtabulo: properare iuuabat:
Loripedem uoti me facit improbitas.
Quo tibi: quo tandem mea uita caballe ſupſtes
Dirigar? ah ualeat tanta ſuperſtitio.

Canicles animum terret/genuumq; labatus:
Eſt mihi/ne fruſtra lacter/opus reditu.
Thybri domuſq; ſacræ,pcul hinc ſaluete qritum
His neq; te genibus lar laterane colam.
Sed ſuperum tibi ſi qs amor pietatis & uſquam
Eſt locus:exilio fer precor exul opem.
Excidit/eſto/feram/dãt ſidera: ephippia fas ſit
Clunibus/& tenties tollere ſarcinulas.
Quidqd ineſt/partẽ quota ſit tibi munus hẽto
Flecte gradum:cauẽ ſis:hac iter eſt: ſequere.
Dixerat hæc:triſtemq; ferum ſua damna reuiſit
Impiger/& fragili deſilit ille uia.
Admoueor quocũq; uocat: mortalibus arma
Sueta parat:tabulas/uincla/ſudes/cuneos:
Spumantem nõ uno animam diffundere lapſu
Nonq; ſuis uidi ſaucia membra locis.
Quadrupedis pariterq; uiri infortunia mecum
Triſtis agens/cœlo lumina corq; tuli.
Principium tu ſumme deus/tu finis & idem es
Omnibus:eſtq; manus omnia plaſma tuæ.
Cõmunẽ nũc eſſe precor te oſtende parentem
Atq; inopem tanto ſolue labore uirum.
Redde pecus:neq; te res eſt indigna:nec ipſe
Spreuiſti dorſo deteriore uehi.
Nec bruto haudqdq̃ bñfeceris/omne hoĩum ſi
Mens tua ſemper opus deſtinat auxilio.
Orabam:cor ſancta fides animumq; miniſtrat:
Fide inquam:optatis uir bone plus capies.

Da metui, curiſq; modum: labor omnis abeſto:
  Videris, ima quod & reſpicit omnipotens.
Nec mora, lora tenens facili popiſmate, lapſo
  Blandior, & modica ſurgere ui iubeo.
Diuinum Rex fabor opus: ter fracta quaterq;
  Oſſa ualent: patitur uulnera nulla cutis.
Plura quid hic? recipit uires, & corpore toto
  Integer, & tutis tuta tenet pedibus.
Paupis exultãtem aĩum, & noua gaudia, nõ eſt
  Vt loquar: aſtra prius dinumeranda puto.
Scrupula carpathio quot ſunt in littore: ſeu quot
  Hybernus guttas deiicit imber aquæ.
Proximus eſt longo tractu: neq; mœnibus altis
  Pagus eges: plures uix habet urbs thalamos.
Hinc ſtrepitus ſubituſq; fauor, uoceſq; ſecundæ
  Surgere: maior homo creditus eſt homine.
Sternitur hic contra: dextræ pia libat & alter
  Oſcula: & hoſpitium ſpondet & ille pecu.
Vrgebat me tanta fides: uix deniq; turbis
  Explicor: adq; ſuum planta refertur opus.
O, chriſtum quam dulce ſeq: q̃ pectoris hauſtus
  Ferre animo quanti ſit pietatis amor.
Nec melius finxere deis daphneia nectar
  Serta, prius ueri quam foret agnitio.
Lux nobis meliora dedit præcordia cœlo
  Edita: nec ſemper uota fefellit opus.
Hic preſſis aliquid præter uetor ire labellis:
  Præceptore nefas parta ſilere deo eſt.

Trās ierā grauelōis aquas: urbs(plurima nomē
Mors dedit)eſt ueteri proxima laumelio.
Mi deus huc mōſtrabat iter: miſer ecce ſedebat
Ruſticus: hic uitium corpore totus erat.
Horrenda eſt illi facies, lanugine rara,
Pallida, tabificis aſpera tuberibus.
Tuberibus ſanies fluit atro miſta cruore
Ieiunis etiam non bona uulturibus.
Labra malum, & naſi primas exederat oras:
Lumina nec grauibus ſat leuat ægra genis.
Spiritus ore grauis, medi neq; cortice pomi,
Non nardo, & ſaga non medicandus anu.
Noīa iam morbis deerant, niſi bruta dediſſent,
Et canis, & cancer, pes, lupa, ſus, elephas.
Poſcere opē uox rauca neqt: tribꝫ aucta tabellis
Stridebat tremula machina parua manu.
Priſca mihi lex mente cadit: ſacræq; mephitis
Dira lues: lethen miſit utranq; deus.
Pando ſinū, manibuſq; āplector & oſcula uultu
Figo: iuuat matres uincere blandiciis.
Et mihi pro latrone inquam cantare licebit,
Aeris ineſt noſtro lamina nulla ſinu.
Sed petri claudiq; memor ſi corde quid audes
(Immo tibi audēdū eſt) credere ſaluus eris.
Spes ait & complexa fides me ſæpe fefellit:
Tercia iam ſacro eſt fixa tabella tholo.
Sic cecidi de matre: nec omne piauit Adami
Vnda nefas: animam lauerit, & ſatis eſt.

At qui obolum præbere neqꝫ meliora tonanti
Vota refer:ſed te quid pietate necas?
Ne me iterum tacturus abi:pater horret & aluo
Quæ tulit:uxorē hæc arcet hyems thalamo.
Talibꝰ haud repreſſi aīum:magis arguo:dextrā
Quid trahis?omnipotens impat ecce uales.
Paret ouans ſolidiſqꝫ alacer ſtetit artubus: & q
Semper humi eſt ſolitus repere currit iter.
Quiqꝫ ferebatur capulo prius ipſe milonem
Carpophorumqꝫ nouo robore iam ſuperat.
Procumbit genibus ſupplex: fert lumina cœlo
Auctoremqꝫ datæ iuſſus adorat opis.
Cuiqꝫ fuit res nulla loco ſe muneris offert
Sum tuus & nuſquam me ſine abibis ait.
Aſt ego:ſic bene habet:tamen hæc ſi grā cuiquā
Reddenda eſt ſummi principis eſto:uale.
Strēnuus interea medium petit æthera titan:
Vincere iam nimius cœperat arua calor.
Sirius inſtabat ſocer & perſeus olympo.
Febriferæ toto fax furit orbe canis.
Seruato ipſe pedē tuleram tria paupere paſſum
Millia:feruebat pectore priſcus amor.
Maxima glans ramis triuio ſurrexerat olim
Sacrilego(uetus eſt fama)dicata ioui.
Huc feror optatamqꝫ ſuperſtitionis & umbram
Aeſtiuumqꝫ probo neſcius hoſpitium.
Pera famem fluuiuſqꝫ ſitim domuere laborem
Ocia:ſumma uoco numina laudo precor.

Ilicet ecce duos iuuenes prætendere contra
 Cerno manus: oculis pœna negat lacrymas.
Vocis eget lamcta: grauis dolor occupat auras
 Vitales: heu uix qui prior ibat ait.
Res periit cum mente: bonum/ſi uita ſequatur
 Et quidquam ſit poſt fata/fuiſſe loquar.
Reſpice nos: fateor nil iuris habemus uterq;:
 Sed tuus in ſuperos/te modo uincat amor
Ah iterum precor/atq; iterũ miſerere: qd optem
 Neſcio: tu melior tu cedo ſi quid habes.
Multa ſub hoc nuper ſeruatos robore quoſdam
 Vox ſonat: eſt horum pars mihi nota diu.
Priſca fides neq; tota perit: ceſſiſſeq; noſtris
 Fatalis dodon dicitur ilicibus.
Me clades impellit atrox: hominumq; deiq;
 Lex terret: premit hinc ignis/& inde fretum.
Huc tu me (agnoſco faciem) ter nocte uocaſti:
 Vltima ni faueas eſt peritura fides.
Suſpirauit adhæc grauiter: totumq; tremens ſe
 Strauit humi: uetuit dicere plura labor.
Importuna gelu miſerum torquebat & igne
 Febris/& inſani uiſceris aſperies.
Cincta cruentatis uittis non lætior alter
 Tempora fert: duplici uulnere guttur hiat.
Pectore læua latet: paſſus teres adiuuat haſta:
 Tot mala perdendæ fecit abactor ouis.
Quod facerem nil terra dabat: cœleſtia nunquã
 Defuerant: oculis/mente/fideq; leuor.

Et paucis uanum errorem damnauimus:& poſt
Quam bene quod deiceps crederet exhibui,
Tēdo manū,fermeq; pares ſumus ingo morbis
Vincitis:hoc habeo:ſurgite,uita redit.
Vult deus hinc hilares:ꝑperate:loquebar: at illi
Surrexere:lues liquit utrunq; ſua.
Qui uultus,quæ corda uiris,quā grata dedere
Verba deo,graue ſit dicere,ſcire leue.
Tollo moras,reddorq; uiæ:diuerſa pererro:
Lætis ſuccedunt hic mala,læta malis.
Improba me terris quāquam iactauit & alto,
Venit & aduerſo ſidere ſæpe dies.
Scylla mihi millena fuit,millena carybdis
Viſa:fuere hoſtes tartara,& hoſtis homo.
Stanti aio pater oīpotens tamen affuit,& me
Caſibus orantem texit,& ante preces.
At bonus interea quanto me affecit honore!
Pene parem dici me ſibi ſæpe dedit.
Corpora nam uariis languoribus ægra ſaluti
Reddidit:& longas iuſſit abire febres.
Auditu ſuperauit apros qui ſiſtra nec ante
Audierat:loquitur qui modo mutus erat.
Quiq; prius poterat pede uix incedere ligneo
Hic propriis lepores uiribus inſequitur.
Fert galeam,cunis qui nunquam exiuerat: uno
Vlcere tectus erat quem modo nais amet.
Quot miſeris tandem uidi data lumina cæcis,
Quis lyra quæſtus erat,uirga caniſq; duces!

Sunt ſatis hæc rex magne-iubet nox hũida ſom
Arcticus æthereo fulget in orbe polus (nos:
Supremo reſerabo tamen mihi uiſa labore
Da ueniam: dictis ſola coronis erunt.
Menſis erat iuno quem uel iunonia proles-
Seu iuuenum de ſe romula turba uocat:
Stabat agris tollenda ceres: nec prata iuuencus
Quod ſatis ore ſibi carpere poſſit habent.
Virgineas nexura comas non caltha rubeſcit-
Non redeunte uiret braſſica danda uiro.
Nec toto eſt conſpecta dies torrentior anno
Altera: nec tanta eſt terra petita ſiti.
Frigidus umbroſa ſolus ſub rupe cadit fons:
Quem regradi nunquam perculit ira feri.
Quin fera tela iacit-quum ſol fragrãtior æquo-
Hic laſſis ſtatio gratior eſt animis.
Viribus & Bæthys careat licet-& tuus Almo-
Hic tamen huberibus terra rigatur aquis.
Huc uia caſtaneas quercus breuis inter & ornos
Me trahit: umbra-ſolũ-ſylua-latexq́-placẽt.
Flexerat ecce genu paruo bibiturus ab amne
Thuſculus: implerat iam leuis unda manum.
Quid lateat libet explorare tacendo: morabar:
Solatur caſus talibus ille ſuos.
Cæretum dat auos-matrem florentia-ſed quid
Mentior? his potius ſum datus ipſe: qd hinc?
Mendicum cæcumq́ deus ſatis atq́ loquacem
Fecit: hero tamen-o-barbite pauca paris.

Hic linus, & chiron, orpheus & magnus apollo
  Eſuriat: tantam liquero barbariem.
Inſubres, uenetoſq; petam: mox pane tumebit
  Pera, ſato ſemele teſta, triente ſinus.
Hæc ſecum: accedo blandis ego uocibus: at me
  Sic fere adhuc ſiccis faucibus alloquitur.
Dic ſodes, quis in antra uenis? gratine colores?
  Te ne parens noſtro ſidere fors peperit?
Conuiuam niſi luce cares ſociumq; recuſo:
  Eſt aliquem cæco fallere difficile.
Naturæ ſi uero tibi eſt iniuria nulla,
  Sicq; uir es toto corpore, ſolus abi.
Tunc ego: nõ talem fecit deus: ampla ſed illi
  Debeo: ſum membris integer, & uideo.
Tu quoq; quo mecum uideas hoc accipe: dixi:
  Et uacuas tetigi rore uolante genas.
At noua mox hilari micuerunt lumina uultu:
  Qualia nec gelido fert uenus alba polo.
Impletur clamore nemus: mouet omnia ſaltu:
  Seruatiſq; loci nil ſatis eſt oculis.
Nunc mendicato pudet illum uiuere pane:
  Nec pueri poſthac nec canis indiguit:.

ARMENIADOS LIBER NONVS.

Tlaſsũ miꝓ ipe pedẽ quo ãniq; uertã?
a Quo mihi liuẽtes tẽder̃ poſſe genas?
Ah ſimeõ, iter᷑ ſimeõ rogo terq; uocã
Et q̃ter, in tãto crimine qd faciã? (de

Quid faciã cui mẽte caput/cui pectus anhelum:
Corde uacat? periit nobile quidquid erat.
Nil bilis niſi ſola ualet-totiſq; ſcaturit
Viſceribus: languent cætera-uiſus hebet.
Palleo-ſudo-tremo-labo: ſed qd plurima? totus
Sum dolor: en unguis en tibi mors medius.
Quin facis hic factura qđ es: ui ſtamina qua uis
Rumpe: ſecũda nec eſt quod petat ingluuies.
At feruet neqdquam aĩus: ridentibus hoc eſt
Blandiri: laceror? quod cupit hoſtis habet.
Frigida retrogradum non ad bona priſca fauilla
Nouit iter: phœnix uix habet ipſa fidem.
Quis factum infectũ faciat? reficiq; uetantur
Tempora: nec poterit lapſa redire dies.
Sed data ſæpe graues mulcent ſuſpiria curas:
Fuſa fauet mæſtis lacryma pectoribus.
Quæ tñ indomiti uim poſſit ahena doloris
Edere uox? oculis quis ſatis humor erit?
Summa ergo promenda mali faſtigia ueris
Sunt elegis: ſed & hoc da bone poſſe deus.
Regia iam lætos ſtygio ſeruata leone
Virgo duces reditu fecerat heſperidas.
Conuiui ſaliaris opes-& opima parari
Fercula cæſareo iuſſerat ore parens.
Paruerant acciti omnes-Symeonq; ſedentum
Vnus erat-poſitæ uix memor ille dapis.
Cœleſtis fœcunda epulis melioribus aulæ
Ora mouens-menſis nobiliora dabat.

Dona dei primo gratus referebat ab ortu,
Quid pia corda, piæ quid ualuere preces.
Tunc leuis ad decimũ ꝑperabat auena uolumẽ:
Terq; trium manibus proxima finis erat.
Sex ſcelera periere manu: nec plura recluſo
Dyſtheus arte ſua uiderat in pluteo.
Dyſtheus hem ligurũ uaniſſimus, atra barathri
Spuma: mali pelagus, luminis exitium:
Sacrilegi faber aſſiduus, fideiq; pelaſgæ:
Nec remora eſt ſiquo poſſit obeſſe modo.
Sed tunicis ego ponendis, uibiceq; multa
Dignior, & reliquum perdere quod ſteterat.
Fluctigenæ, & pluſquã cẽtũligui, caprimulgo
Credere? turritis frontibus eſſe fidem?
Stultus eo tamen acceſſi: libantur utrinq;
Oſcula: me ille potens uincere blandiciis.
Mirabar: ſtandiq; adeo perteſus ubi inquam
Depoſitum? noſtris num bene codicibus?
Gallina ille ſatus ne ſim modo ſuſpicor alba,
In ſpartanum abeat dyſtheus ex ligure.
Subriſit: colloq; iterum malus addidit ulnas:
Præcipuoq; uelut munere dignus ait.
In te quantus amor meus eſt: titania teſtor
Sidera, & hanc lucem: te minus ipſe colis.
Quid ligurum nocet eſſe genus? cœleſtis origo
Eſt animis: nullum fallere terra docet.
Et craſſo quandoq; ſub aere naſcitur heros:
Maxima non omnes Roma dediſſe poteſt.

Rure maro ſatus eſt:harpini pars fuit ingens
Tullius:eſt moſem ſæpe ſequuta pecus.
Quæ frõtẽ noua turba mouet?tibi fatur amicus
Quid recti totiens indicis editio?
Surge oculis·animoq;:ſcies ambagibus hoſtem
Et ueteri ligurem non caruiſſe fide.
Vera fides animas curat:mortalia ſæpe
Négligit:arce tamen ne cecidiſſe puta.
Argentum uel maius eo periiſſe nec ulli
Eſt flendum:cœlo mens ſita plus dederit.
Talia finis inops uacuas iactabat in auras:
Et noua de pratis mittit in arua pedem.
Cinyphiiſq; refert qualis ſit lana capellis:
Poma petis·malacas proferet ille nuces.
Creuit & unde uiro Romæ uis tanta roganti
Dixit apollinea pergama facta chely.
Iamq; ſeneſcebam auſcultans:fore talibus ãno
Rebar opus.uocem uox uetat:hæc ualeant:
Debitor eſſe magis ceſſa:tibi uerba nec olim
Credidimus:reddis plurima:redde datum.
Vel ſemel hic ueritus fueram nõ uana loquutũ:
Et ueteri ligurem non caruiſſe fide.
Hoc ait eſt:animus quo tendere mẽſq; ferebat:
Grata tibi niſi ſunt ocia·ſumma loquar.
Alter ab auguſto menſis·numerare ſupremos
Orbe dies·preſſos tingere uina lacus.
Fulſerat æthereis lux ſancta uolucribus:illi
Poſtera ſcis noſtris quanta licet laribus.

Sternit atacneis penſis ſacra mœnia myſtes
Explicat & ſanctos parietibus proceres.
Prima flagellatos referens hieronymus artus
Pars fuit & ſæui regis iniqua manus.
Cauſa mali cicero ſecus eſt tradendus & igni
Plato grauiſq; index littera iudicii.
Ignicomi poſt terga dei clauſurus olympum
Veſper erat: regredi tympana ahena iubent.
Paremus: dat ſigna polus: creuere tenebræ:
Quæq; ſuo ſomnis membra labore leuat.
Surgimus & ſolymo reſonāt caua marmora cā
Alternis feruent guttura carminibus. (tui
Solus & ecce ſuper laurens anabathra legebat
Quæ pallis pridem uidimus attalicis.
At memor ipſe tui qui non tñ hoc fugis unquā
Pectore uix gemitu (ſcit deus) abſtinui.
Triſtis & o dixi per quanta pericula frater
It meus: an patiar? fas uetat urget amor.
Vt licet egredior ſacris: piceoq; libellos
Carcere quos dederas ſoluo reuoluo lego.
Vulcano nocitura dedi quæ noſtra fides non
Approbat & graia cætera facta manu.
Quid cœlo iuuet inuiſum quod & ipſe legendo
Hæreat œdipodes? laudo bilingue nihil.
Neſcioquid rapidis aliud mihi uile figuris
Eſt uiſum: titulus præfuit Armenias.
Lingua neqt dixi lautum dare barbara qdquā
Ibit & hic nugis hæreſiota comes.

Vltimus & prunis iacuit:ſunt cætera tecis
Salua ſuis:iterum præcipe ſi quid amas.
Fidus ero uelut uſq; fui:curata probabis:
Sed meliore aliud fronte loquamur: Aue:
Quid tãtum abfueris:placeat quã roma-caſini
Delicias(ualeant cætera)quin memoras?
Artibus hæc patriis texens-& imagine amoris
Dixerat:obliquis ſtabam ego luminibus:
Et ſalebroſa graui uerſabam pectore dicta:
Vt ſolet a uino connumerare dies.
Perplexus quotiens ſibi ſit diuerſa loquutus:
Quam uario laudet corde bilingue nihil.
Egredior ſacris inquit pede-mente prius qui
Exierat:legit ut doctior œdipode.
Lubricus & tanquam nil dixerit ante ſalutat:
Nec pudet in triſti plaudere naufragio.
Feruerent Theopiſte mari præcordia quanto
Scis ſatis:ut tenui ſcis minus ipſe manum.
Sed facit & maiora deus:ui carmina cœpi
Odiſſe:& rabulas pragmaticoſq; ſequi.
Sic bona pars fruſtra melioris decidit æui:
Vix exoratis patribus huc redeo.
Corde meus medio Symeõ ſtat: puluere ſordet
Plectra:chelys quondam cara uacat fidibus
Inſanire iubes tamen-& parere neceſſe eſt:
Videre interea me(ſcio)mille lupi.
Tolle manus ergo ad cœlum-mecũq; precare
Numina:temno iouis fulmina te comite.

Barbaricis ualeant quæ plurima fecit in oris:
Eſt mihi-ſitq; tibi mantua ſola ſatis.
GOnziaco uicina pado-tacitoq; lironi eſt
Terra ferax rerum:nomen uterq; dedit.
Quæ fuit eſſet adhuc breuis inſula-ſi fluuiorum
Tempſerit impunis regia ſceptra minor.
Dum nouus eridani patrium differre tyrannus
Ius cupit-ipſe tuam rex ait ede animam.
Ceſſit/& illyricæ nomen ſibi ſumpſit iadræ
Infamis:fluuio nunc iter eſt pedibus.
Squammoſi fugere greges:ſucceſſit olenti
Setoſoq; locis tergore tecta pecus.
Pro tribulis gratæ cereris flaueſcit ariſta:
Ceſſere uuiferis rætia palmitibus.
Curuaq; pro leuibus tractantur aratra phaſellis:
Poſt iuga terreſtis ſibilat arctophylax.
Vtile denſa nemus facit arbor-ſepibus horti
Cinguntur:paries eſt ubi ripa fuit.
Mergorum audiri rudiumq; ſolebat anatum
Plurima uox:aures attica mulcet auis.
Sentibus & longo roſtro crepat ales ab altis:
Per noua uectrices rura gemunt ueneris.
Quid moror?in uicum creuit uix urbe minorẽ:
Mille operum feruent ædibus artifices.
Sunt plateæ-& finem inuiſis poſitura libellis
Sunt fora-quæq; malas terreat aula manus.
Huc piget ut turbæ-faſtidia ſentit & urbis
Pars bona mantoæ nobilitatis abit.

Mentis & ingratos æſtus/curaſq; recentes
Temperat/& lætos hauritagitq; dies.
Talia cœleſti meruit Benedictus ab arce
Dona pater:tanti priſca fuit pietas.
Hic illi ſtat ſancta domus/quæ nomine magno
Terris/neptuno/ſideribuſq; ſonat:
Re maiore tamen:nihil eſt quo tempora priſcis
Hæc cedant:hic pax/uirgo/pudor/pietas.
Nil quod cræteæi genitor iouis addat auuſq;
Quodue queant muſæ plus dare ſicelides.
Me modo iura uetant:laus eſt ſuſpecta loquẽtis:
Pars ego ſum/ſatis & gaudeo/parua licet.
Pectoribus quæcunq; latent ſcit uerus ab alto
Iuppiter/& caſti iuge cubilis opus.
Cætera certus habet qſquis uidet Appœninum
Quicunq; ex borea fertur & ex zephyro.
Humidus & quæcũq; auſter promittit & eurus/
Omnibus eſt teſtis aduena climatibus:
Seu ſudante uehatur æquo/famulũq; ſequatur
Longa manus/laſſo ſeu pede ſolus eat.
Mox humili blandoq; affatu amplectimur oẽs/
Et uires facili reddimus hoſpitio.
Frigida non opis eſt excire cadauera noſtræ:
Nec ſolet huc triſtes reddere ſtyx animas
Veſte tamen potuq; mori prohibemus & eſca
Eoi medicas prominus orbis opes.
Hic hominum aſſidue miſeret ſuprema p̃cãdo
Numina:diuini fulminis ira tepet.

Datq; ſuo omnipotens terris titana uideri
Tempore/& optatas nubibus edit aquas.
Stamina ſi quia ſecet clotus adamantinus unguis
Ceſſet & humanos quis numerare dies/
Nec cœlo ſat dignus adhuc eſt/ nec Rhadamãti/
Cenſura/ ſtygiis ſubiiciendus aquis
Temperat erumnas deus/ & leuiore piari
Igne iubet: nutu mulcet onus patrio:
Auraiq; leues animæ mox ſimplicis inſtar
Culmina dum teneant ætheris/ alta petunt.
Præterea ſcelus omne loco/ dolus oĩs eodem
Exulat/ & ſtygios quod iuuet omne canes.
Alterius felice gradu coaleſcimus alter:
Inq; uices humeros ſubdimus auxilio
Nec pylades agamẽnonidã/ nec pector magnũ
Tam caro lapythum theſea rex coluit.
Hic fratrẽ quã frater amat: manifeſta periclo eſt
Fama: hominum coram creſcit eundo fides:
Corporibus pluſquam cẽtum licet/ unus in oẽs
Spiritus it/ uegetat/ ducit/ agit/ retinet.
Concordeſq; die noctuq; altaria diuum
Viſimus: oramus: ſurgimus: egredimur.
Claudimur unaĩes lapidũ neq; mole tenemur:
Nemo patente uagum tollit ab æde pedem.
Cumq; tot aruorum ſint iugera prata gregeſq;:
Vna tamen toti eſt archa ſatis domui.
Hæc mea ſunt uox nulla ſonat: neq; cæſaris ulli
Paret imago: niſi quem dedit eunomia.

Lex eadem ductore diu durauit othone·
Gloria cluniaci dum ſtetit alta laris.
At ſimul indecori uidet ille pericula caſus·
Sancta Caſinei fertur ad ora patris.
Qualis·ut alma feris dandū uidet ignibus orbē
Parthenos·aut ſumma fulmina tenſa manu.
Spe certa metuens tū·omnipotentis alumnum
Mater adit: ſupplex ſic bonus ibat otho.
Triſte aliquid dicturus erat: ſed triſtia cœlo
Nulla licent: iuge eſt fluctibus exilium.
Vidit amici animum Benedictus·& oſcula caro
Libat: & affatu dat prior hæc placido.
Et me pſſus adhuc dum carne ſub orbe tenerer·
Auraq; mortalem paſceret aeria·
Exitium terrebat idem: ſæpe ora rigaui·
Impleuiq; ſinum multa gemens lacrymis.
Sæpe fidem trepido ſummus pater atq; precāti
Reddidit·& triſtes iuſſit abire metus.
Sublimemq; ferens acies numerare nepotum
Si poſſem indixit: nec potuiſſe datum eſt.
Sideribus præſtant numero: fulgore tuentem
Præſtrinxit niueus purpureuſq; decor.
Conniuendo tamen uidi quos deinde ſolutis
Agnoui·& mecum ſunt modo luminibus.
Perſpicis ut rutilo incedit remoaldus amictu:
Robertum cyclas quam uariata decet.
Nomen & en claræ qui non delebile ualli
Præbet: Roberto nec minor ille patre.

Quãtus & umbroſis thuſca gualbertus ab urbe
Rupibus, in uili promicat endromyde.
Nec breuior te põpa ducem comitatur: othoni
Non ſatis eſt omnis gallia, non latium:
Præterea triplices eadem quot luce coronas,
Imbutos tyrio murice, quot petaſos.
Tænia quot bifidis pendentia ſacra galeris
Vidimus, & curuis pila cacuminibus?
Septriferũ ne heroa loquar, comiteq; ſepulcri?
Signa ne ponentem iulia lottarium?
Quid maurũ placidũq; meos, duo lumina recti
Chriſtica perpetuum res habet unde diem?
Nemo negat terris magnoq; ut clarus olimpo ẽ
Gregorius, flantis bucina certa dei.
Sed mecũ te ſcire uelim: pulcherrima poſthæc
Quæ mihi ſunt noſtro ſurgere uiſa lare.
Gaudebam flexiq; oculos: intraq; ſupraq;
Deſpexi quidquid cogit utrunq; mare.
Quãtum Appœninus capit iſuber uſq; pelox,
Inuiſum tota nil fuit italia.
Ecce uireſcentes oleaſtros inter, hetruſcis
Montibus, & læta lilia miror humo.
Lilia qs non flos, non nix candore, nec ullũ eſt
Lac prius, angelico lilia digna choro.
Iſta tuis etiam cernes ait addita campis
Omnipotens, nullo decutienda metu.
Indolis eximiæ tamen o, tibi quanta paraui
Pignora; mox hæres, o, tibi quantus erit.

Luminaq; ad uenetos patauiq; ad mœnia noui
Qua pendet martis ſanguinolentus ager.
Iuſtinæ toto eſt mihi uirginis aurea tecto
Viſa domus: gemmis interiora micant.
Hic adamas, hyacinthus, onyx, ſapphyrus, iaſpis
Canaq; cũ uiridi margaris eſt ſmarado.
Arboribus pratiſq; nitent uacinia, nemo
Quæ numeret, ſuaui uincat odore nihil.
Nobis perpetuo dedit hæc deus omnia iure:
Gaude age: nec noſtris linea rebus erit.
Nulla nigrãte dies lapide hic numerabitur: ætas
Aurea firmabit mox reditura pedem.
En quantum iam res mũdo parit atra decorem:
Quanta ſub anthracio uellere candiditas.
Et mihi ſcis quondam fuit & tibi talis amictus:
Nec pharitis aliud ſchema fuit patribus.
Cedet imago rei: nec humi naſcentia ſemper
Mollia: nec gracilis flos roſa ſemper erit.
Quæ mõ parua uides uincent uirgulta cupſſos:
Nec tellus alibi robora tanta feret.
Inde baſes uenient, laquearia, tigna, columnæ,
Noſtra quibus caſu eſt hinc ꝓhibẽda domus.
Clara mei læto cernes ioue rura caſini
Perpetuum ueteres pellere uer nebulas.
Grandis & hoc tãdem gaudebit roma cucullo:
Os dabit & fratri ianitor enſifero.
Tercius æternæ pacis noua fœdera dextra
Hac, ramumq; ferens palladis interero.

Bæthyca puniceo concors miſcebitur oſtro
Sæpia: par dabitur ſedis utriq; decus.
Sic ſtatuit qui maximus eſt: nec pectora uincet
Ambitus: eſt gratis ſponſa habitura uirum.
Et gratis eſt danda uiro: nec ſolus habebit
Quis multas: pariet quæ modo flet ſterilis.
Dum pr̃ hæc: omni noua uox lætantiũ olympo
Perſonat: auditum ter deus eſt ſabaot.
Ter ſanctus cecinere chori, cœleſtis & aulæ
Agmina: ter triplici carmina plena melo.
Quæq; hominum nullo conatu audita referri
Plurima (ſit quamuis ferrea uox) liceat.
Effatum ſed uera patrem, neq; lumine captus
Non uidet: in toto eſt ſanctius orbe nihil.
Dicturus meliora puto fuit, inde uocatus
Ignitis niſi ſe iunxerit ordinibus.
Præſtat adhæc, nobis ſtet ut data, dãda ſequant
Ante deum uotis feruere ſupplicibus.
Tu uero ad ꝓmiſſa redis Theopiſte, nec imus
Inficias: dictum eſt: non neq; fidus ero.
Non tamen hæc dixiſſe piget, ſi coma poetis
Interdum, orcheſtris profuit exodium.
Hæc poſtquam uenere aio, tria luſtra cupido
Perſtitit ipſa: comas fœmina calua dedit.
HEſperidũ iam mille preces, & regia mille
Dona, bonus ſtabili uicerat ore pater.
Quippe ſuis totum pedibus qui miſerat orbem
Quidquid habet totus nõ amat orbis opum.

Orbe quidem iam maior erat: mens incola cœli
Certa uiro eſt, nullis indiga conſiliis.
Quã dare ſylua ſolet, ſatis artubus eſca ferendis
Artocopi nullo culta labore fuit.
Diuite cunctorum, cunctorum pauper ab aula
Ceſſit: erant modico puluere cuncta minus.
Sola animus ſuprema ſitit, potiturq; ſititis:
Sponte breuis reliquo ſufficit ops homini.
Exiguo ſcyphus orbe ſolũ premit aureus: auras
In ſuperas patula totus hiat facie.
Poſt multa ad nr̃os Symeon benefacta penates
Talis iit: talem ſenſit adeſſe liro.
Stabat adhuc ſacræ claſſis uenerandus habenas,
Plenaq; cœleſti uela regens zephyro:
Iam ſenior, iam fronde caput uictricis oliuæ
Cingendus, ſuperas dignus adire domos.
Pectore ſed noſter nunquam deceſſerat heros:
Reddendum latio nouerat ille ſolo.
Sic deus oranti annuerat: promiſit & ante
Quod ſymeon: dederat nec ꝓcul eſſe fides.
Eſt locus in mediis larium penetralibus, ampla
Abſide: dat merito nomen habere caput.
Sol ſtabulo flectebat equos: hic priſca ſedendo
Auditura patrum ſcita ſynaxis erat.
Sublimi de ſede manum pater extulit: illo
Quiſquis erat periit incipiente ſonus.
Lætus io duplices grataſq; ad ſidera tandem
Tollo manus: tandem lux micat o ſocii.

Lux celebris, lux luce alia, quæ ſanctior omni
Luxit, olympiades lux mihi manſa duas.
Sed fruſtra qd fando moror? iam ſurgite, mecū
Pergite, ad immenſas quas liro portat opes.
Dixit: iter mora nulla uetat: præit ille: ſequūtur
Rem parendo uiris cernere feruet amor.
Terga nec extremis fuerāt data mœnibꝰ, & quē
Diximus, en inquit dux ſacer, agger habet.
Agnoſco cœleſte decus, frontiſq; uerendæ
Læticiam: uetus eſt ſchema, uetus pietas.
Et digitum tendebat iens: nec uerba loquentem
Siſtere: nec minus hinc pompa ciere pedem.
Acceſſum primus ueteris laudauit amici,
Felicemq; pater dixit adeſſe diem.
Blanditur, mulcet, complectitur, oſcula figit,
Nec ſibi ſancta modum ponere ſcit pietas.
Vt ſtetit, antiquo ſubiit manus ordine ritu,
Cætera: pax datur hinc aurea & inde ſalus.
Poſt oēs ſurrexit humo nouus aduena, blandis
Ille modis uirgam ſurripit, hic uidulum:
Expediūtq; grauem: ſancti uim ſanctus amoris
Fert uir, & uſq; nouis uincitur obſequiis.
Et iuſſus dextra patri comes ire: palemon
—Læuius erat, canis & pietate ſenex.
Sic templo ſanctiſq; adytis tenus itur, & una
Sacrificas cœlo uoce dedere preces.
Vt ſiluere, manus tremulas uenerandus ad aſtra
Extulit, & tempus deniq; dixit adeſt.

Nunc ſeruum dimitte tuum/paciq; creator
Redde tuæ: en oculis ſpes quod erat uideo.
Et quondam promiſſa adſunt: longæuior æquo
Sum: tua tolle pater: iam ſua poſcit humus.
Et gemuit/qualis ſolymæ uenerabilis olim
Ille ſenex/decimæ iam bis olympiados.
Ille ſenex puerum qui uidit ſtrinxit & ulnis
Verbigenam/& matri fata ſuprema dedit.
Nec ſecus hic/tacuere omnes: fauitq; precanti
Nemo: ſed aſpice nos uox fuit una deus.
Surgit adhæc uenerãdus humo: uerſuſq; ſalutis
Fratribus exerta dat tria ſigna manu.
Ad ſua quiſq; redit: Symeon deducitur (ibant
Tres ſimul)& fido ſiſtitur hoſpitio.
Cõplẽtur quæ ſanctus amor monet/atq; prioꝝ
Sanctio: tandem abeunt: aduena ſolus erat.
Nox hoĩem iactata iubet dare membra quieti:
Sedit/adorato paruit ille deo.
Deniq; pulchra uale cœlo uenus inquit aperto:
Auricomum titan cinxerat igne caput:
Et rebus quiſcunq; ſuum iubet ire colorem:
Iam duo ſigna cauum fratribus æs dederat.
Cum ſotere bonus redit ad Symeona palemon
Et placido: ſoter ſanguine clarus erat:
Et regis de fratre nepos/quem mantua dudũ
Fleuerat/& triſti clauſerat entaphio.
Romulea cum ſtirpe alius deſcenderet/illi
Tertulli proles nomen habere dedit.

Robur adhuc utriq; ſuum: lambebat utriq;
Barba genas, cani neſcia barba pili.
Excipere hoſpitio, primo quoſcunq; ſolebat
Aduentu, & ſocium iungere ſe ſenior:
Et dictis mulcere piis: operiq; ſubibant
Cuiq; duo: pater o, ſic Benedicte iubes.
Primus aue, paciſq; nouo felicia dixit
Verba patri, neq; par reddidit ille nihil.
Conſedere: ſenes pharios eſt cernere: panem
Frangendum uolucris pulla quibus dederat.
Sanctus amor, pietaſq; ſimul certare: duobus
Eſt hic et hæc: cœpit talia xinodochus.
Plurima corporibus hoīum ſunt mēbra: ſuū qđ
Eſt facit omne: iubet lingua, uident oculi.
Pes graditur, facit ipſa manus: dabit oīa peſſum
Si qua aliunde alicui repſerit ambitio.
Sic oēs domus una ſumus: iubet ille, ſed alter
Atq; alius facit, ex munere quiſq; ſuo.
Pro cunctis ad cuncta tibi tres adſumus: hinc te
Noſtrum noſq; iubet mēs fore ſumma tuos.
Nec uotis tibi ſi qd opus pcor exige: noſtrū eſt,
Et placet obſequiis uincere perpetibus.
Vnanimes, unaq; ſimul fauere loquenti
Voce ſatus manto, iunior & placidus.
Tūc Symeon: uos o, ſummi quā dulcia amoris
Vincla tenent: mundo dat bona tanta deus.
Maxima res: nullum latet experientia ſed quis
Differat? os oculi uincere: mens oculos.

Quod iubet oĩpotens animo ſedet: illud & oro
Siſtat, & æterno ſurſum adamante notet.
Sed ſinite, & tantos alio ſeruate labores:
Communes etiam cur fero ſolus opes?
Naturæ ſunt pauca ſatis: mihi ſemper amica
Paupertas fuit: hac eſt opus: hanc repeto.
Sed templũ & toto eſt qdqd uenerabile clauſtro
Viſere ſi uacet eſt prima cupido: precor.
Hæc fatus, flexitq; caput dupliceſq; tetendit
Ille manus: gratis eſt decor eloquiis.
Nec fruſtra ſonuere preces: nec uota palemon
Reiicit: optatis dux ego dixit ero.
Vos opus interea ne ſiſtite: amabile magni
Sancta patris facient ora ſodalitium.
Cœperunt parere citi: pater italus exit
Hoſpitio: lateri fit comes Armenius.
Vincebat prior obſequiis: pietate ſecundus
Maior erat: ſumma ſcriptus uterq; manu.
Cœleſtumq; ſimul dapibus paſcuntur euntes:
Pertingunt tardo limina ſancta gradu.
Hic deus eſt inquit ſenior: poſuitq; precando
Mite genu: coram chryſea pyxis erat.
Pyxis hĩs niueo dominum ſub pane latentem,
Cui mare terra polus paret & omne quod eſt
Cõcipit hic Symeon noua pectore gaudia toto:
Flexus & his præſens numen adorat humi.
Te proles æquæua patri, ſine tempore, labis
Neſcia, qua nobis lux moriente redit.

Quã nr̃is ſubiectã oculis ueneramur,& in quã
Credimus,unde eſt ſpes oĩs,& omne bonũ.
Hanc ædem,famuloſq; tuos obteſtor,& ipſum
Aſpice me:exilio da deus alme modum.
Et pfugũ iam me eſſe iube:ſatis orbe uagatum
Siſte:ſuprema mihi ſit domus hæc requies.
In manibus ſtat uita tuis:mortemq; iubere eſt
Et frenare tuum:quidquid agis bene habet.
Viuere uis?parendi aĩum,uiteſq; benignus
Ingere:uis moriar?uiuere iam nimis eſt.
Sed cœlo da ſcire uiam:tutumq; tenere
Prorſus iter:ſtygius me ſine gryphs abeat.
Talia martino ſimilis,quocunq; paratus
E,medio Symeon pectore fatus erat.
Ex adytis uertere pedem:reſoniſq; ꝓpinquant
Sedibus,& tenſa dux mouet ora manu.
Hic pr̃,hic uenerãda ſenũ,pia dũ orgia feruent
Stat grauitas:iuuenum hic cõtio grata micat.
Seq; ſupra ſurgente animo,cœleſtibus ut dat
Cuiq; deus(dat enim)iungitur agminibus.
Nec procul hinc ueſtes auro petit intertextas
Barbarico,uarium palladis edit opus.
Aurea uaſa,crucẽ,& thecas uenerant eburnas,
Deq; ſacris ſuperum fragmina corporibus.
Matrĩs adhæc ſummæ ſunt hæc altaria dixit,
Põtifici hoc ſacrũ eſt turonis,hoc ſtephano.
Nominibus ſic quæq; ſuis fert ſingula laudat
Cuncta comes:genibus flectit:admouet os.

Nec deerant oculis lacrymæ: charis inclyta, munus
Præcipuũ, raro cognita res homini.
Verſabat quotiens animo cœleſtia, rorem
Mox tepidum largis fundere luminibus.
Et ſuperos humana iuuant anaglypta, palemon
Inqt: amat pulchrã ſummus & ipſe domum.
Ornariq́ iubet, ſi priſca uolumina quidquam
Laudis habent: Moſes, frater, & inde ſati,
Quid dauid? quid eo genitus, fidiq́ nepotes?
Succeſſit uotis & noua lex paribus.
Syluester, baſileuſq́ tuus, noſterq́ probauit
Gregorius: cœlo (plurima nam quid) idẽ eſt.
Dixerat hæc: aras linquunt: patuliſq́ ſubitur
Porticibus: circum pictus erat paries.
Niliacos hic mille patres licet ordine certo
Aſpicere, & facili fortia facta deo.
Facta, qbus modo nr̃a etiã res creſcit olympo
Proxima, iamq́ omni climate nomẽ habet.
Stant profugi monumenta ſenis/ſimiliſq́ fluẽti
Riuulus, & ramis palma quater triferis:
Et fracto cum pane uolans nigrantibus ales
Induuiis, ſummo ſit quaſi miſſa polo.
Artubus hunc ſeqtur quærens antonius ægris,
Quem noua capripedis ſtat ſecus effigies.
Et multa uirtute ſenex epidaurius: illi
Proximus eſt hoĩes ſpernere doctus homo:
Et fecit quod doctus erat: nec pacis amore
Aut lachrymis quiſquam præſtitit Arſenio.

Nomine deinde duo dicit quos lingua beatos
Attica: quemq; probant ſimplicitate patres.
Et duo ſunt alii, qui corpore magnus, & alter
Ioannes, mens eſt par tamen et pietas.
Hinc ſiſois ſtat, & inde pior: paſtore piamon
Eſt comite: & nigræ gloria prima cutis.
Poſt alii atq; alii quos illa eduxerat ætas,
Quos deus, atq; ardens uexit ad aſtra bonũ.
Mirantur memores ſimul, agnoſcũtq; legendo
Singula, quæ dederat littera ſcire prius.
Eſt uacuus nulloq; peti locus ære, nec ulla
Vi uetitus ſimilis (ſi foret ara) ſacro.
Hic quoq; magna ſenex dixit ſ̃uerẽtia, magna ẽ
Relligio: rerum nomen ut eſt caput eſt.
Conſilio ſi quid fors eſt opus aut decreto
Tintini modicis ictibus huc ferimur.
Hic leges & ſcita patrum, rectiq; docemur
Optima, quæ uitæ eſt norma, modus, ratio.
Delentur noxæ ſi qua eſt: lapſiſq; ſalubris
Pœna datur: tutum eſt nil, ubi ius periit.
Alter & alterius lauimus ueſtigia: lex eſt
Non noua: gaudet & hac paruulitate deus.
Et totam ſi prædo domum cocytius odit
Præcipuo tamen hic igne furens coquitur.
Quod noctu, quod luce putat pepiſſe, maliſq;
Scripta libris: triplici pars ferit hæc obelo.
Vltima p̃terea quũ lux micat, hincq; iubentur
Ire animæ, & cœlo nos uocat omnipotens,

Antra ſolo tabulaſq́ꝫ uides ex marmore: ſũt hæc
Suprema extinctis artubus hoſpitia.
Aethere quot dignos cineres lapis ille gubernat
Oſtenditq́ꝫ iacens indice ſarcophagum.
Sarcophagũ, quo q ante alios uirtutibus amplis
Fulſere, & fidei plus habuere, cubant.
Nec nullos memorabat iens, quos uiderat ipſe
Quos & ab apricis patribus audierat.
Præbebat lætas bonus aduena talibus aures,
Quem ſimilis dudum cœperat ambitio.
E regione alium monſtrat/qui fornice maior
Eſt locus & tecto, par tamen effigies.
Huc uentũ eſt: paremus & hic dux inqt, iniquæ
Quum poſitura fami nos uocat hora modũ.
Adſumus/& gemina unanimes dape ueſcimur:
Dũ fauet os, mẽti qđ det & auris hẽt. (aluo
Vt nam far, uel molle cicer, pratiſue reuulſum
Eſtur olus, uitæ ſit ue aliunde ſatis,
Vnus amæniſono mouet ore ſilentia, patrum
Dicta canens, cœlo quæ magis ire docent.
Cornigeri monumenta ducis, ꝓcereſq́ꝫ dedere
Quæ ſolymi, & ſenibus cognita fatidicis.
Vel quæ diuino ſcripſere animalia ſenſu
Quatuor, & chriſti cætera turba comes.
At ſuperum ſi ſancta dies, ſi quando micat lux
Clarior, ire loco nos uetat immemores.
Chriſtiſequiq́ꝫ refert quã martyres ãpla tulerunt
Vulnera, quam uarias oppetiere neces.

Vt ſicca meruere alii cœleſtia morte:
Et ſua ſunt teneris præmia uirginibus.
Totus adhæc ſic uiuit homo: ſua fercula fortis
Fert animus/ laſſum dum ſua corpus habet.
Alterius uox nulla ſonat: nemo ſibi quidquam
Promit: ab œnochoo quod datur/ id ſatis eſt.
At nequa incipiant ſubrepere tedia longi
Seruitii/ & nimio pondere membra labent/
Alterni præbemus opem/ ſubitoq; leuamus
Faſce grauem/ fuerat q̃ labor/ hinc amor eſt:
Accliues pedibus ſcalas dum talia fatur
Subiicit/ & magno fertur uterq; loco.
Hic dextra/ læuaq; humili ſunt ſchemate cẽtum
Hoſtia: ſemnophilæ ruſticitatis opus.
Ditarat non illa paros/ non attica hymettus
Non luna/ aut montes docte catulle tui.
Nulla oculos paſcebat ibi pictura: uetuſtas
Priſca noui nihil eſt/ nomina præter habens.
Nomina quoq; ſuper paucis ſignata figuris
Limine: nota magis ſic ſua cuiq; domus.
Virginis hic etiam cum pignore matris/ acerna
Effigies tereti ſtabat epiſtylio.
Hanc colere & ſolam cuſtodem dicere rerum
Flectebantq; humiles prætereundo caput.
Vitrea iuge ferens oleum pendebat & ignem
Teſta ſecus: ſancto ſub pede carmen erat.
Sponſa/ parens/ ples/ mundũq; ancilla regẽtis
Et regina ſimul quin dea ſemper aue.

Legerat Armenius: cœleſti tactus & œſtro
Addidit hæc medio pectoris hauſta ſinu.
Et uotis fautura ueni: te orantibus aures
Porrige: quæq; ſoles fer bona: læua moue.
Dicta pio placuere duci: ſolymoq; relatu
Claudit & his tenſa mox mouet ora manu.
Hic ad nos remeare licet proprioq; referre
Corda loco: & marthæ ſubuenit alma ſoror.
Hic iudex eſt quiſq; ſui: foris acta ſeuerus
Exigit & noxa eſt ſiqua luit lacrymis.
Auxilioq; uocat precibus cœleſtia multis
Agmina: quod rectum cras ait eſto magis.
Et certum uirtutis iter patriamq; legendo
Diſcimus atq; nouis lecta damus foliis.
Feſſa nouam capiunt uim deniq; mēbra ſopore
Nox primum medio quo ruat uſq; polo.
Sic totius eunt diſcrimina temporis & ſic
Diuinum humano perpetuamus opus.
Hæc referebat eundo ſenex: ſitientibus alter
Auribus ut gelidas uir capit æger aquas.
Sic dulces haurire ſonos: dextraq; tetendit
Os pater & paſſis uertit iter foribus.
Dulciaq; ex læto ducens ſuſpiria corde
Sanctus ait locus hic uera dei domus eſt.
Et priſcæ pietatis apex: hic maxima rerum
Res amor eſt: ueras dat deus hic charites.
Qui nuſquā cum deſit adeſt tñ hic magis: & ſi
Hoc ſociis poſitus uera ſub orbe dedit.

Quũ languemus adeſt,& ſe ſub imagine cerni
Dat noſtra:& minimis quod fit,ei facimus.
His nuper rem uiſam oculis,oculiſq́ duorum
De noſtro luce hac teſte loquar numero.
Bis tria poſt patrios nobiſcum luſtra penates
Et medium biturix uixerat euſebius.
Integer,inq́ nocens,ſimplex & neſcius omnis
Peccati,monadis gloria lux,ſpeculum.
In ſancta nec lege fuit quod diſceret,annos
Multo opere,& celeri uicerat ingenio.
Iam noſtræ ſpes magna rei,cuiquã eſſe ſecũdus
Deſierat,ſoli qui ſibi paruus erat.
Præmiaq́ ulla deus ne deeſſent,omnium inillo
Virtutum dedit ut perficeretur opus.
Extinxitq́ hominis uires,neruoſq́ fatigans
Diſſoluit:ſteterat uix ſua uis oculis.
Et poterat uelut ante loq:deus his parcendum
Cenſuit:eius hebes cætera lectus habet.
Stet modo mens uiuo,grauius uix ſciẽ in hoſtẽ
Quod qs agat:totus(qd moror)ipſe malũ ẽ.
Perculit infelix fratrum præcordia fama,
Sit quaſi tacta domus fulgure pars melior.
Et uultus cecidere boni:noua miſimus omnes
Vota deo,& multas pro patiente preces.
Quippe deo melius nihil eſt,nihil æquius:at qs
Diuinum uideat culmen ad uſq́ chaos.
Quod nr̃m fuit omne aĩo,manibuſq́ libentes
Fecimus,æthereum mel labor omnis erat.

Nõ epulæ, nõ uina, fames, ſitis, æſtus, & algor
Nec quæcunq; parat pharmacopola iuuant.
Neſciſſet puer hæmonius, neſciſſet apollo
Ferre modũ: tamen eſt maxima pax animo.
Ibamus ſermone pio ſolatia ſaltem
Laturi: nobis plura ſed ille dabat.
Res miranda, nec abſq; deo: diſcriminis in tanti
Mole grauis, iugem cernere læticiam.
Talis ad extremos talis peruenerat inquam
Ille dies: aderat terminus exilii.
Ad patriam rediturus erat iam dignus, & urbẽ
Vnde ierat (dici ſi licet) æthercam.
Sũpſerat ĩpauidus collyphia ſancta, paleſtram
Collitus hoſtilem chriſmate inire parat.
Egredimur pauxillam oculis det ut ille quietem
Solus erat: dum fit pax fugit hora breuis.
Aſt ego ne caris abeat ſine teſtibus, ad me
Cum ſocio ſtephanum parthenione uoco.
Humanos uox ecce ſuper ſonat inclyta cantus
Cunctaq; flat ſuperans cinnama dulcis odor.
Luminis intrantes partem fugientis ad aſtra
Vidimus: inuaſit neſcia corda timor.
Pene refugerunt animi: quin corpora ſint mox
Strata ſolo, uetuit (credimus) omnipotens.
Vertimur: ille toro fortis conſederat, is qui
Nec digitum multos mouerat ante dies.
Lux ꝑpe totus erat: uix illũ agnouimus: o, quã
Triſtis ait pietas, quam grauis eſt aditus.

Fugerũt bõa quãta: ſequar: ſequar, ibo: nec ullus
Me retrahet: poterit rumpere nullus iter.
Pulchrior hinc dat terga toro: manibuſq; iacẽtẽ
Se tegit: eſt ſua ſic reddita imago deo.
Felicemq; ſenex animam dum clamat, obortæ
Impleuere genas, ora, ſinus lacrymæ.
Fleuit & Armenius: ter aitq; quaterq; beatum
Et nocuæ inuidit neſcius inuidiæ.
Hoc pater eſt italus dixit, quod ſæpe loquẽtem
Audieramus adhuc orbe ſub hoc poſitum.
Numen adoraui primus dicebat ab annis
Supremum: uacuas nec fore credo preces.
Da tibi me ſeruire deus quot tempora noſtro es
Sponte tua paſſus tu mala pro ſcelere,
Et finem præſcire meum, matremq; uidere
Chriſte tuam, cœlo deniq; habere ducem.
Hæc memini dixiſſe illum, nec ſolus: & en res
Teſtis: idem faciat mi precor omnipotens.
Sed ſunt & quæ non uidiſſe domiq; foriſq;
Pœniteat: medio ſol uetat ecce polo.
Oblitus famis ora leuat nouus hoſpes: id unum
Crediderat fidei uix habuiſſe ſatis.
Incuſat breuitate diem, licet europæi
Vectoris fumans terga premat pyrois.
Stabat adhuc: ſonus ære datur: dũ ꝑgimus ergo
Dixit, habes ſiquid ne rogo tale tace.
Cœperat alter: at ecce ſacra uenerandus ab æde
Incedit: iuxta fertur Anaſtaſius.

Præerat Anaſtaſius ſeruandis legibus: illo
 Quiſq; ferebatur præcipiente labor.
Hinc (alio nos hora uocat) pater inqt eũdũ eſt:
 Fugit ab octauo iam breuis umbra gradu.
Læta futurorum deus hic præſagia: primo
 Conceſſu felix præbuit auſpicium.
Vix cœptum parere patri: primoſq; parabant
 Digreſſus: aliquo fit quaſi flente ſonus.
Tractaq; uoce graui ſuſpiria: & ecce propinquo
 Limine: funerea marcus adeſt facie:
Marcus: ab adriaco qui littore uenerat annos
 Ante decem ueneti non mala pars ſolii.
Prætulit ille manus: tremulaq; petebat euntes
 Voce precans: uetuit flectere crura dolor.
Heu pietatis ait memores: miſeremini: egentis
 Et ſe ipſo: ante omnes te noue quæſo pater.
Me talem tenuere dies ter quinq;/nec ulla
 Pax fuit: aſſiduis langueo torminibus.
Interea nec ſtare datum eſt: me uiribus auxit
 Sola fides: ſolus qui potes affer opem.
Vera quidem de te fama eſt: maiora ſumus nos
 Viſuri: uerbo præcipe: ſaluus ero.
Hæc dixit: fauere omnes: dignaſq; loquuntur
 Aure preces: quouis ſic opus eſſe modo.
Et multa ratione urgent: clementia tandem
 Vi uetus immodica redditur Armenio.
Sancta patrum cor mite uiri reuerentia: deq;
 Suſq; premit: duplex cernere relligio.

Pareat: eſt audax: eſt ſi neget, impius: utro
Flectatur: tutum fac deus ipſe pedem.
Conſtitit ergo aios ſatius ſimul inqt olympo eſt
Tendere: concordes diligit omnipotens.
Atq; uno plus quinq; ualent: ſecus ara facello
Stabat: adorantes hic poſuere genu.
Spes eadem tribus una fuit: ſymeona manebāt
Facturum: marco ſpe magis eſt aliquid.
Ante diem ſomno præuiderat ille futurum
Quidquid erat: fuerant plura parata prece.
Hoc ſibi crediderat ſatis, euaſiſſe periclo:
It tamen, & tali præmouet os gemitu.
Nūc audi quē audire ſoles deus optime: uictum
Eſt ſatis, hic dici ſi modo uita poteſt.
O, ſi pars ſua detur humo: te ſpiritus ardet:
Ne prohibe: mors eſt uiuere: uita mori.
Dixerat hæc lacrymās: uocē pater indice rupit:
Qualis imago phari dicitur harpocratis.
Pauca deo interea ſymeon clam fatus, ab aris
Surgit, & ad flentis uertitur ora uiri.
Præponitq; manum capiti: confide precantes
Teq;, deus ſummo uidit ab uſq; polo.
Produci iubet ille dies: maiuſq; repoſcit
Seruitium, & quidquid uult, tibi poſſe dabit.
Accipe promiſſis teſtem: frontiq; loquutus
Talia, dat ſignum: fauit utriq; fides.
Ille datam mox clamat opem: tactūq; ſalubrem
Prædicat, & captis oſcula dat manibus.

Ah æquum non marce facis: ne fallere dixit
Armenius: christo dic bene: dic patribus.
Hos deus hos audit: ſumma licet eius in arce
Sit ſedes: tamen his proximus uſq; uenit.
Et qdquid cupiunt: patrio dat largus amore:
Pignus io regni iam ſcatet ætherei.
Sunt ait hæc ſenior memini quæ dicta palemon
Cluniaco tandem poſt lare quam redii.
Et tibi me narrante fuit ſpes quanta uidendi?
Nunc age: nec fallit te tua marce fides.
Sed ſatis: atq; alia é pietas haud futilis: hinc quæ
Nos uocat: i: ſoter præ: ſimul i: placide.
Paruerant: conuiuæ adſunt: pater hoſpitis undā
Dat manibus: ſocii fonte lauant alio.
Seruitio mitis Symeon obſtabat: heri inquit
Viciſti: christo iudice: ſat tulimus.
De pedibus nam iuſſa dedit: lauiſſe manus non
Dicitur: at ſcitum dixit inane uetus.
Tempotibus ſapientis ait non cedere nunquam
Guttifer eſt: famulo qui iubet: ipſe facit.
Lex nobis immota manet: Benedictus eandem
Qui dedit: hoc trutina non ſine: ſanxit opus.
Succubuit dictis Symeon: moremq; loquenti
Geſſit: ut & christo paruit ante petrus.
Stant circum proceres ſancti: ſuperiſq; uocatis
Auſpicio: ad poſitas diſcubuere dapes.
O: conſortium amabile & o: conuiuiū amœnis
Deliciis felix: o: ſine nube dies.

Eſcari quid roma tui dic fercula cæſar
Quid tua? lucullo dic quid apollo ſuus?
Cum ganymede ſuo ualeat ſaturnia proles:
Hinc pauxilla cadens ſit mihi mica ſatis.
Lens-olus in ſamioq; breues cratere ſiluri
Mollis opes ſuperant ſardanapalle tuas.
Scurra-iocus-nugæq; aberāt: ſola ibat ad aures
Lectio-quæ pauli fons-auis-arbor erat.
Vertit & hanc paucis moſis uenerādus ad agnū:
Vltima de domini uox fuit exitio.
Sic amor omnium erat: ſic tempus: eunti
Strauit iter ſolymam conſona plebs aſinæ:
Conſiliumq; mala dederat iam uoce caiphas:
Decrerant chriſtum perdere pontifices:.

ARMENIADOS LIBER .X.

Lādiri ne uides iterū Theopiſte canēti
Adq; lyrā digitos flectere calliopen?
Cum ſuperis pax tanta tibi-qui numi na nobis.
Concilias: quouis perge fauere ſequar.
Sed labor extremos apices eſt glubere? turrim
Qui facit-& potis eſt addere bracteolam.
Proxima iā thyberis ſunt hoſtia (ne mō amicū
Deſere) uirgineos ibitur ad latices.
SVmpta repēte ſacer qd poſt ientacula cœtus
Fecerit-& totos ſex duo-quinq; dies-

Scire breuis ratio: Metam uetus attigerat lex
Vitalis mundo ſurgere iam nouitas.
Diuino inſtabant operi: ſtygioq; prophanæ
Soluebant plebi rætia iacta dolo.
At noua ſurgentis redeunt ubi gaudia ſummi
Regis, & ancipiti uulnera tacta manu.
Seceſſere domo pomœria ruſq; propinquum
Viſuri & teneras per ſola ueris opes.
Paſcebant alterni animos ſermonibus: eſt quæ
Audierant dudum dulce referre melos.
Hortorum laudabat opus, ſanctoſq; palemon
Cuſtodes, cœlo qui modo regna tenent.
Reddidit ante alios menti, quem nola colebat
Pontificem: quoſdam ſubdit Anaſtaſius.
Vtq; iubentis olus ſeruauit nocte ceraſtes,
Et monacho in furem quanta fuit pietas.
Me neq; ait Symeon refugit quæ gratia fido eſt
Horticolæ: exq; alto quam uidet ima deus.
Nubibus obduxit cœlum, ſolemq; reduxit
Optatum: fluuios uertit: aues pepulit.
Perdidit erucas, terſitq; arbuſta cicadis:
Sunt phyſis & cētum neſcia quæ numerem.
Sic uoluit tamen eſſe, phyſin qui cōdidit: unum
Hic aliquando placent ſi repetita loquar.
Aegypti ſacræq; domus fuit incola, dignus
Laude ſenex: illi ſeruus & hortus erat.
Sunt oblita mihi multos non lecta per annos
Nomina: cœleſtis ſcripta papyrus habet.

Pro chriſto dapibus contenti pythagoreis
Viuere-ſed puto non abſtinuere fabis.
Dumq; animū pater & uires tendebat olympo-
Durabant ſerui ſarca ligoq; manus.
Feſta dies aderat: paruo lactuca caniſtro
Seſſilis haud læta fronte paratur hero.
Qua nouus effari ſit mæror origine-iuſſus
Iunior-heu tandem ſpes ait unde mihi?
Viribus eſt mihi maior ager: ps carice & ulua eſt
Infamis: lacerant ora pedeſq; rubi.
Et quidquam ſi poſſe datur-ſtudioq; perenni
Gemmaſcit-grauius fit ſimul ut doleam.
Sunt quibus antiquæ reuerentia legis & æqui
Eſt odio: pudor hinc exulat & pietas.
Quos totis cū uana iuuent anaglypta diebus-
Nocte aliena truces in benefacta ruunt.
Sed ſcelus o-immane audi-multoq; piandum
Verbere-robuſta compede-ſole-fauo.
Vah-mihi ſi dentur poſſim uix parcere: inuror
Da ueniam: reor hæc non caret ira deo.
Scis pater ut nr̃as ſeps ſpinea-quantus & agger
Cingit opes: potuit plus mala mēs hominis.
Ros maris & cliuo ſtabat libanotis aprico
Abſinthiq; recens ſtipes & abrotani.
Humenti cucumis pinguiſq; cucurbita ualle:
Aequore ſurgebat cæterum olus medio.
Poma ſalix-& ſpina nuces pariebat-& ulmus
Mora: ſed artifici præmia ſunt lacrymæ.

Nocturnus (quiſquis fuit) ah dedit oĩa peſſum
Craſſator: factum eſt calce manu gladio.
Nec ſolus feciſſe poteſt: o / triſte uideres
Noctis opus: dictis præminet improbitas.
Tot bona, tale decus, magni labor oĩs & anni
Sic periit: aliud præcipe, ne redeam.
Subriſit pater æquanimis: ſolatur anhelum
Pectus: & his recipi ſpem iubet alloquiis.
Quid fugis a te ipſo? quid te formidine turbas?
Perdita res ait eſt? aſt ego: plus dabitur.
Proxima crede reos manet ultio: ſentiet olim
Conſtrepet & riſu credula poſteritas.
Ergo age, uade: uiris agraria ueſpere ſeptem
Arma para: & patulo libera linque loco.
Poſt panes uiniq; cadum, coctaſq; fabellas
Promito: pax: aderit crede deus: propera.
Paret hero famulus: crepera ſub luce latrones
Septem adſunt, furti iam tamẽ immemores.
Se ſe omnes operi ſubdunt, & brachia nudant:
Vomere fit, raſtro, falce bidente labor.
Luſtrauit totam pleno proſerpina noctem
Sidere: uix melior claruit ante dies.
Ferbuit hoc cœli auxilio res pauperis horti:
Sudabantq; dedit quos deus agricolæ.
Prodierat ſol, & iam fulſerat hora diei
Septima, laſſi adſe quum rediere uiri.
Ad patrem uenere genas plangore ſinuſq;
Perfuſi & multa congemuere prece.

Hæc ſymeon: ꝓbat acta pr̄ uenerādus & hæc q̄
Poſſe dedit: quanti facta uireta deo.
Humani primos hic ſanguinis ille parentes
Finxit & hic tuus eſt primus adame labor.
Hortus erat: templum fecit ſibi chriſtus: in illo
Paſſus iniqua mali eſt oſcula diſcipuli.
Iuxta hortum mortem ſubiit ut noſtra piaret
Crimina/& ad cœlum leue pararet iter.
Inq; horto ſuprema uolens poſt fata quieuit
Quid magis? eſt ſurgens factus & ipſe olitor
Lætari ſed ſancta iubent nos tempora/uicta
Quis deus ad fratres morte ſuos rediit.
Sic patres/patrūq; pater Benedictus habenas
Molliit/urbanam iuſſus adire dapem.
Talia uix fando complerat/& ora leuantes
Pulchra per ire nigram prata uident aciem.
Mœnibus exierant fratres: ſanctoſq; ſequuti
Paſcebant grauibus pectora colloquiis.
Marmoreā chriſtus molem cur mouit ab antro
Per clauſas qui poſt maluit ire fores.
Cur aliquis matri uiſum non ſcripſit: amicis
Cur ſe non aliis teſtibus exhibuit.
Vnde fauū & piſces in littore ꝓmpſit/& undas
Cur pede non tetigit qui prius his ierat.
Spreuit adorantis mariæ tactumq; fidemq;/
Cui tamen & plantas poſt tenuere duæ.
Quam potuit palpata fidem poſt uulnera hēre
Diſcipulus: petro qua datus effigie.

Illi qualis erat modus ad conuiuia panis
Frangendi: cleophæ quis comes alter erat.
Tercia ſic illis pars eſt exacta diei:
Et ſenibus iuncti diſcubuere ſolo.
Inſonti ſoluere cibo ieiunia: ſi quid
Paſca dabat: non eſt perdita ſophroſyne.
Corporibuſq; datum fuit ut ſatis: ora mouentur
Cantibus: & duplici dant pia uota choro.
Dat ſignũ: & bona uerba pater: ꝓcul ire ſeuerã
Rem iubet: & tolli quod graue/quod tetricũ.
Sic longum fit dixit iter: ſic mœnia ſurgunt
Tuta: nec eſt arcum tendere ſemper opus.
Ergo animos: urioq; fouent humana receſſu
Corpora: quaq; itur: rus erat omne domus.
Floribus hi calathos onerant: ſacraria & aras
Picturi; hic mentam tondet & ille thymum.
Alter olus uirides ue fabas: obſonia eodem
Veſpere: uel medio fert placitura die.
Vallis erat: ſeptis exiuerat impete uaſto:
Indignanſq; lacum fecerat eridanus.
Nec decus omne ruit: liq̄do ſcatet æmula plũbo
Vnda: dianæos digna lauare ſinus.
Obducunt curuas circum ſata gramina ripas
Plurima quæ praſinis frigidat umbra comis.
Hic arcu & telo poſt terga feritur adunco
Fallitur aut ſpoliis garrula rana ſuis.
Captantq; plagis: tremula uel arundine piſces:
Cæruleoq; legit gramine pars tribulos.

Sic omnes paſcebat opus laudabile, ut unum
Plena deo mens, & quenq; trahebat amor.
Si tamen eſt leuius quidquam dare iunior ætas
Viſa, fuit nil quod craſtina lux lueret. (ro c̃
Nã & curſum eſt, iactæq; nuces, pila lignea fer,
Tranſmiſſa, & manibus delituere fabæ.
Humanis intenta manus, cœleſtibus hæret
Spiritus: hic uideas corpora, corda polo.
Fit labor, & pax eſt: uolitat ſine crimine ſermo,
Et legum ſi qua eſt lis ſine lite ſonat.
At qbus eſt aliqs uocum modus, ocia cantu
Pellere: pars aures penſilis ore dabat.
Hi ſolis frondente ſub arbore defendebant
Spicula: ſic cunctis lætior acta dies.
Hæc neq; Anaſtaſius clementia dixit inanis
Eſt: neq; ſeceſſus hi pietate uacant.
Sic iacob ſeruauit oues, ſic cara ioannes
Pignora: ſic pharii prædocuere patres.
Nec iuuenum moueat te crebra negocia: maior
Virtus mutato ſæpe labore uenit.
Ante tubam ſtabili nullus ſedet æquore miles:
Incudem fabro uis feriente redit.
Præcurrendo leui paritur uictoria ſaltu,
Et magis ut feriat ſe retro fert aries.
Iuuerat Armenium ſententia: dixit & illam
Non olim arabio diſplicuiſſe lari.
Seq; genis monachum roſeis uidiſſe, cachinno
Infamem, domuit qui trucis ora lupi.

Atq; alium grauibus qui poſt ientacula nymbis
  Iuſſit: & eſt cœlo reddita temperies.
Solus ab etherea mentes deus inſpicit arce:
  Quod: qbus: & qñ: uult/facit: & bonus eſt.
Creuerat herculeis iã frõdibꝰ umbra: iubet ſol:
  Cænatur: breuis eſt lectio: ſermo redit.
De Symeonis erat hos plurima laudibus inter
  Mentio: uox nulli uiſa loquendo ſatis.
Sic cyathi tranſibat amor: nidorq; culinæ
  Si quis erat: cænæ pars fuit hæc melior.
Nec noua res: dicuntur idem feciſſe priores
  Perq; duos panem uix tetigiſſe dies.
Et fuerat q ꝓmptus: adhuc fumante camino
  Vix genuinus eum frangere dens potuit.
Atq; ignem repetiuit olus: fert proxima ſi quid
  Pergula: moſe animos uappa ferente fuit.
Sed ſatis eſt uenerãdus ait pater: auribus omnes
  Accipite hæc uacuis: ſeria res agitur.
Quæ tandẽ nam digna deo reddamus & igni:
  Corda cremat fumo qui ſine: nec minuit:
Et nobis bona tanta parat! lætantibus atqui
  Gratulor: & ueſtræ gaudia mentis amo.
Gaudia: poſt æſtus quæ mille: & mille labores
  Libatis: ſummi luminis o: ſpeculum.
Et certum iam pignus: habent cœleſtia ſi quam
  Dicta fidem: fortes pergite plura manent.
Scilicet orbe ſub hoc dum uiuitur: aptaq; lucro
  Tempora ſunt: nulli eſt accipienda rudis.

Nemo boni ſapiens habeo ſatis inquiet: una
Hæc ſitis-hæc animos ditat auaricia.
Quo tñ hæc: cœleſte ſup bona cætera donum
Dulcius-& pluſquam ſanguine frater adeſt.
Et quem tot populum precibus regũq; negauit
Huc ſtabilem gratis tranſtulit omnipotens.
Sed cœtus & ſancta licet collegia nunquam
Oderit-aut fratres quos facit unus amor.
Ipſe quidem-gratum qbus eſt parere-minoris
Non domitore leæ non facit Arſenio
Semper ei tñ apta monas/tuguriq; uacantis
Pax fuit: ut mens eſt ſic ſua quenq; trahit:
Ergo agite-eſt animis illi manibuſq; fauẽdum:
Arte breui & modicis uiribus hic opus eſt.
Eſt operi ſatis una dies-quæ paupem amicum
Excipiat-domus eſt hoc ſtatuenda loco.
Ter pius orauit ſic & quater ipſe futurus
Incola: erit ueniam credo negare nefas.
Cras idem ſignabit opus-lætiq; geretis
Vos morem: reliquum dicet Anaſtaſius.
Hæc ait-& paruo quo ſederat aggere ſurgit:
Datq; nouas cœlo ſancta caterua preces:
Hinc adſe meditantur iter: taciturna ꝓpinquant
Tempora: fit ſignnm: pax ſua cuiq; redit.
Vt uero cœpere ignes rareſcere ſummi-
Fulſit & ut primum martis amica polo-
Excitus-ſomnoq; ſatur breuiore palemon
Primus Anaſtaſium cum Symeone uocat.

Nec mora: ſoter & placidus: ſtephāuſq; ſyruſq;
Guido: ſimon: lucas affuit & fabius.
Vrbs ſibi ter fabium iam dixerat aurea patrem:
Magnus erat bello: magnus & ille toga.
Hunc cœli ſed uicit amor: ſimul ire parabat
Parthenio: uetuit febre iouita iacens:
Et grauis eugenii ſenioris anhelitus: ephrem
Ille tamen ſocium miſit & hermacoram.
Venit & illyricæ pars optima gentis achilles
Nuper & exacto marcus adeſt gemitu.
Nec baſilin uenerande tuum de fratre nepotem
Ocia: nec thuſcum detinuere ſabam.
His comitē te maure facis: tibi gallicus hæret
Maiolus: & quondam clarus odillo lyra.
Crure ſequebatur nitens agapetus acerno:
Conſilio atq; fide rectus & eloquio.
Huic dextra uitalis erat: læuaq; georgus:
Poſt alii moſem diſcere tres auidi.
Eſt oēs numerare ſuper: bis quinq; ſequuntur:
Barba quibus tetrico pendet ab ore grauis.
Maximus hos iter thelamō: neq; dædalus illo
Hac prior arte: tuus non Arethuſa faber.
Conueniunt: & adoratis altaribus omnes
Omne parant operi quod dare poſſit opem.
Ad uirides ibatur agros: pomœria lætis
Grataq; manſuro rura premunt pedibus.
Artificum Symeon animos miratus & agmen
Conſtitit: his hilari mouit & ora modo.

Quo tanti fluit unda gregis? quã cõdere molem
Tenditis? haud urbem diximus iliacam.
Non babilona, remi non mœnia: q̃ttuor aut ſex
Vt magis ulnarum terra petita mihi eſt.
Polliciti ſic, iuſſa patris quid fallimus? ille
Nominis ut uox eſt, re mihi ſemper erit.
Sit quod ab æoliis furiis tueatur & imbre:
Quod magis eſt, quid ni luxus & ambitio!
Pro coctis igitur glebis & marmore, crates:
Culmea pro curuis ſit teges imbricibus.
In triſtem procyona ſalix non deerit, & alba
Populus: eſt unum mens tamen unde ſedet.
Læticiam producat & hæc heſterna dies quam
Cœperat: eſt ueſtri pars mihi certa boni.
Talibus ardentum uires, & corda repreſſit
Armenius: cœptum quidquid erat ſiluit.
Relligio iam nota uiri, ſenis, hoſpitis, hinc &
Igneus inde pii ſtare laboris amor.
Inſe ſe quiq; oculos uertere: manendum eſt
Deniq; quid princeps dicat anaſtaſius.
Ad bonus hæc ut ſemper erat, ſed inutilis oci
Impatiens, ueniam præfer ait thelamon.
Quin faueãt ſi luſtra nouẽ mihi ueſte ſub hac iã
Viſa, quod eſt cordi liber ab ore dabo.
Eſt regio procul unde fugit ſol, quattuor horis
Contentus: tenebræ nomen hyemſq; dedit.
Venit & inde colũba pater, quẽ parua ſepulcro
Vrbs maiore bobi ſeruat & æde ducem.

Delicias liqui teneris ego matris ab annis:
Nec iuuit patrio uiuere pane diu.
Gallia tota mihi uiſa eſt: germanica poſt ſum
Paſſus & arctoi frigora danubii.
Romani inde ſpecum, nebulas & rura caſini
Vidimus: inq; ſacro pes ſtetit hic apice.
Baptiſtæ & ueteres martini orauimus aras,
Quas patrum ſtatui iuſſit utriq; pater.
Sum niuei thuſcam populi miratus eremum:
Me bonus hic tandem grex tulit eſſe ſuum.
Pontifice & ſaliis iam ſcire & ciuibus ergo
Poſſumus, & qualis digna domus monacho
Sed laudatorem nimium ne dixeris acti
Temporis, hæc mecum plurima pretereo.
Et nos iuſſa patris reminiſcimur, atq; aio ſtat
Parere, & ſuperas ſic reperire dapes.
Nunc tibi lætamur dum proſumus: ocia q met
Inſequeris, ſanctum quid quaſi perdis opus?
Ah uel id exigui lucri ne detrahe: coelo
Pars dabitur: medium pax erit ante diem.
Dicebat: iunctaſq; precantis imagine palmas
Extulit: & uiridem poplite preſſit humum.
Fauit Anaſtaſius, iucundoq; ore palemon
Dulcia cum fabio uerba rogante dedit.
Rebus ait Symeon adſit, rerumq; labori
Conditor: ipſe memor paritionis ero.
AGger erat furias contra, magniq; tumores
Fluminis, innocuis grata quies auibus.

In ſolem tenero pubeſcunt palmite uites:
Frigida pars riuo læta erat & ſalice.
Eſt & quam cytiſus gramēq; obducit apricum
Semita uix curru peruia fœnifero.
Huc fabius cedamus ait:ſuſpiria ſed quid
Corde trahis? ſimplex omnia ſunt pietas.
Ille boni dat inane nihil:cum fallere quenquam
Neſciat/& credi uult ſibi:barbarus eſt:
Sic ſolet:at bonus eſt:dictis meliora uidebis:
Et dignum dices ambitione nihil.
Surgenti ſimilis tunc ſe ſuper/ora leuauit
Aduena/ter moto cœpit & hæc capite.
Nulla fabi me turba petit mortalibus orta:
Et ſua gaudenti eſt anxietas animo
Dulcibus hæc qñ non ſunt ſermonibus hoſtes
Tempora/ſcænæ huius parcite primus ero.
Hiſpani ceſſurus eram mauortis ab aula
Decreram latiis reddere me laribus.
Spernebam quidq̃d rex promere poſſet/& oīs
Regia:ioannem deniq; dat ſocium.
Hic proceres inter regni non ultimus/annos
Ante decem patria uenerat Ambiano.
Sæpe bonus cupiit hominis de milite/miles
Eſſe dei:rerum uis & opum uetuit/
Et regis longæuus amor:mortalia tandem
Ceſſerunt:rupit tempore uincla deus.
O/felix iter/o/ſuper ocia cuncta laborem
Præcipuumq; probi delicium ſocii.

Biblia ſancta nihil quod neſciat ille reponunt:
Is mihi ioannes ſolus uterq; fuit.
Seu rer inquiras ſeriem, & primordia mundi
Seu noua quidquid habet gratia, doctus eris.
Vt cadus ad ſũmum ueteri tumefactus iaccho:
Quaq; feris, celeri flumine nectar habes.
Ad ſanctos uẽtũ eſt fando: deus optime quãtis
Laudibus ille tuos extulit indigetes.
Ante alios narrantis erat martinus in ore
Crebrior: eſt moli grandis utriq; modus.
Eſt deus omnipotens, meruit martinus & hor
Plurima, uinci hoĩem credidi amore tamen.
Aſt ubi turonicæ bona uidimus urbis, eunti eſt
Viſus ab ingenti ros datus oceano.
Aut minimus de monte lapis: uel ſi quis ab alto
Per noua frondis apex uera cadat nemore.
Ipſe ſuum factis animum, totiſq; probauit
Viribus: in ſacro uiuit adhuc habitu.
Iamq; duas ueniens ſiccauerat æſtus ariſtas:
Iuſſit & huc me mens ferre ſuprema pedem:
Nec piget: ut tñ his patris inſonat auribus almi
Gloria, coguntur ſurgere in aſtra genæ.
Eſt aliud quo ferme animus fugit omnis, adire
Tecta caſinei non potuiſſe patris.
Hos artus hæc terra teget: totum tamen orbem
Qui uidi, te etiam uidero lucis apex.
Hæc Symeon: promũtur adhæc cœleſtia eũdo
Fercula: deq; ſacris mella uoluminibus.

Hic ueterum ſecreta aperit/rariſq; figuras
Vix notas/dictis aptat apoſtolicis.
Quadrifidi piſces duo fluminis exoſſantur/
Et pueri panis frangitur hordeacus.
Abſq; manu cæſum lapidem de monte duobus
Parietibus miro collocat ille modo.
Ad decimam ſic ducta dies:rediere:peracto
Colligere artifices arma uident opere.
Tũc Symeon thelamona petit:ſe ſoluere grates
Poſſe negat:cœlo præmia danda rogat.
Audierat benefacta pater uenerãdus:olympum
Suſpicit:hoc ſummi eſt flaminis inquit opus.
Inde fabros paucis laudat:ſanctumq; laborem
Dicit/& immemorem nullius eſſe deum.
Vt uero iam poſſe datum/duce & auſpice xp̃o
Fortis ad optatos exit athleta lares.
Quam frugi/uitamq; inſontẽ duxerit & quam
Antiquis fuerit non procul a patribus/
Vix centum ſatis ora ſonent:ſe poſſe loquatur
Nemo phileteis claudere carminibus.
Inſanire ſolent alii/noua fingere/ueris
Addere:deprenſo nec pudor eſt ſceleri.
Quod mihi poſteritas rerũ dedit æmula/regni
Aetherei quouis milite teſte feram.
Omnibus hoc unum præſtat mirabile/priſca
Ieiuni nunquam decidit aſperitas.
Ille ſuo nunquam reſtim laxauit ab arcu
Venator:ſemper traxit/& acer erat.

Octauo uix quoq; die, uel ſi qua rediret
  Lux, ſaccum melior quæ uetat & cinerem
Ibat ad agni epulas, magnaq; reuerſus ab æde
  Libabat ſocias ſed ſine lynce dapes.
Lætior inde pedē ad placitam referebat eremū,
  Fœnore qua pœnas ſolueret ipſe ſibi.
Quæq; ſequebatur totam ieiunus agebat
  Sæpe diem, nec aqua guttura ſicca lauans.
Prompturus pia uota deo, ter quaq; ſacelli
  Et quater intrabat limina ſancta die.
Interea lento quas uimine cinxerat, urna
  Et ferro hortigenas eliciebat opes.
Frigidus & tandē quū claudere ueſper olympū
  Cœperat, & laſſis ſol fugiebat equis:
Arua ſimul Symeon ferrūq; iubebat & urnam
  Saluere, & paruo ſe dabat hoſpitio
Parta labore ſuo referens: manuumq; ſuarum
  Vtriuſq; memor legis, edebat opus.
Si qua tñ grauius furit aere turba, domi uel
  Atriolo, quod agat paupere ſemper habet.
Auxilio ſuprema uocans, atq; ima laceſſens
  Agmina: ſic hominem ſeruat utrunq; deus.
Cornua fraterno decies compleuerat igne
  Cynthia: lex cantus ruperat angelicos.
Ad babilonis aquas, ſalicum pendentia ramis
  Organa captiui obmutuerant populi.
Tūc magnū ſymeon ut inhoſtē laxat habenas
  Seq; grauem ueluti calcibus urget equum.

Hordea præſepi demit tamen, & minus infert
Graminis, atq; breui colla rudente ligat.
Hebdomadi tria cuiq; ſatis ſunt prandia: totos
Durabat uacuo quattuor ore dies.
Poſt oleam, triſti chriſtus dum ſurgeret antro
Non aliquam uictus accipiebat opem.
Ab ioue nomen habens lux eſt: ſolo ibat aceto
Pranſus, & indomita terga rubens ferula.
Inſomnis, flexoq; genu, manibuſq; coactis,
Spectabat reducis gaudia ſancta dei.
Hac probitate, neoptolemo non ſegnior anni
Quem cenſura manet ſumma peregit iter.
Nec longo labat inceſſu, nec prodiga parti
Vſq; nouas animi mens ſitiebat opes.
Flauētem qualis cererem, ſeu gramina, meſſor
Falce ſecans: prati uel quaſi tonſor equus.
Virtutum ſanctus ſic diteſcebat in agro
Cultor, opus nulla ui reuocante ſuum.
Quæſierit quas ipſe, bonis quibus auxerit illas
Omnipotens, nunquā læua manus numeret:
Dextra mouēda, ſiml̄ magis utraq;: qn gr̄ge fra
Cum toto, nequeat credo notare gyges. (trū
Proxima deq; procul ſenſere mapalia, ſenſit
Plurima marmoreo ſtemmate fulta domus.
Nec regum latuere aures: ſed ſi genus uſquā eſt
Debile, teſtificas ibitur ad ſpecies.
Aurea phryxei uectoris uellera titan
Deprimere, ignito pondere deſierat.

Ridebant leuibus iam prata uirentia gemmis:
Iuſſerat & longam paſca ualere famem.
Exit ad egregium fratrũ pia turba monaſtam
Grata ferens textis munera uiminibus.
Hic ſiliquas habet,ille nuces,cicureſue lupinos,
Poma alius paſſis frugibus addiderat.
Seruatas ue acido rapas,aut ſalſa mineruæ
Zinzipha,quiſq; bonũ quod magis eſt hĩtu.
Venerat intonſis ſyluanus faucibus:illi
Vatini uetus eſt parua lagena labor.
Vltimus intraſſet tuguri cum limina,uocem
Egrediens toto primus ab ore dedit.
Currite ad Eliacum fratres mirabile,quodq;
Nulla ſub hoc hominis audeat orbe manus.
Hæc certe colit antra deus:nec amicior illi eſt
Alter:io læti currite:quam noua res.
Talibus unanimes greſſum uertere:nec eſt qui
Diuino abſtineat lumina prodigio.
Leuibus urna uetus ſtabat compacta tabellis,
Fœmineo ferri quanta ſolet capite.
Exciderant orbes ſenio,ſummiue parentis
Numine:hians oleo rima parabat iter.
Sed glebæ liquor iſtar erat: pars extima nuſquã
Humeſcit:uolucri puluere canet humus.
Non tñ eſt glacies:ierat iam frigus ab omni
Aere:nec lari rarior unda lacus.
Eſt aliud ſyluanus ait:nunc ſeptima cœlo
Luna redit:nec dum prima furebat hyems.

His ego rem manibus tetuli: quis neſcit? eãdem
Hæc inquam in ſolidum uas poſuere manus.
Quattuor & memini digitis diſtabat ab ore
Supremo: tanto eſt amphora noſtra minor.
Sæpe etiam ſcio tinxit olus uariumq; legumen
Quid quod & eſt ſacro pendula teſta tholo?
Durauit tamen: aſſiduoq; referbuit hauſtu
Non ſecus ac medio ſit noua uena cado.
Qui dat ait Symeon flores & poma quotannis
Quumq; placet grauidis nubibus edit aquas,
Crede poteſt adipem modici donaſſe liquoris:
Nonne caſineo plus dedit ille patri?
Rore ſarephtanum quis lecython auxit eodem
Treſq; animas media pauit olympiade?
Præterea totum pelagus nullo aggere, & abſq;
Humana omnipotens dextera claudit ope.
Præſule non atheſin timuit uerona furentem
Zenone, & fauſto paruit eridanus.
Nec minus eſt ramis baccas, oleumq; trapetis
Præbere excincto quam retinere ſinu.
Vincla ſuis reddi poterant ſtationibus: ultro
Affuit: atq; bono fauit utriq; deus.
Suſpicere, & grates nr̃m quas poſſumus illi eſt
Soluere, & ad cœli figere dona fidem.
Sed ſatis æthereãm ſyluane tepentium egeſtas
Senſit opem: reliquum tu modo munus obi.
Hæc ait: ille cadum triplici citus orbe coegit
Repleuitq; nouo fœnus agens onere:

Et uetus in ſacræ clauſit penetralibus ædis
Quo ualuere breui corpora multa prece:
Lætus abit, paruo cui funditur uncia cornu:
Non crœſo, non hic inuidet hippocrati.
Vidit & hoc ſenior ſignum uenerandus, & imo
Corde gemẽs, tremulas mouit ĩ aſtra manus
Et tenui Symeona ciens clamore precatur:
Et tereti innitens alloquitur baculo.
O, ſummũ quã ſæpe diem, quo pectoris æſtu
Tam grauis o, finem manſimus exilii.
Pax animo æterni pax una ſititur amoris:
Sed nequit hæc alia pax ſine pace dari.
Sic pater ætherea ſtatuit ſupremus in arce
Promiſitq;, habitas non tamen ante preces.
Seq; ducẽ fore rebus ait: Quibus ergo p omne
Noſtra malis corpus langueat urbs, referam.
Sæuierat primos inter diſcordia ciues,
Magnus & in tota plebe cruoris amor.
Cum foret his reddenda qes, pro uiribus orſus
Feci: & adhuc cæyx quod uereatur habet.
Noſtra remanſerunt ferientes littora fluctus
Feruere qui modico flante queant borea.
Si faueas uincetur: ad id peruenimus æui
Quo dauide labor teſte dolorq; uenit.
Frixerunt nerui omnes: ſunt exhauſta medullis
Oſſa mihi: uox eſt uiſus & auris hebes.
Tu melior qui ætate uires: qui corpora ſeruas
Tot dare cur animis quæſo negabis opem?

Macte deo poteris:tantũ incipe: forſan & has te
Rector ad hoc rerum iuſſit adire plagas.
Mãtua te Andreæq; domus manet iclyta:greſſũ
Spiritus/i/recta diriget omnipotens.
Fatus erat/blandaſq; preces/lacrymaſq; tepẽtis
Addidit/affectu quam ſatis eſt patrio.
Non tulit Armenius:ꝓhibet bonus ire p̃catum
Tanta ſenem:reddit ſpem/iubet ire metum.
Inſeruitq; manus/oculoſq; ad ſidera tollens
Nouimus o/tandem nouimus/hoc ait eſt.
Ecce iter hoc ergo ẽ:labor ultimus ille/diu quẽ
Sæpeq; moui animo neſcius ancipiti.
Nec ducis antiqui trina me nocte fefellit
Alloquium:dubiam pectore pelle fidem.
Tu Benedictus eris:facies ego maurus ut alter
Credar:aquis ſicco nec minus ibo pede.
Non hoc hectoreũ;corpus:nec tu mihi matrem
Crede thetin/mammas cui nec hyæna dedit.
Tigris & hyrcanæ non ſuximus ubera:pacem
Quærenti nihil eſt quod neget omnipotens.
Dixit:& opportuna uiæ parat impiger: hic pro
Pranſuris plenus pane caniſter erat.
Hinc partem capit exiguam/conditq; cucullo
Qua ſatis urbano eſt cæna parata uiro.
Et comite antiquam fabio concedit ad urbem
Numina pro facili uera precatus aue.
Iamq; fluentorum regem ſuperarat/& ocni
Semirutam poterat cernere pyramidem.

Nec dum tota dies ruerat: qua mœnibus itur
Grandis adhuc cæci porta patebat aui.
Ingreditur, pauidoſq; uidet per deuia ciues
Currere: opis miſeris ſpem mora nulla dabat
Quod facerent, neſcire oēs: feriebat olympum
Clamor: ubiq; fuga, & mortis ubiq; timor.
Non ſecus ac fractos muros ſi irruperit hoſtis
Barbarus: & ſtricto trux furat enſe manus.
Regia præcinctus ferro prætoria carcer
Poſt erat, indomitis triſte cubile feris.
Immanem tamen ille diu cohibere leonem
Non potuit: tanti nec lapis æſq; fuit.
Spumantem & tota fabius uidet urbe furentem
Deq; uia clamans ui Symeona trahit.
Heus at at heus dixit mecum fuge: tu potius ſta
Mecum ait Armenius: fortior hoc deus eſt.
Exeruitq; ſinu dextram, dominaq; uocauit
Voce ferum: Antiqui larua quid hoſtis hias?
Vulgus inerme qd hoc terres, fruſtraq; minaci
Dente fremis? iubeo te ſcelus: huc propera.
Poſt nemo res mira ſenes, phariosq; mōaſtas
Et quos non appi uicit arena fori.
Vix pr hæc dederat: modici canis inſtar ad illū
It leo: ruga truci triſtis ab ore fugit.
Flectuntur ceruice iubæ: oblituſq; leonem
Fit cicur, & frontem ſubdit iens manui.
At pia ſublato paucis pater ore precatus
Numina, parentem conſtitit ante feram.

Faucibus impoſuit dextram-tetigitq; molares:
Ter caput & domitum compſit & ille quater.
Iam mitis præcepta uiri fert bellua: tauros
Quiq; lupos poterat ſternere-uerba timet.
Sanctus adhæc homines ſolitus pietate tueri
Neſciit hanc etiam claudere quadrupedi.
Et panem excipiens ſolue hoc ieiunia dixit:
Ad tua non tanti eſt uiſcera natus homo.
Eſt qui perpetua ingluuie fremit igneus: eſt &
Alter ab hoc ſeruans noſtra leone leo.
Te per uterq; uocatur eodem nomine: ſed tu
Non potes hic: ergo cur prior eſſe uelis?
Nũc tua ad antra redi: timeat nec paruus eũtem
Te puer: hinc ualeat ſpuma furor rabies.
Audierat: ſumpſitq; dapem-campoq; receſſit-
Innocuuſq; ſuo redditus eſt domino.
Vertit & ipſe pedem Symeon-ſanctũq; petiuit
Hoſpitium: creperus cœperat ire dies.
Non bene nota ducis ꝓcerũq; inuaſerat aures
Seditio-& tota clamor in urbe furens.
Spectabãt pauidi ſpecla-quæ marmore & auro
Mœnibus ardenti picta micat mediis.
Diuinum uidere iubar-quo fidere ſanctus
Atq; hinulo poterat mitior eſſe leo.
At primo ſimul orbe diem titanius axis
Reddidit-eſtq; toris iuſſa ualere quies:
Inſperatus adeſt Symeon penetralibus: omnis
Regia nota foret res dedit ut fabio.

Agnouit ſymeona ſimul pars ciuium:& illi
Facta comes/paribus pompa coit animis.
Nec mora dux thalamo prodit/blādiſq; ꝓfatur
Vocibus/& patriæ dicit utrunq; patrem.
Tu ne es ait/q monſtra domas/q colla leonum
Incolumi/frangens nos facis urbe frui?
I/mecum atq; inter noſtros aſſueſce uocari
Conſortis: cunctos quin ſuper unus aue.
Præcipe iam parebo libēs: ſed ab æthere nū qd
Deliciarum affers?uel leue prome melos.
Tum ſymeon:hi nempe ſumus/qbus aſpa lenit
Teſtibus/exq; tulit ſæpe minora deus.
Maius & his faciet:pululle quid illius iram
Temnis?& unde audes tanta & inane tumes?
Vidimus ignipotens uibrari fulgur/& urbē hāc
Ambroſii ſimilem diximus hoſpitio.
Fatidico nec tu felicior amphiarao:
Ad ſtyga iam tibi(quid plura?)patebat iter.
Diſtulit alta manus iactum:ꝓ numine ſūmo
Nurſiacus tandem ſignifer hoc potuit.
Hoc precibus uenerandus idem pater exorauit
Et ſocium multo turba fremens gemitu.
Scit fabius qui noſter adeſt:hæc ille referri
Flens iuſſit:nec adhuc ſunt ſine rore genæ.
Quid memorabo nathanis ouē/ſolymiq; nefā
Regis opus?uultu eſt ſed meliore deus. (dū
Sunt duo quod mauis opus eſt optare: tacendi
Tempus abit: pacem num cupis/an gladiū?

Palluit addicto ſimilis Bonifactius: heu pax
Pax ait alma redi: te ſine pax morimur.
Ore omnes animiſq; fauent: paceq; precantur
Perpetuum bello dicitur exilium.
Dant dextras atq; accipiunt: & mutua libant
Oſcula: & alternas inſtituere dapes.
Alter ad alterius iam limina tendit inermis:
Fit nouus ille gener qui uetus hoſtis erat.
Dictus & ille dies inter ſtata feſta: quotannis
Hunc cum plebe diu poſt coluere patres.
At memor ut recti Bonifactius ignea cœlo
Spicula & ardentes ſenſit abiſſe minas
Afferri bona multa iubet: ſanctumq; precatus
Hæc tua ſunt pignus dixit amoris habe.
In calices hoc omne nouos mutabitur aurum
Myſtica quis faciet dum ſacra mane bibat.
Accipe & hoc quo ſtare faces: fumare ſabæum
Thus decet hoc: ſancti uas erit hoc laticis.
Opportunæ aderunt ueſtes: penſuraq; templo
Stragula & ingenui mox dabo ſeris opus.
Et qdqd dabit omnipotens commune duobus
Efficiam: nec me diuite pauper eris.
Sed qd id eſt! facinus nimis ah crudele uideri
Das pater (hic oculos flexerat) an patiar?
Aſſidua prope uicta fame nigra frigore & æſtu
Condita non aliquo tegmine crura feras?
Quippe ferus triplici qd cuſpide iuppiter & qd
Ter geminata queat mors prius experiar.

V

Ite igitur, neſcite moram, inſtaurate merentem
 Induuiis: non hinc non caligatus eat.
Quid faceret bonus, atq; piis obſiſtere uotis
 Neſcius? effugio cum uacet obſequitur.
Vincis ait: ſed fidus ero: quæ altaribus offers
 Iam ſacra dico: ſacris conſtituenda locis.
Exhibuiſſe deo dic cætera: primus ab illo
 Quiſquis erit nobis obuius, accipiet.
Hæc lætum uel ſola ducem uictoria fecit:
 Hoc Symeon ſolo munere uictus abit.
Maiores mantoi agitant præcordia curæ:
 Nec manibus uis eſt nec ſatis ars animo.
Luculli (iam ueſper erat) nec apolline gaudet,
 Nec lætum molli porrigit os cyatho.
Nequicquam leuibus plumis dat laſſa tumenti
 Membra toro: pacē hāc trudere pax melior.
Nutat anhelitibus crebris mens neſcia: nox, o,
 Vel ſomnum aiebat uel mihi redde diem.
Deniq; ab æde ſacra ſonus ut uigilantis ad aures
 Fertur, io dixit nos uocat ecce dies.
Argolicaq; iuba crines, humeroſq; cucullo
 Induit, & puero ſolus abit comite.
Andreæq; ferit poſtes: pater excipit illum
 Armenius: fauſtam dixit uterq; diem.
Et ſanctis humiles adytis flectuntur: & una
 Cœlicolis modica ſupplicuere prece.
Et data (ſic eſt lex) poſt oſcula conſederunt
 Tam noua quid Symeon uult ait huc itio?

Noctis in hoc, ſolumqꝫ te ſchesin ictus ad iſtam
Impulit: audenti pectore fare precor.
Ferrea quæ tandem tibi uox ait ille, manus ue
Præmia mortalis digna referre queat.
Omnia ſed quo iam frueris pater optime cœlo
Fœnore reddentur: ne modo dic ſatis eſt.
Irato pax nulla deo ſapit: omne ſine illo
Mors melos eſt: tactu diſcimus aſſiduo.
Liquimur & ſoli tanquam pix proxima: febris
Plurima nos nullo conficit archigene.
Angelicos templo quo nō audiuimus hymnos
Quo ue deo paſti non ſumus annus abit.
Nec claudi exanimes patriis potuere ſepulcris:
Nec minimas eſt qui rore piet maculas.
Præſepis ſic chriſte tui cuſtodibus, heu ſic
Eſt placitum: nutant ſceptra, perit populus.
Vel fragili fer fratris opem ſanctiſſime cymbæ
Andrea, & remos accipe, pone crucem.
Hactenus indiguere tuo ſed tempora clauo
Tempora, nulla quibus cognita temperies.
Poſſe animos ſpes longa fuit mollire feroces,
Additaqꝫ aſſiduis munera ſunt precibus.
Tarpeiam noſtro de ſanguine miſſus ad arcem
Orator læuo ſidere ter rediit.
Quid faciam? ſed tu poteris: tacitura fauente
Te freta ſunt: cœlo triſtis abibit hyems.
Floccifer & quondam ſimilis tibi fertur eiſdem
Hoſtibus hiſpanas conciliaſſe manus.

Si patrii quid amoris habes:tibi pectore ſi qua
Eſt pietas/tanti ne rogo temne preces.
Hæc dixit flexitq; genu/dextramq; labellis
Preſſit:adhæc paucis os mouet Armenius.
Ne minor eſto uiro:neq; te labor ullus agētem
Terreat:eſt forti plurima dos animo.
Incipe amare tuos magis & ſuprema uereri
Numina:qdqd aues hæc duo poſſe dabunt.
Diuina hiſpano patuit clementia regi/
Trux ueniæ ſenſit munera barbaries.
Si ſolet ergo tonans in ſe pius eſſe furenti
Spes rogo quæ ualeat ſurgere ſupplicibus?
Noſtrorum tamen interea prætendere cœlo
Eſt animos:ſanctum eſt:nec tepefiet opus.
Sed magnum ſurgens aperit latous olympum:
Audi hominum quanto terra ſonat ſtrepitu.
Te clamāt:agnoſco ſonos:manus ecce ꝓpinq̄t
Regia:te iubet hæc hora ualere/uale.
Ille ſuis tyria iam ueſte inſignis & auro
Redditur/& patrum nobilis obſequio.
Ad ſe etiam meditatur iter uir ſanctus:amica
Cum fabio lætum tollit ab urbe pedem.
Proximus agger erat/cohibet qui ſæpe furētem
Eridanum:laceram ponte uident tegetem.
Ponte/lacus quo paruus abit/ſiccoq; uiator
It pede:uir fracto crure ſedebat inops
Et uitæ poſcebat opem:uel forte canino
Si queat aſſiduam pellere pane famem.

Ecce ait Armenius, crinitam occaſio frontem
Porrigit: occipiti quid niſi pauperies?
Hæc fatus modico conſedit ceſpite: quas &
Dux dederat, ſuris exeruit caligas.
Vlcera mox ueteri tetigit putentia tabo
Tubereamq; leui leniit ungue cutem.
Quid? miſ īqt eris ſemp? iubet omne malignū
Ire deus: ſolidis quo libet, i, pedibus.
Crura ſed has tacitus prius indue: munus ab illo
Seruandum qui te dixerat hoc ferimus.
Inſula te uicina manet: fer lignea templo
Auxilia: & ſtyps hæc dic Benedicte tua eſt.
Si qua forent meliora darem: q ditior omni es
Orbe tamen: ſuperis cor placet: hoc dabitur.
Vix miſer audierat: Quis me ꝓclamat achilles
Fortior? ad laqueum te mala fer nemeſis.
Viribus & teſtem toto dedit aggere ſaltum:
Laudibus & ſanctos extulit immodicis.
Se gaudens ad iuſſa mouet: proh uana labātum
Libertas: monachus ſcilicet inquit ero.
Se ferme exibat fabius: ſæpe entheon illum
Sæpe leuans oculos dixit olympigenam.
Totus in hoc habet omp̄s: huic aſtra ſolumq;
Subdita ſunt, ſenſu paret & omne carens.
Aſt ubi prima domus uidere cacumina, uires
Pene uiri ſuperans extaſis appetiit.
Magne pater te teſtor aquas non uidimus inqt
Nec fluuio qualis portitor eſt memini.

Tũ Symeõ:nõne imemorem ſe dicere/iuri eſt
Cedere?nonne oculos ſæpe fefellit amor?
Quid miremur agat ſi q̃d deus?omnia eodem
Quo capimus digna eſt reddere lex precio.
Talibus ad ſanctos paſti rediere penates:
Res bona(ſunt hilares)eſt uenerandus ait.
Verticibuſq; manum flexis:atq; auribus aures
Admouit:prior hæc ſuſcipit Armenius.
Paruimus uotiſq; tuis deus affuit:arma
Conceſſere togæ:uim ſuperauit amor.
Et comite ad terras rediit pietate uirago
Regia/cui eſt æquo pondere lanx gemina.
Maius adhuc tñ his ſupereſt:mortalibus æther/
Clauditur:& uox pro funere nulla canit.
Vix caua uirgineam dant turribus æra ſalutem:
Stupa pecus plumbum ſic data ab urbe iubẽt:
Serico opus pr̃ c:freta q domat/arcet & auſtros
Non nequit unius cor tetigiſſe uiri?
Vltimus hic nobis labor imminet:alta caſini
Mœnia ad uſq; deo fas erit ire duce/
Pontificeq; ſequi:minuent tua iuſſa laborem:
Vinceturq; tua dextra ſuprema prece.
His tremuit fleuitq; pater gauiſus:& aſtra
Suſpiciens/palmas talibus implicuit.
Oratu das paſca tuo/mihi demis & annos:
Da pacem/& uitam te exhibuiſſe loquar.
Dic ergo/fac/tolle/para meditare quid & quid
Res ferat:& nobis præcipe/compos eris.

Nos abſens ſed corde uide: numerabitur atro
Ithace dum redeas quæq; dies lapide.
Rurſus & hic natum thobias heu flebit: ut abſq;
Te uiuam? quid agat, quid ſine luce caput?
Hæc pater orabat lacrymãs: ꝓcul ecce palemõ
Clamitat: Andreas currite proh moritur.
Mugilis andreas inuiſo ſaucius oſſe,
Quod rudis heſterno ſumpſerat accubitu.
Creuerat, & toto nigrum iam uertice guttur
Maius erat: uerbum fingere nec potis eſt.
Vitales exire auras uetat atq; redire
Spuma frequens, pleno felq; ſcatens iugulo.
Sãguineiq; tumẽt oculi, buccæ labra: dixerit oĩs
Eſſe alium: monſtro nil magis eſt ſimile.
Corda laborantis miſeret fraterna: uacatur
Obſequiis: ſuperos hic uocat, ille gemit.
Ire pater Symeona iubet uenerandus: & ipſe
Si qua potes miſero fer pius inquit opem.
Quin illi abſentem tota te nocte uocatum
Audio: ſpes tactu eſt uiuere poſſe tuo.
Paruit armenius: quid enim pietatis agat mens
Ebria? quid ſummi mens patris alta ſinu?
Languentis petit ille fores, domuiq; ſalutem
Nuntiat, & triſtem præcipit ire metum.
Spem reuocat, priſcamq; fidẽ nutantibus auget
Cordibus: eſſe datũ eſt, poſſe ait & dabitur.
Agnouit uocem andreas: oculoſq; fatigat
Viſurus: uerbum reddere uis prohibet.

Proſpecto Symeon cœlo/cum prole ſedentis
Parthenices oculos flexit ad effigiem/
Et paucas dedit ore preces/duplicēq; cruentis
Vi digitum multa dentibus impoſuit.
Quid noſtros iugulare paras ait iproba cuſpis?
Egredere/& tantum ne tibi crede nefas.
Syluestro quondam crudelia fata minantem
Tarquinum ſcimus ui cecidiſſe tua.
Criminis hic ſemp fuit inſcius:eſt ſua christo
Doxa:tuo iam tu munere functa redi.
Et ſtygiis qua fronte potens ſolet hoſtibus illi
Imperat:auditu non caret/aure carens.
Ad digitos uenit oſſis apex:capit ille : uidēdum
Exhibet/ah perimit quantula res hominem.
Sed toto minus/omnipotēs qui totus ubiq; eſt
Nil facit:ah Symeon perfice dixit opus.
Cū dicto fugit omne ſcelus:uidet audit & idem
Voce deo grates reddidit innocua.
Armeniiq; genu centum dedit oſcula : nec ſe
Ter iuſſus quater & ſurgere/tollit humo.
Reddita quis referat fraternis gaudia fibris?
Nemo modum meminit ponere læticiæ.
Seruato gratantur:honos hominiq; deoq;
Surgere:corda replet fortior ima fides:
Altera uix erat orta dies:huc ibat & illuc
Fama uolax:ſpe iam non erat abſq; malum.
At ſanctorꝝ animos pax non fugit; ire tamē uir
Dum parat/hoc paucis dicere fert animus.

Ros dat idē quod os ante dedit/mirabile ſctūs
Finibus ut faceret non procul ocne tuis.
Sub ioue dormierat pecoris dux nocte puella:
Senſit idem nimia frigiditate malum.
Ad ſymeona humeris uehit̄ moribūda parētū/
Subq; ſacro capulum depoſuere tholo.
Accedit/uidet ora leuat/nec multa beatus
Vir rogat: os tumidum tangit/& illa ualet.
Nuper agenoridis titan uectore relicto
Feruere ledæos cœperat in iuuenes.
Aeſtus erat: pratis iam lutheus exciderat flos:
Et ſtabulis primas fert meliboeus opes.
Non inſtans ſymeona calor/maiorq; futurus
Terruit aut longæ uis ſubeunda uiæ.
Patrē abiturus adit: petit & bona uerba: grabato
Lumina poſt multas clauſerat ille preces.
Ora ſenex leuat/& uenientē amplexus amicum
Ah quid ait/cœlo ſomne create fugis!
Res fuit/hoc mecum qua te decreueram & āno
Manſurum: ſecus eſt quod iubet omnipotens
I/felix labor omnis erit: noſtriſq; ſonabit
Auribus: oratu pax redimenda tuo.
Sed noua dū redeant cineres in corpora noſtri
Non his heu fili ſubiiciere genis.
At ſolum lex ire uetat: tuus ante fuiſti
Et licuit: ſanctum eſt tempora (parce) ſequi.
Romulides iter omne/ſimul quodcūq; picli eſt
Scit placidus/uario ſtrennuus obſequio.

Hūc tibi ꝑpetuū comitem precor accipe: Vtriq;
Ter benedicte tuam da benedicte manum.
Eſt ait Armenius nulli pro pace labori
Parcendum: hoc hilares ibimus auſpicio.
Nec legem temeraſſe mihi quandoq; licebit
Qua licet incolumi ſidera adire duce.
Sole ſub hoc non me aſpicies! meliore ſub aſtro
Viſio poſt nobis plaude perennis erit.
Hæc lacrymis dixere genas (tam dulcia amoris
Vincula) perfuſi: fleuit Anaſtaſius:
Et circum fleuere omnes: hinc dantur & inde
Oſcula: pectoribus pax calet & pietas.
Deniq; diſceſſum eſt: oculos erat ante gabellus:
Lux cæco/manco eſt reddita dextra uiro.
Mille malis alia ex uariis ſeruauit eundo
Corpora: mille illo precipiente ualent.
Nec gratis eſt lapſa dies: ſaturnia tandem
Cernitur arx: ſanctas tandem adiere fores.
Incola rarus ineſt: fuerat pars magna periclo
Territa: dira notis flantibus eſt rabies.
Tpa adeſſe timent/ſtrictū qbus angelus enſem
Condere tarpeia uiſus in arce fuit.
Antiquæ uarronis opes & amæna caſini
Rura per hos patribus roma fuere dies.
Quid placide eſt iqt Symeon! en maxia nobis
Roma: ſed urbs albo eſt par ſine ciue libro.
Digreſſos præſtat ne ſequi! fauet ille/capena
Exitur: tacito terga dabant boreæ.

Algidū & ecce nemus nūc ut prædonibus olim
 Nobile ſecuro præteriere ſinu.
Lauiciq; licet raros ſpectare penates
 Lauicana uetus quo uia nomen habet.
Nec procul aprico ſtat anagnia monte: ferenti
 Saxa premunt: aderat iam fruſinonis apex.
Vate petunt criticoquod adhuc lætatur aqnum
 Et gelidum ſudans lirin uterq; bibit.
Ad læuam flexere pedem: colliq; propinquant
 Exiguo ſurgit quo ſuper alta domus.
Hic magnus dictator habet: pro limine tyburs
 Stat britio: ſoter en ait hic meus eſt.
Et celeri ſymeona gradu complectitur: illum
 Ore premit: blando colligit hoſpitio.
Differit Armenius cauſam: quin ille ſedendum
 Eſt tibi ait: iam res eſt mea: fidus agam.
Pontificemq; petit: qualiſq; aduenerat hoſpes
 Nuntiat: en tandem nos deus inquit amat
Nec mora iuſſus adeſt ſymeon: & patris adorat
 Ter pro more pedes: porrigit ille manum.
Non ait immemores etiamnū agnoſcimus oris
 Et decus & cœlo quid potuiſſe ſoles.
At nimis eſt crudele nefas: proh niſide peior
 Mantua: nec te rex ſæua britanne minus.
Quippe opus ēſe fuit: ſed cogimur: oē qđ optas
 Accipe: utroq; foro quidquid habemus habe.
Tu modo romani rem nominis aſpice & aures
 Cœleſtum precibus nos miſerate feri.

Obſequio pro poſſe refert plus indulcturum
Se Symeon: grates addidit immodicas.
Guidonemq; uocat: pedibus ne parce: tibi alis
Quin opus eſt: noua mox gaudia dic patruo
Is dolet exanimi nec dum Richelde ſepulta
Coniuge: fac reſonent tympana, tẽpla aperi.
Exuat atra cohors, & tempora cingat oliua:
Te ſequar, & molli ſyngrapha fune feram:
Sed uenerandum uiſe patrem: ſuſpiria creber
Aegra trahit: pacis dic tibi munus adeſt.
Et fratres ſaluere meos ſimul & lætari
Præcipe: dic placidus cum Symeone ualent.
Hæc ait & montem petit: hoc illoq; ſacello
Atq; alio orabat: templum erat omne nemus
Quid foribus uicinus agat deus alme, qd illas
Ingrediens? ſcallas limina & antra uidens?
Antra quibus ſocia recubas Benedicte ſorore
Poſt ego tot referens ſecula adhuc lacrymor.
At memor ille ſui tandem proh dixit eundũ eſt
(Septima poſt abitum fugerat hebdomada)
Sed placide eſt aliud flendum, ſi flenda beati eſt
Mors ſenis: hæc fecit nos ſine patre dies.
Noſter io (qd fles?) rediit uenerãdus olympo
Nos uidet, & ſummis iubilat agminibus.
Fleuit & ipſe tamen: uertuntur: euntibus & pax
Rara datur: caros dum tetigere lares.
IAm uires cũ mẽte cadunt: phaetõtia noſtris
Grandia ſi ſit lanx auſa fuere minus.

Nec ſatis alcides cœptis:certatur in hydram:
Inſurgunt unum dum loquor ecce decem.
Nec q̄bus ille iacet miſeris dum tacta ſalutem
Marmora/non tunicæ pars dare lota nequit.
Liber adhuc quum naſus erat/fas plura fuiſſet
Ponere/ſi liuor non nocuiſſet edax.
Ter labor ah periit:triplici mea morte reuixit
Armenias:damnū dum fleo/ſanguis hebet.
Fata manens ſuprema ſago uix pauca refeci
Hæc:Symeon mecū dic precor/euge ueni:.

Armeniados libri decimi & ultimi finis.

Variis cætera temporibus cum facta uideantur/
hanc unam ſcænam oīum poſtremam idem
toro iacens orſus eſt:tres reliq̄s puer faciebat.

Locutores. Rhaphael & Philodemus.

o /Quem uideo ? num dormio ? num
noſter eſt (ris
Philodemus? Phi. Eia uiuit: oculis ute
Et mente:Salue mi pater/meū decus
Vah quanta præbet iſte uultus gaudia.
Rha. Vetus facis:ſed mitte blandicias:amor
In me tuus meridiano apolline
Eſt clarior/quum nubibus uacat polus

Omniq; nebula:nunc loquamur ſeria.
Phi. Quandoq; riſus & iocus pro ſerio
Probantur:at quod te manere ſcio loquar.
Languere capulari ægrimonia tuus
Lugubribus te dixit halmyrus genis.
Vt funeri uel intereſſem me omnia
Fugere:uerum uera chriſtus ueritas
Eſt. rha. Quis neget?ſed tu qd iſthæc?Ph.uer-
In gaudium mæror:iocari fas puto. (ſus eſt
Sed liberando tu quid ægreſcis? rha. Caue
Hoc creduas:ad hilaritatem quippe tu
Satis es mihi:peperiſſe ſed nuci nocet.
Ad incitas multos redegit opus bonum.
Phi.Quid eſt?rha. Libetior ꝓfecto cui loquar
Eſt nemo. Phi. Dici ſeu taceri mauelis
Parebitur. rha. Quod arbitraris uiuere
Periit. phi. Quid audio?mihi ſaxum incaput
Iaculatus es. rha. Sic eſt:librum fur abſtulit
Phi.Armeniadēne? rha. Illā. phi. Nefas qs au-
Tam īmane?totus ardeo:cedo qs eſt? (ſus eſt
Pro ſcelere(cœlum teſtor omne)oculos dabit.
Nec lucis unius uidebit terminum.
Rha. ratio furorq; non coutuntur:proin
Si me loqui uis fac faceſſant hinc minæ
Phi. Quicunq; iuſticiam peroptat non furit.
Si uis furorem forte dici inſaniam.
Sed tempus omnia perficit:pax: tu quid eſt
Effare. rha. Scis mecum mali quidquid fuit

Deus querellas audiit: quem ſcripſeram
Prius, repertus eſt liber, cui ſola quattuor
Deerant folia: querebar ea periſſe, ſed
Refecta ſunt: hic ut uides, iacens rei
Operam dedi: meditabar, & quod dixeram
Honorius ſcribebat. phi. Audio ſed hunc
Vt nouerim quem dicis, eſt uerbis opus.
Rha. Ille eſt ſupremo qui ſedet grabatulo,
Totius infortunii ſolatium.
Phi. Placet indoles, mentem deus ſolus uidet
Tecum tamen cum ſit, bonam puto: ſed ex
Te ſcire geſtio qualis eſt. rha. Viuentibus
Præſentibuſq; periculum eſt laudes dare.
Phi. Intelligo, ſatis eſt: quod extollas habet,
Illi ꝓbro quod des, nihilne ergo eſt? rha. Nihil
Phi. rem prædicas mirã: alius id dicat, negem
Rha. Ita eſt. phi. at eius patrium libet ſolum
Audire. rha. Brixia eſt eidem patria.
Phi. Naſcuntur ex humo bona fructus boni:
Alios & ipſi laude dignos plurima
Exempla magna qui dederunt uidimus
Satos eadem terra, eodemq; aere.
Sed armenias ubi eſt? ubi ſimul quæ dare
Spopõderas? rha. Quid inde facies ſi dabo?
Phi. Furtum timere deſines: perire ego.
Vetabo. rha. Nunqd archa tibi adamantina
Aut ferrea eſt ſaltẽ? phi. Quid archa? qn palam
Vt ſint uolo, perq; omnium manus uolent.

Omniq; nebula:nunc loquamur ſeria.
Phi. Quandoq; riſus & iocus pro ſerio
Probantur:at quod te manere ſcio loquar.
Languere capulari ægrimonia tuus
Lugubribus te dixit halmyrus genis.
Vt funeri uel intereſſem me omnia
Fugere:uerum uera chriſtus ueritas
Eſt. rha. Quis neget?ſed tu qd iſthæc?Ph.uer-
In gaudium mæror:iocari fas puto. (ſus eſt
Sed liberando tu quid ægreſcis? rha. Caue
Hoc creduas:ad hilaritatem quippe tu
Satis es mihi:peperiſſe ſed nuci nocet.
Ad incitas multos redegit opus bonum.
Phi.Quid eſt?rha. Libetior ꝓfecto cui loquar
Eſt nemo. Phi. Dici ſeu taceri mauelis
Parebitur. rha. Quod arbitraris uiuere
Periit. phi. Quid audio?mihi ſaxum incaput
Iaculatus es. rha. Sic eſt:librum fur abſtulit
Phi.Armeniadēne? rha. Illā. phi. Nefas qs au-
Tam īmane?totus ardeo:cedo qs eſt? (ſus eſt
Pro ſcelere(cœlum teſtor omne)oculos dabit.
Nec lucis unius uidebit terminum.
Rha. ratio furorq; non coutuntur:proin
Si me loqui uis fac faceſſant hinc minæ
Phi. Quicunq; iuſticiam peroptat non furit.
Si uis furorem forte dici inſaniam.
Sed tempus omnia perficit:pax: tu quid eſt
Effare. rha. Scis mecum mali quidquid fuit

Deus querellas audiit: quem ſcripſeram
Prius, repertus eſt liber, cui ſola quattuor
Deerant folia: querebar ea periſſe, ſed
Refecta ſunt: hic ut uides, iacens rei
Operam dedi: meditabar, & quod dixeram
Honorius ſcribebat. phi. Audio ſed hunc
Vt nouerim quem dicis, eſt uerbis opus.
Rha. Ille eſt ſupremo qui ſedet grabatulo,
Totius infortunii ſolatium.
Phi. Placet indoles, mentem deus ſolus uidet
Tecum tamen cum ſit, bonam puto: ſed ex
Te ſcire geſtio qualis eſt. rha. Viuentibus
Præſentibuſq; periculum eſt laudes dare.
Phi. Intelligo, ſatis eſt: quod extollas habet,
Illi pro bro quod des, nihilne ergo eſt? rha. Nihil
Phi. rem prædicas mirã: alius id dicat, negem
Rha. Ita eſt. phi. at eius patrium libet ſolum
Audire. rha. Brixia eſt eidem patria.
Phi. Naſcuntur ex humo bona fructus boni:
Alios & ipſi laude dignos plurima
Exempla magna qui dederunt uidimus
Satos eadem terra, eodemq; aere.
Sed armenias ubi eſt? ubi ſimul quæ, dare
Spopõderas? rha. Quid inde facies ſi dabo?
Phi. Furtum timere deſines: perire ego.
Vetabo. rha. Nunqd archa tibi adamantina
Aut ferrea eſt ſaltẽ? phi. Quid archa? qn palam
Vt ſint uolo, perq; omnium manus uolent.

Rha. Quis illa tunc tuebitur ſi publica
Eant uia/manus & omnium terant?
Phi. Calcographis tradam:ſybillinos dabunt
Dies. Rha. Minus quam pridie nunc gaudeo.
Quocunq; uertor/torqueat quod me ſcatet.
Phi. Quid te fatiget haud ſcio:num forſitan
Vetus redit febris/dolorumue improbus
Quiſquam? Rha. Tuis dolere cogor fabulis:
Calcographos dicis/magis falſographos
Dixiſſe quos rectum fuerat. Phi. Ah quid noui
Sermonis incipis? quis ergo dic precor
Opis rei plus litterariæ dedit?
Hos ante tu decem recenſe ſecula.
Rha. Ne rixa fiat uiceris? libens fero
Tu litterarios uocas qui litteras
Omnino neſciunt: abundat teſtibus
Librorum ubiq; quidquid eſt: nec mira res:
Et ipſa mentem fallit auctoris manus
Dum ſcribit: Phi. haud time: probe curabitur.
Agentibus uelut umbra corpori ero comes.
At hoc uel unum dic mihi: num uera ſunt
Quæ ſcribis/an poeticam magis ut ſoles
Secutus es licentiam? nam carmen eſt.
Rha. Mi frater/hunc teſtor dië/huic & pectori
Quæcunq; ſunt/manu quod hac tota premo.
Si quæſtio ſit iſta de mendacio
Quod criminetur quis locutus ſum nihil:
Res ueritate plenä eſt: crediq; omnia

Pro iure poſſunt: maximis ſi quam putas
Ineſſe conſcriptiſq; patribus fidem.
Scripſere: nos ſcholaſticis curauimus
Legenda: dare quod uanitati deniq;
Poſſis, noua uidebis reperta nomina
Quæ non rei nocent, quod & poeticum eſt.
Magnam uetuſtamq; arborem, nec aridam
Nudam tamen nouo auximus uirentium
Decore frondium: & leues ramuſculos
Gemmis notauimus quoad licuit ſuis.
Phi. placet labor: quod & magis loquar ſecus
Si feceris, peccaſti: at eſt quod te rogem.
Rha. qdqd meũ dare eſt, feres, niſi neſciam.
Phi. Nimia uideris hic uſus apoſtrophe
Vbi tuo ſit mentio de cæſare.
Rha. Mihi nullus eſt cæſar: ſymeõa forſan hũc
Intelligi uis? phi. Sic quidem eſt, is nam tibi
Pro cæſare eſt: ſed quod rogo, ne præteri.
Rha. Quin nulla ſit conuerſio, ſi me audias,
Mecum uidebis. phi. En ut aures porrigo.
Rha. Me curtius quidquam pater coegerat
Vt ſcriberem: non obſequi nefas erat.
Me fecerat quod ſum: nec ille filio
(Si quis ſibi ſit) plura largiri queat
Hac ueſte fecit, ut dei miles forem
Mellifluis uerbis, probiſq; moribus.
Phi. Eſt optimis næ præferendus hic uiris
Vt audio: ſed unde tantus? an tuus

Eſt ciuis? rha. At plus ciue longe carior
Fuit alter alteri. phi. an pater? rha. pater qdem
Sed non parens: hoc nemo uiuit caſtior.
Ticini honorandum eſt genus, cui curtio
Eſt nomen: id quandoq́ prole cum noua
Hac, prædicaui olim, meis ut uerſibus
Licebat: hic me pluris eſſe credidit
Quam ueritas fert: cum fugæ nuſquam locus
Pateret, in mentem meus ſe mox tulit
Symeon: ei carmen dedi precabile,
Quod folia uix totum occupabat quattuor.
Elegis preces dum conuenire cenſeo,
Elegiacis ſum ſcribere orſus uerſibus
Os nunquam ab illo dimouens, præſentiam
Illius ipſemet mihi præfinxeram.
Huic ſum uelut coram locutus omnia.
Creuit amor: is uires dedit: tandem ſimul
Creuit liber: cœpta tamen itum eſt ſemita.
Phi. Rōne uincor: ue℞ adhuc eſt quod uelim.
Mutata ſeu nuper creata nomina
Non pauca cum ſint, hoc licentiæ damus:
Heroas aut ſatis licebit nomine
Dixiſſe non ſuo: nec hiſpanæ mouent
Me regiæ mentita tantum nomina,
Noſtratium chronica fere me qui omnia
Vidiſſe memini, fauſtus unquam quis fuit,
Neſcire me inquam: plura qui dediſti, & hoc
Ne retrahe: de me iam ſcio dictum eſt ſatis.

Rha. Iam quinquies elapſus hinc centeſimus
Eſt annus/ ephori nomen & regis ſimul
Abiit: mihi ſcaput ſcalpuribat: hic dies
Fugiebat/ & item alter/ ſuis cum noctibus:
Feci quod hic tandem uides: cum cæteris
Sit ueritas/ parcet puto qui cordium
Eſt cognitor/ cum maxime dum ſcriberem
Procul hinc eram: Conuiua uini patriam
Neſcit/ bibit tamen/ calenum aut maſſicum
Sit ue tribulanum dum placeat. phi. Et rideo
Et laudo ſimilitudinem: proba eſt: habes
Me ſi libet teſtem: ſed ipſa pontifex
Aetate ſummus quis fuit/ cur præteris?
Rha. Ne mentiar: patris quidem legi gradum
Non nomen: alienum uetuit illi dari
Relligio: defuncti probauit/ optimamq;
Et cœlibem locutus eſt uitam leo/
Intercq; cœlicolas eum numerarier
Præcepit: & ſtatim leoni proximus
Benedictus aras obtulit uenerabiles/
Viceſima eſt iam lapſa quater olympias./ 80 anni
Et quot hominum plericq; uiuunt tempora.
Phi. Neceſſitatem poſtulandi corripis
Simulcq; fidenti ingeris fiduciam/
Quo gratiarum pluſculum tibi debeo
Mihi (quũ datur) pgã obſeq. rha. qd ſuſpicis?
Phi. Epigrãmatum uolumen ex infantia
Quod ceſſit. rha. Ex infantia? Phi. Sic eſt/ mihi

Dediſſe te memini: ſed infans deſiit
Inquam eſſe, ſenſis grande, grandi corpore,
Quid plura? ſcit uiriliter quod uis loqui.
At quo locata ſunt ſciendum eſt ordine.
Rha. Neſcire potius expedit: uel cæteros
Vide, ſequi quos poſteris eſt optimum
Tibi ſatis hoc eſto: libellis ſunt tribus
Diſtincta: quæ multis licet ſint tradita
Tuus ipſe cum ſim, tua uolo ſint omnia.
Phi. Accipio: grates nec meum eſt perſoluere,
Debere ſed totis fatebor uiribus.
Rha. Sint ſalua tantū, te rogo procerum qbus
Ipſi labores ſunt dicati nomina.
Dum uiuerent meruere ſic: ego ius amo.
Phi. Quod iuſſeris factum puta: ſed quos ais
Proceres minus ſcio: uide me, nam niſi
Qui ſunt taces, fore me fidelem do fidem.
Rha. Heu cipicus pauluſq; qui ſunt ne roga.
Quandoq; dum licebat, his uerſus dabam.
Videto tu, ne dicta lacrymas hauriant
Nouas, opus ſolatio cum ſit magis.
Phi. An mortui ſunt? rha. Mortuos ne dixeris
Inter perennes qui ſupremæ nuptias
Lætantur aulæ iam laborum neſcii.
Phi. Vt uiſa teneo quæ locutus es omnia.
Vixere: uicturiq; ſunt: pax: gaudeo:
Sed ille, tanti quem facis (theopiſton hunc
Vocas) quis eſt? Viuit ne? rha. Ah ni uiueret

Quis noſter hunc ſuperſtes iſſet ad diem
Niſi mortuis miſere inuidẽs? phi. Tales decet
Pilii ſenis/ſaturniiq; ſeculi
Aetatem agere:ſed oro quid fecit?graue
Referre ne ſit/tam libens quod audio.
Rha. Quid fecit inqs?Vah qd is non fecit/ut
Nobis bene eſſet?patriæ ſolus pater
Clamandus eſt/chriſtiq; qui præ cæteris
Amet gregem/qui nos ſumus:ſua quem fides
Theopiſton ut uocem facit:nam regius
Benedictus idem dicier conſueuerat.
Phi. Ergo ille mantoi pater qui cænobi
Toto orbe celebris/nunc caſinatum ordini
Digniſſimus patrum togato præſidet?
Rha. Is eſt/ſed hunc nouiſſe te neſciueram.
Phi. Solem ſciunt & cæcitate ſaucii.
Nil eius eſt factis fideq; clarius.
Recto ſcienter hunc uocaſti nomine
In urbe quanta fecit eſt qui neſciat
Nemo: rha. malis quid uirium bonus abſtulit
Spem præter?& caſus prohibuit proximos
Audirier quorum fragor iam cœperat:
Eia ſuis adeſſe ſic ſolet deus.
Phi. Neceſſitas nos inter hactenus fuit
Nulla:ut deinceps ſit facis tu maxima.
Ibo:uirum lætus colam primarium:
Flectam genu:dicam ſalutem:illi ſacras
Sum;millies tacturus oſculo manus.

Librum dabo:uotumq; perſoluam tuum.
Rha. Fac obſecro mi frater:& meis ſimul
Quidquã adde precibus: gaudio afficiendus es.
Phi. In angulo latere te domi uelim,
Videre non uiſo tibi quo fas foret:
Certum audiens ſcio me amicum diceres.
Fabianus autem qui ſit oro publius
Simul doce,tecum ſimul ut hunc diligam.
Rha. Amare ſe uirtus coegit me ſua:
Et is uices amoris uſq; reddidit
Hoc gaudet haud gratis alumno Mantua.
Vt publius uocetur urbi proximum
Dat oppidum rem quod tuatur publicam
Pro patria fabios periſſe quis neget?
Quod ſi ſit opus & noſter hic non cauerit
Fabianus hinc eſt ergo:tu iam cætera
Videto quæ ſcripſi,aliud eſt ſi quid,roga.
Iac. Nunc me uereri cum uetes adhuc loquar.
Rha. Poſt hac futuros quis ſimul nos non deus
Sciat? data fruamur nunc licentia.
Phi. Bene eſt:habes ergo ne qd nondũ editum?
Rha. Nihil:ſed inſunt multa condo pectori
Si uixero,quandoq; nata uideris
Placitura paucis credimus,nam plurimi
Quid ſit bonũ minus ſciũt. phi. Annos decem
Lapſos reor,quum te uolumen clanculum
Vidiſſe memini me:putaui epiſtolas
Polyſtichis at nomen eſt ut arbitror

Rha. imo aliud: id nã friuolũ eſt. phi. qn iã pa-
Me compatrem paro-neceſſitudinem (ris?
Niſi refugis. Rha. Quid cẽties hinc te arguam?
Te carior nõn alter eſt mihi. Phi. Meum
Quod eſt facio qdem: pater; tu quod ſolet
Facis: ſed ad partũ cape animum. rha. iam nihil
Eſt quod timeſcam: ſola uiribus minans
Mors ut quieſcam conſulit: canos uides
Prænuntios. phi. Viues quidem: dabit deus.
Eſt uero parua mole quidquam ſi feras
Quod arguã. rha. aut loquaris-aut me nõ ames
Iac. Potius loquar: quæro latinis an licet
Miſcere græca-ſic ut una dictio
Dici queat. rha. Vix credo: monoculi ne iam
Oblitus es? phi. quin cũ memor ſim-te modo
Falſographos dixiſſe miror. rha. Comica
Res eſt: iocari licuit: hic pſeudographos
Saluis quidem dixiſſe pedibus fas erat-
Sed litterarum rarior mutatio
Vt eſſet-& iocus propinquior-probos
Secutus illud protuli. phi. Quod neſcii
En fecit ut ſcirem ſolens audacia.
At ipſe teneo-quis uolumen augeam,
Puero puer quæ olim dabas minuſculo:
Placuere: ſeruaui: polo ſic eſt datum:
His inſeram. rha. Quid audio? miraculũ eſt:
Sed ah caueto: odiſſe me uideberis:
Nam ſeriis ut miſceas puerilia-

Nec res, nec ulla poſtulat id occaſio.
Phi. Sui eſſe iudicem licebit nemini:
Clamas? tacebis: memento qui parci iubes
Vel ipſe quod neſcis quid imperas? ego
Aequum quod arbitror, & amicis decus, agam:
Rha. Scænam ratus quam comicã ſum texere,
Tragœdiam facis: ſed & te hic uicero.
Ridebo uel nolens: malum ſi dixerit
Me quis, malos amaſti: tu dicendus es.
Phi. qn hæc quoq; addidero, ſimł quæquæ mõ
Rixamur. rha. Age fac quæſo. phi. Tu p̃ce
Tuus ut ais, parebit hic honorius (ptor es,
Rh. p̃be ergo dextrã & oſculũ. phi. euax accipe
Rha. Vndecima nos uocat: ſimul cænabimus:
Phi. Amantium quanq̃ fauẽdum eſt cordibus
Minus tamen ſpernenda ſunt conuiuia.
Sed eſt n'e quod? rha. Nihil ferum: cænã feris
Carere ſi queas habebis optimam.
Sic promus inquit. phi. At iocabar: ſi bene
Valeas, mihi ſat eſt: placebunt omnia.

Scæna ſecũda. Locutores Rhaphael & Iacobus qui poſtea dictus eſt philodemus. Rha.

Nde iacobe uenis? alium quo te omi,
u ne cerno (bes.
Et p̃pe fles? mira ẽ res, tremis atq; ru
Iac. Hæc tp̃s oĩa dat: at hoc te frigoris
Sentire qui non uideo miror, uulpibus

Tot ſeptus. rha. Aedis tugurio ſub maximæ
Videre ſancta dum iuuat myſteria
Hyems (canunt ut clerici) iam tranſiit.
Totis adhuc membris calorem ſentio.
En experire: tange neu tangi caue.
Iac. Prouincialem men putas: an tute fors
Es? nam quid iſthac eſt opus ueritudine?
Valeto quin perito cor qui non habet.
Audere te impero: manum quin admoues?
Rha. Peccaſſe me ne dixeris: factum bene eſt.
O ſarmatæ ſcythæq; buccas & genas:
Ita totus es borealis atq; ipſum gelu.
Iac. Quid ſi cales tu, nunc ab æſtuario
Qui prodis? rha. Agnoſcoq; & ignoſco ſimul
Sed quid ad iambicos quod elegis cœpimus
Nos insolens trahis pedes, quaſi calleas
Eos magis, qui cæcutire & hic tamen
Videris? Iac. Excrea, qd eſt? rha. Quod ultimo
Profatus es uerbum loco, non ſat placet.
Prodire quippe non id eſt quod prodere.
Iac. Quis neſciat? rha. Cur ergo ſyllabã ꝓmis?
Iac. Aliunde inuror: quis tamen peccauerit
Tuum eſt tacere. rha. Quid tacere? num meus
Eſt error? Iac. En laqueus & unguis tercius
Vobis poetæ. rha. Diſplicet plus frigore
Ieiunium puto: ſolent ſic plurimi:
Liber cereſq; quid ſolent noſti ſatis
Iac. At tu quod & pauciſſimi ſolent facis.

Rha. Quid eſt? Iac. Amicum pipulo laceſſis, ac
Gratis fere differs: tametſi abſtemius
Tu iugis es, dic obſecro, num me ebrium
Conſpexeris, ieiunus ut nunquam iocer,
Nunquam ue ſumpta ſerio loquar dape
Si poſtulet res? quin mihi ſæpiſſime eſt
Occaſio quæſita, lætiuſculum
Qua redderem te? languido quum pergeres
Capite, ut ſoles, pecuniam quaſi quæritans
Et te ſalutantes amicos negligens.
Sed nemo neſcit, quam dies ſolennis eſt
Emerſit & uix ab rubente adhuc polo
Titan: uides & ut modo ex templo feror:
Non ganeo, nec ex domo uinaria.
Quin ſancta niſi forent magorum gaudia
Nonam manerem, a ſole lux cum ſexta ſit.
Quid me malis male petis inſontem modis?
Rha. Iratus es: piget profecto huc iſſe me
Hodie: ſine auibus hoſtio me tollere
Cauebo poſt hac. Iac. quas aues? quod hoſtium?
Tot prouocatus ſe quis ira temperet?
Me quæq; habent inſecta pro cadauere.
Nam ſunt mihi haud minora quæ bilem ciunt:
Ne torre prunas ſi ſapis magis feri.
Rha. Ahah meus tu, ſanius uigila: tuum
Memor uide: uel bucinam curauero
Mihi dari: ne te quis alloquatur eſt opus
Niſi luna uenterq; tumeſcant optime:

Iubebitur. Iac. Pergin male mihi dicere?
Rha. Atqui hæreo: non ſic ſoles: ſcis me tibi
Amore tanto obnoxium, & me cuſpide
Tam ferrea, ferox ferociter feris?
Iac. Amamus alter alterum, nil clarius.
Nunc quæſo ferramento abi grauis tuo:
Vel fatus ut ſum, gratiora proferas.
Rha. Ad te redi: ſic comicorum eſt eloqui:
Nempe ore matutino haberet ne data
Rogatus eſt & cæſar adonantibus.
Quid ſi probro maiore te petiuerim?
Quid condylo? Iac. Omne uerberꝶ genus ferã:
Verbis malis non eſt uirile parcere.
Sic ſum: mihi nihil eſt honore carius.
Meus & ut aiunt clunibus non fert equus.
Rha. O dignus athleta animus & quouis duce:
Vix natus annos undecim tanta audeat?
Facit indies ut plus amem ſe pluſculo.
Niſi grauitas uetet ter hunc mox oſculer.
Iam parce: fateor centies peccaſſe me.
Iac. Meliora ſis ergo loquamur: at pedes
Moue ocyus: labore non iniuriis
Calebimus. rha. quanquã obſequi nuſquã tibi
Nequeo, monendum te tamen qdquam putem
Iac. Tuum ſubire quodqꝫ munus ne time.
An non amor diſcendo cœpit mutuus?
Rha. Debet uiri qui liber eſt incedere
Gradu. Iac. Fateor ubi non uetet neceſſitas.

Lex omnis eſt exceptioni obnoxia.
Rha. Prudẽtis eſt locũ uereri. Iac. Nec minus
Prudentis eſt ſe tempori componere.
Tu maior es:plus iuris utri ſit doce.
Rha. Thaletis hoc eſt & Solonis dicere.
Nos ne quid erremus/tenere inter duo
Greſſum decet:nec ocium proinde nec
Feſtiuitas ſit/unde nos quis arguat.
Iac. Dictũ bene eſt:mos eſt gerẽdus: tu ſed/I/
Præ: fidus adero: quibit alter alterum
Audire/laxis ut placebit auribus.
Fac ergo quod ſoles:quod addiſcam incipe.
Rha. Quam ueritati chriſte præſtat lenitas.
Ignem prior parabat atq; ſanguinem:
Agnum/leo qui fuerat egit altera.
Blande loqui pergam/mali ſilentio.
Places quidem :tribus ſed annis te licet
Sim grandior/didiciſſe me quod non pudet
Nec diffiteor/& promere ipſe tu ſoles.
Iac. Quandoq; & ipſos aggredi palemonas
Ferme eſt ut audeam/mihi ſi ſit aditus
Dicamne forſitan truonem illum/labris
Qui maximis & auribus dependulis/
Tumente mento/& coma numerabili/
(Trigeſimo nam uix capillo tectus eſt)
Colloq; longiore quaſi pallo caput
Prægrande ſuſtinet/bouillis cruribus
Quæ uentris onus amplo ferunt conamine

Illum ne ſcis, foſſæ qui ad auguſtæ fores
Nouiſſimis habet/uetuſtiſq; ædibus
Quæ ſemipictæ ſunt adhuc, pueros ubi
Numerare ſyllabas docet uulgarios?
Rha. qd tandē?an hodie ſcibo qđ dicturus es?
Iac. An noſti? Rha. Ita ut te: rarior ſed intereſt
Oratio: ſed pictor, an ſcholaſticus
Es, adeo qui uiros minutatim notas?
Iac. Loquente me dudum, quibus mutiuerit
Vin ut loquar modis? rha. Mihi nunc ocium
Non eſt: quod ut fuerit, utranq; aurem dabo.
Tu dextra iturus es, ego læua: iam uale.
Iac. Feſtiuus es nimis: quibus te adhuc uelim
Sunt pauca: librum nuper attulit pater.
Is eſt domi: placiturus eſt ſi uideris.
Rha. qs eſt precor? nomēne meminiſti? cedo.
Iac. Mente excidit: ſed carminibus eſt plurimis
Pulcherrimus, circumq; totus aureus:
Vt uiſus eſt, Rhaphaelis hic mox dixi erit.
Tenere riſum ſi queam/ducet hodie
Vitulus bouem: credit minori grandior,
Dum quæ placent audit: ſitim cordi auxero.
Argenteos habet umbilicos, & feras
Argenteas, catenulæ quas ſericæ
Coloribus pluſquam decem circunligant:
Tot non ſolent opes dari nugacibus.
Rha. Qui tantus es tibi, porro neſcis omnia
Merces quidem ſic ueneunt nummo aureo

Quam plurimæ, quæ plumbeum, ſi dempſeris
Fucos, trientem nec ualent: qui diſcere
Quidquam cupit, ſpectare thecas non habet
Sed litteras, gallina quanuis ſcripſerit.
Puer ego ſum, ſed tu magis: quid plura? dic
Quid narrat? Iac. hau qd hoīs es? rem mortuam
Quidquā loqui? rha. Dicuntur etiā ipſæ loq
Nam litteræ: ſed me necas: quin currimus?
Iac. Curſum quid hic ieiuniumq; prædicas
Dudum ſecus qui dixeras? nunc ne alius es?
Sed quidquid optas, obſequi non deſinam,
Cum maximæ is mihi labor ſit gratiæ.
Rha. O, qd deus cōtemplor? o, quanti eſt amor
Amantiumq; uinculum? res grandis eſt.
Iac. Quid ſuſpicis? num ſi pluat? ſerenum ego
Polliceor: en uide me. rha. Auem concordiæ
Audire uideor ante fauſtini diem.
Miraculum uero mihi eſt, quod ædibus
Iam proximi ſumus tuis: curſu abſtine
Iac. Pro uehiculo nobis fuere fabulæ
Rha. Vale: redibo mox leue ut ientaculum
Guſtauero. Iac. Quin non abibis: mea libens
Te mater excipiet: amorem mutuum
Nos inter audiit: uidere & alloqui
Te ſæpe dixit cupere ſe: uah ne nega.
Rha. Expectat & me mea, dies enim albus eſt:
Domicænio cuiq; eſt opus. Iac. Rectū refers:
At diximus de prandio: te ad ueſperum

Abire patiar: hoc mihi nunc muneris
Da quæſo: ſunt & ſeria quibus te uelim
Non pauca: te fer huc: uel intro ui traham
Rha. Nũc me ſiuas: poſt hũc diẽ nunquã abnuã.
Iac. At nolo: præſens ſi negas, abſens quid es
Facturus? audi, & de libro quem dixeram
Quid inquis? Rha. Vt mi pruriat totum facis
Caput: ſed affer huc eum obſecro foras,
Vel nomen ut ſciam. Iac. Veni, non pareo:
Fruſtra obſecras: factus ſum inexorabilis:
Pranſurus es mecum, priuſquam hunc ꝓferam
Rha. Violentus es nimis, nec æquum reſpicis.
Iac. At tu obſequens ſi ſis, benignus es ſatis.
Aequiſſimuſq;. rha. Di boni quis tam potens
Obſiſtat hercules tot ictibus? tua
Sed pertinax me uincit importunitas.
Eamus intro, quando quod uis expedit.
Iac. O, nunc quidem ueraciter te diligo.
Rha. O, quaſi prius fallaciter dilexeris.
Iac. At ſic loquor. rha. qd ergo pr̃es ſumptibus
Fruſtra magiſtros tot laboribus premi?
Quod ſola dat natura, non noſtrum eſt ſequi.
Iac. Errando diſcitur: nec argus omnia
Semper uidet: maiore ſed periculo
Inuadimur: timere non inſcitia eſt.
In lite maxima & graui negocio
Iudex & actor unus eſt. rha. iniquitas
Fit legibus: duras rei partes quidem

Narras: quis autem tam potens tyrannus eſt?
Iac. Adriacus arbiter, rei uero ſumus
Nos: nec fugit me ſpes. Ligur quid ſtas? ligur
Heus curre: uulcanum mox duobus bonis
I, faſcibus refice: bene eſt: hic tu ſede,
Et dum paratur quidquid opus eſt prandio,
Quod proſit & iuuet loquamur: incipe.
Rha. Liber id utrunque faciet: hic te debito
Abſolue. Iac. Ne me coge deprecor modo
Cænaculum triceſimo conſcendere
Gradu: dies nec abibit, antequam feram.
Rha. Eſt ergo quod dictum prius uelim, niſi
Neuis: Iac. Quid eſt? audire totus geſtio.
Rha. At ego loqui, quando redintegratio.
Amoris eſt. Iac. Quid ergo fari ꝓpe times?
Vide tamen ne ceu terentiana ſit
Sententia, ut pro pace litem ſuſcites.
Maioris ille amoris iram fomitem
Dixit futuram: pro bono ne des malum
Præſens futuro: ſpem rei ne præferas.
Rha. Quis ego tibi, quis & mihi tu ſis, modo
Non eſt ut effari neceſſe ſit: quibus
Maiora de te (quidquid opto) mihi in dies
Polliceor. Iac. Aequum dicis, & rectum ſapis
Rha. Iraſcitur quandoque uir, nec ſemper id
Puto nefas: eſt cauſa quæ rem temperat,
Vel auget: ergo ne mali quid iudicem
Aut ſuſpicer de te, quid eſt quod tempore

Tanto mihi bonus cum fueris/hic denicꝫ
Succenſuiſti? Iac. Ah tibi ne ſuccenſere me?
Iſthanc apage procul fidem/ſi me ignibus
His ſtraueris feram/malum nec te putem:
Nam ſi ſinas/paucis habebis omnia.
At o/pares utercꝫ.rha.Gaudeo.Iac. ecce adeſt:
Eamus obuiam. rha. quod opto præcipis.

Scæna Tercia. Locutores idem. Rhaphael.

Vid tā repēte egreſſus ē domo pater
q Vix prāſus? Iac.is domi foriſcꝫ puigil
qđ agat hēt q̄ plurimū : nec nouimus
Quidq̄ minores:ſic ſolet:res ē uetus
Rha. Quam comis eſt:illo nihil benignius
Quam delicatum me/ſuumcꝫ fecerit
Quis referat?ambos poſſet hic credi ſimul
Genuiſſe nos. Iac. quid hunc ſatis ſi noueris?
In urbe tota ſcis eum cariſſimum:
Mentes deo qui perſpicit placet magis.
Meus eſt:tacebo:par necꝫ eſt placentiæ
Sed eſt quod audias:uoco te iudicem.
Rha. En ſum tacens/nutu locuturus tuo
Dum quod cupis feras:patroni ſic ſolent
Noſtri clientibus fauere qui ſtudent
Suis/nec æquum quid ſit/aut ius/quæritant
Auro ſinum dum compleant ſibi:uerum ego
Quocuncꝫ pluris auro amicos cenſeo?
Quo te magis?Iac.Super iſta ſunt:qn hoc age.

Patri ſolent ut nati, ad atrium comes
Hinc me ferens, olympicum pro limine
Stantem rogaui: te ſibi quæſitum ait
Diu: quid? illum uis ne tu huc deduciet?
Rha. In peſſimam uiã crucẽ exige peſſimum
Tu qualis eſt neſcis: ſuilla fœdera
Nobis procul ſunto. iac. furere ceſſa bonis
Vt abeat indicam modis. rha. quin hunc ueru
Cruentus ut fugiat agas aut grandine.
Iac. Ah tanta dic ſit unde uelitatio.
Rha. At uelitum res noſtra lite maior eſt.
Hic quartus eſt dies: ſimul de ſyllabis
Certauimus. iac. Tecũ ille? rha. Mecũ illũ ĩquo
An quilibet idem non poteſt? iac. Põt qdem,
Sed abſq; ſpe. rha. De iure ceciderat loquens.
Iac. Non me fefellit ratio. rha. Me qd ergo tu
Nũc fallis? iac. ah qd? rha. Nõne plurimũ tibi
Me diligi ſæpiſſime dixiſti? iac. Adhuc.
Et dico. rha. Me non ergo dum loquor tuis
Laceſſe nugis, uel tace magis dic, aut abi.
Iac. Superos profecto teſtor omnes, cunctaq;
Cum ſole ſidera: & boni quidquid ſcio
Quod obeſſe quiuerit tibi, uel id parum,
Tuliſſe me nunquam: quod autem me arguis
Fruſtra locutum, fecit amor & ueritas.
Rha. Poſthac caucto ſi ſapis palpamine.
Probi uiri artem non eſt ſequi gnatonicam.
Iac. Pax: at loqui ne deſinas. rha. Errauerat:

Contra arguo:cucurrit ad conuicia
Proh quæ nec ille lampſacenus euomat.
Quin erubeſcat audiens. Iac. Cur hunc deus
Non noueram prius?ſed o/ſe huc referat:ut
Quid peſſulum queat/illius tergo probem.
At hic mane:quandoq; capit & te furor.
Rha. Iacobe mi fit nemo ſibi iudex bonus.
Inulæ profecto ſimilis eſt patientia:
Quouis loco frondeſcit illa maxime
Quãdo æſtus eſt/nec quæritur: hyems ſi ſit/&
Opus/latet. Iac. Dictum placet:ut iaſpis eſt
Smaragdina:ſed & quæ fuit dic ſyllaba.
Rha. Penultima tui nominis:paucos ego
At ille plures proferebat complices.
Ratione freti pauciores(mos ut eſt
Peritioribus)dedere pollicem.
Mihi fauentes. Iac. Credo tanquam uiderim:
Certum tamen cum neſciam/dic obſecro.
Rha. Hebrea quæ flecti latino non ſolent
Nec more poſſunt/ſine acuto nos decet
Proferre:ſi quis illa uelit ut noſtra ſint/
Vs/ſyllabam fini dat/at manet ſonus.
Quod uero acutum dicitur/non eſt breue.
Nec cuncta quæ fas eſſet/hi ſemper mouent.
Nec ubiq; gaſpar rectus eſt nec gabriel.
Iac. O/regulam aureo philippeo mihi
Ter cariorem:hoſtilis ira profuit.
Rha. Ire memor modo ſum tuæ: quod cœpas

Impranſus, hic nunc expedi, cum pranſus es.
Iac. O, & magiſtri ipſi doceri ne indigent?
Præterita lis non eſt bonis memorabilis.
Rha. Eſt lite nota pax: malo ſcitur bonum.
Iniquitas ſi nulla ſit, quid dixeris
Aequũ? Ia. oẽ. rh. uah triſtis puer. iac. ſed triſtior
Qui uincitur. rha. Aliter uolebam dicere
Iac. Tuum uolebam fumus eſt ni feceris
Aut dixeris, neceſſe quod prius fuit.
Rha. Et hoc quidem norã ſatis: minus tamen
Cautus loquendo protuli, cuius modo
Piget: ſed & quæcunq; non ſemper cato
Perſpexit: argi mane quem tu dixeras
Memento: quadrupes eſt equus, cadit tamen.
Iac. Ah quid rubes? quæ diximus iocum puta.
Dixiſſe uero quod uolebas incipe.
Rha. Amãdus es: nam ex optimo etiã pectore
Procedit ira: nil quod urat te puto eſt.
Si rettuleris: ego maledicta non amo.
Nam de tacendis hæc malis eſt regula.
Iac. Quid caſtore eſt opus? tibi alcedonia
Pronuntio: qn parce tu, ſed iam obſequar.
Homo ligur hic haud eſt malus: domeſticis
Merito placet: iuſſus laborat ut canis.
Nec multiloquus eſt: ſiqs aliqua hunc arguat,
Vllum repente non aſellum tam pudet.
Mendaciorum eſt neſcius: quo fabulam
Narrante credendum facilius cenſui.

Rha. Bene ꝓparas/pudore aſellū/ope canem.
Sed publicis eſt moribus licentia.
Quæ fabula eſt?refer. Iac. Rei pectus mouet
Adhuc memoria:ſed lien hanc uicerit.
Cænatus heſterno die/farinulæ
Ludo tribus me horis uacans exercui.
Fandiq; agebam ſeu nefandi neſcius/
Obolis grauis donec mihi ſinus fuit:
Quod cæteros ambire ſat præuideram:
Vt falleret me/uerba dabat hic plurima
Se ſe loquacior:trium regum dies
Quam ſancta ſit memorat:deumq; denicq;
Teſtatur/ipſa nocte ſæpe beſtias
Audiſſe ſe/noſtro loquentes ſchemate.
Firmare dictum plurimi/& ſuam
Fidem exhibere teſtimonio:ſciam
Profecto dixi:nec piger ſtabulum peto.
O litoris hic aſellus/& cuſtos canis
Patriſq; uector equus/& alter hoſpitis
Auunculi aderant:quattuor ſunt beſtiæ:
Vnius una inquam ſatis erit dictio.
Quid ocyus quam dixerim rides?mane.
Rha. Quo ſq̄s iturus iam fere præſentio.
Sed ꝑge. Iac. Pro quinta quidem ratus fui
Haberier me beſtia/quæ uero eram.
Rha. Tuus ne raphael tale cogitauerit?
Iac. q̄d inde?ſagus es & amas: poteras quidem
Vtriq; quod habes grandis eſt potentia.

Rha. id ſi aureum me feceris/non audeam
Non ſemper annis uincitur qui fortis eſt.
Virgultum es/arborem uidebo:nunc mihi
Spectaculum expecto dari ſpectabile.
Iac. Mulcere primum cœpi equos popiſmate/
Caniq; blandiri/caputq; comere/
Conìector omnis fore paratus ſibili.
Iam culmen ipſa nox ſupremum aſcenderat.
Aſino propinquus fio:uoce maxima
Ceu territurus me rudit:quid cætera
Referre?tu ridebis/at ego inſaniam.
Rh.Dicere opus ē.Iac.Pudet.rh.mei ne ſolius?
Vnum ſolere ſcis eſſe nos:nemo ſciet.
Iac. Aſellus ipſe(capite demo pilleum)
Olus comederat ſacrum. rha. qs prompſerat?
O/ſcarilegiū imane. Iac. Neſcio. rha. ſed id
Verbenane eſt quod tu ſacrum uocas olus?
Iac. Nec id ſcio:ſed me rei docet exitus.
Rh. qd fecit?Iac.Vtero excuſſit atrū dæmonē.
Rha. qd?nōne riſiſti?Iac. hem tace:riſiſſe me?
O/culter ubi eras?nunc nē ruderet rudens?
Ne me amplius quæſo fatiga:dicere
Magis ueta. rha. quod ipſe nolis uelle me
Nefas puto nec roſculo piabile.
At ut ſcias/rudentis eſt ſic gratias
Referre:de ſe quid merentibus:domi
Erat tuæ:blanditus es:bene eſt. Iac. facis
Indeſinens tibi ut noui aliquid debeam:

Qui & quod ſolent doces inertes beſtiæ:
Quod pridie ſcitu fuiſſet optimum.
Nunc tibiam cum ceperim/ipſa ludere
Si me ſinas pergam. rha. Precor/nedũ ſino
Iac. Vidiſti ab Antonini euntem me/ferum
Cum diceres? me maior impetiuerat
Bolus: comas poſt terga criſpulus face
Clam tetigit: arſiſſent/opem ſi non ſtatim
Tuliſſet æditųus: eum ſemper deus.
Tueatur: at mihi ille pœnas furcifer
Expendet: o/ſi pro foribus hunc uidero
Se ferre noſtris/hem quid illi ſum ſcio
Facturus: eſt ergo unde culpam deleas.
Rha. Deleta iam dudum eſt: ſed ad te iam redi
Da quod daturum te in uia ſpoponderas.
Iac. quid amplius dem/qui tibi mecum omnia
Plus millies dedi? rha. Viden iam qualis hic
Eſt rhetor? at non præſtinat boarius
Peremptor ullus cornua: ſatis & ſuper
Habet domi: ſic uerba mihi nunquam dabis.
Abi/rediq; more celer athletico.
Librum uideri iam ſinas belliſſimum.
Rides ne? quid ceſſas? abi ſodes modo.
Iac. Vah quem librũ? nihil habeo qn uideris.
Rha. Hunc mane quem tuliſſe dixeras patrẽ.
Iac. Obtundis: ille nullus eſt. rha. Cur ergo ſic
Mentitus es? iac. quo tardius me linqueres.
Nec tam diu ſimul fuiſſe fas erat

Niſi te feſelliſſem. rha. Vapherculus puer:
Vix parco:tale forſitan adhuc ſerium
Derideas quo me/tibi eſt? o/beſtiæ
Factum referre inertis/uſtos & face
Clam mane crines cærea:ſed inertior
Qui credidi:iterum mene falſurus es?
Nequidquam eodem cras redibis. Iac. ne fure
Satis ægrimoniæ fuit:iam gaudiis
Eſt conſulendum:proſit omne fac modo
Quod ſumpſimus:ludo iocoq́; fercula
Si miſceantur/optimum eſt conuiuium.
Hæc & monent totum per orbem tempora.
Te appello:noſtra fecit hoc dilectio:
Si crimen eſt/pœnas licenter accipe.
Rha. Tantillus an me ceperit? reddam uices.
At hoc cauebo mali loqui quidquam die.
Iacobe/num uidere conciliabilem
Me uis? Iac. Eo magis nihil/damno licet
Quouis meo. rha. Poſt hos decẽ credo dies
Antonii ſolemnitas nobis erit
Venerabilis:Theodorus eſt ſimul meus
Domi futurus/menſe qui iam ſeptimo
Non uiſus eſt mihi:tuo tu candido
Ad me comite uenito:pulchra plurima
Viſurus es/quæ frater allaturus eſt
Et gratulabimur & ſimul prandebimus.
Iac. nõ ſpno. rha. qn ꝓmitte. Iac. uis ne ſyngra/
Rh. Te iã ſcio:dic certius. Iac. uah q̃lis es (phũ?

Homo?fidem do teſte(uigila)hoc indice.
Rha. At indici nulla eſt fides:da pollicem.
Iac. Ridēda poſcis:ſed manum totam accipe.
Rha. O,nunc places:Ad me ne tunc iturus es?
Iac. Sum. Rha. Prādio ne tu affuturus es meo?
Iac. Sane eqdē. Rh. Vix porro adhuc credo:me
Qui ſæpe fallis,nec pudet:ſed dexterā (ita
Mi rurſus affer. Iac. En et hāc. Rh. Sat ē,uale.

Scæna quarta. Locutores idem. Iacobus.
Ei quale pranſuro paras conuiuium?
h Hoīem uidere ſemimortuū,aridum
Stridentē ut in frixorio olim polypū
Dixit ligur meus: ferox ſpectaculum
Sine igne membra proh coqui fumantia
Admiror:an tanti fuiſſe ſucula
Dicenda,quam prædatus eſt?atrox nimis
Eſt prætor ille,tam trucem ſententiam
Qui dixit:an non huic ſatis erat quadruplum
Referre? Rha. Non eſt hominis animaduerſio
Sed quem modo ueneramur hanc Antonius
Sanxit pater. Iac. Pater ne?talem non moror
Patrem:orbitates æquanimius quattuor
Feram. Rha. Obloqui caue precor,ne flāmifer
De te ille pœnas exigat. Iac. Tacebo:ſed
Sanctus licet ſit,aſperum ſat iudicem
Agit:polone tanta ſit crudelitas?
Rha. Quodcunq; cœlo ſit,bene actum dicere

Noſtra intereſt: rectum profecto eſt & pium.
Iac. Pium ne dixeris mihi, tanto quod eſt
Factum malo: non ſanitas eſt quod nocet.
Rha. quis es, dei qui archana tantus iudices?
Adhuc lacertæ cauda neſcis qualis eſt,
Et mundi habenas temperantem, ſub tuo
Vinctum cupis deducier prætorio?
Tace obſecro, exemplum ne & ipſe poſteris
Miſerrime ſis: gruniens eſt beſtia
Puſilla res, nec talibus cœlum indiget
Dei tamen quod eſt, minores ſibi male
Qui uendicant, malo nefas luent modo.
Iac. At indigere talibus cœlum, nec eſt
Qui credat: & cuſtodia cœleſtibus
Non eſt opus, dei nec uſquam deeſt manus:
In orbe quidquid fit, nec auferri deo
Quidquam poteſt, quo miror unde fulminis
Tanti furor: tu ſi quid eruditior
Hẽs, doce. rha. Non rem, ſed indignã ulctus eſt
Blaſphæmiam: neſcis patri ſanctiſſimo
Quanta imprecatus eſt ſcelera uir peſſimus:
Mortem inſuper monentibus, piaculo
Vt abſtineret, proximam minatus eſt
Cuſtodibus: duoſq; ſaxo perculit:
At ſe precantes audiit Antonius.
Leuarat infami malus manum modo
In aſtra prædo, mos ut eſt temnentibus,
Quam nec retraxit adhuc: uides ne ut æſtuat?

Iac. Vidiſſe nolim: hac me comeſturum die
Non credo profuturum aliquid: heu nox redit
Mouentur, & circunferuntur omnia.
Vbi es? tene me. rha. non cades præſente me
Eia uirile, qui uir es, cor accipe.
O pallidas nimis genas: ſecedite:
Res hæc mea eſt: ſed nequis infortunium
Eius parenti nuntiet: mali nihil
Mox ſentiet: triſtis facit ſic uiſio.
Iac. Heu me uide deus. rha. uidebit, ne time:
Quin iam uidet: tu me uide: quid lumina
Reflectis? heros o, beate ſupplices
Serua tuos: quod & puer locutus eſt
Ne ſcribe: puerum de meo cras cæreum
Tibi dabo. Iac. Mecum parumper hic ſede
Iam me fere ſatis recepi: gaudeo
Hic te fuiſſe: tu quidem ut uiuam facis.
Rha. Deo piorum quem miſertum ſemper eſt
Debentur omnes gratiæ nec fruſtra eum
Precatus eſt Antonius: ſed fide iam:
Nil amplius mali feres: mirum hoc neq; eſt:
Idem accidit nam ſæpe fortioribus:
Certare ſtrictis qui ſolent mucrouibus
Et lanceis haurire calidum ſanguinem
Tonſoriæ tactu cadunt nouaculæ.
Iac. inuiſa mihi prius, repenteq; horrida
Res appetitu perculit uitalia
Nunc hinc eamus, proderunt mox fabulæ:

Me læta poterit hectorem narratio
Efficere. rhà. filias tibi pandionis
Dari expedit/ne forte deſit cantio.
Iac. Tu ſatis es: en iam rideo: qui fugerat
Sanguis redit: uires calorem & omnia
Quæ me reliquerant adeſſe ſentio.
In cœlites grande obloqui eſt periculum
O he/ſed in primis uereri Antonium
Non deſinam: iudex & actor eſt ſibi
Nec teſtium moratur operam: me ſacras
Eius reuiſurum ter aras ſpondeo
Flectarq; nudo/ſacra dum fient genu
Rha. Ipſe comes adero: & qđ ſpopōdi mox da
Iac. Argenteos tris offeram denarios (bo.
At maior ut fuero/ſcio quæ cætera
Sum ſponte facturus. rha. fac ergo ſis memor
Iac. Memor? parem me ſorici ne dixeris/
Bis ut capiar: eia ſed interim precor
Mihi qua ſoles medere tu facundia.
Rha. Nugas petis/factam magis qua gaudeas
Rem dixero. Iac. Veris iocis nil gratius.
Rha. Vicina nobis eſt anus paupercula
Cum filio uictum meretur aucupe.
Quas ille capit aues/domi ſaginat hæc.
Bonitate quam nec ulla uincit fœmina.
Iac. Hanc nempe plautus arbitror nō nouerat.
Qui neminem dixit bonam eſſe fœminam.
Rha. Cucurbitas/bouis oua credidit: domum

Refert & anſeri incubanda ſuggerit:
Deuoluitur nido quod eſt maiuſculum.
Strependo territi parens cum muſculis
Exangulo ſe mox tulere proximo
Flens illa: nimis heu ſum miſella clamitat
Vitulos fugaces eſſe quæ neſciueram.
Iac. Ah ahe: uerane? rha. Sicut hic eſt caſeus:
Iac. Nec caſeum licet nec ullum lac habeas,
Tamen places? rha. At ne meras proferculis
Dem fabulas, quod prandium decet loquar.
Me mane rem parans eo miſit parens.
Deflebat illa turtures pinguedine
Sex mortuos: eſt inquio niſus mihi:
Quid proiicis eos? quos mihi ſi præbeas,
Grates agam: dedit: celer me inde aufero.
In angiportum uertor, hic & clanculum
Parentis ære quod ſinu ſeruaueram
Placitura (quid rides?) emo collyphia.
Iac. Quæ? rha. Dulciariũ, athleticũ ſeu martiũ
Quẽ dicimus panẽ. Iac. O, facetã fabulã:
Me ſuſcitas: nec totus es ſemper bonus,
Vere optimus cum ſis: nefas uero graue
Viduam fefelliſſe arbitror. rha. Tace prius
Quam paſca ſit, monaſticas adibimus
Aedes: id illic clam malis cum cæteris
Dicemus: abſoluet pater nos ilico.
Nec qui ſumus ſciet: clathrata fornice
Feneſtra ſub paruo, ſatis uix auribus

Eſt porrigendis. iac. Vir es abi-non mentior.
Rha. Neſcire nil prodeſt: ſed anui poſt dabo
Quo debitor non ſim: dediq; ſæpius.
Iac. Laudabile eſt: ſed accipitrem nun habes?
Rha. Tris habeo. iac. Cur latuere me dic tã diu?
Rha. Vidiſti & hos adhuc uides. iac. ſol emicat
Nec dormio: at nullam uolucrem conſpicor.
Sic pictor olim parietem fucauerat:
Quæ non erant dicebat eſſe plurima.
Non poſſe tamen ea intueri-cornua
Qui ferret: at qui ſe negaret cernere-
Non affuit quiſquam: quid hoc ſi doctus es?
Rha. Ne plus fatigeris loquar: duos uides
Me teq; tercium manemus candidum.
Iac. Bene eſt profecto comparatum: ſed hodie
Ne mentiaris-primus ungues proferam:
At pileum nolo: ſed inque-num tuus
Adhuc redit frater? rha. Doli ne me uices
Paraſſe credas rem loquar: adhuc exulat.
Sed hunc uide ne nomines: mater quidem
Vt meminit-illum flet dolens ac mortuum:
Verum quod ipſis mercibus placeat magis
Præbebo. iac. Amorẽ de te amabilẽ moror-
Nil cæterum: diues mihi uiuit pater:
Qui & filios ſat diligit: nec nos pati
Quidquã patitur. rha. at quod paraui-nõ emi
Auro poteſt. iac. An aſtra præbiturus es?
Rha. Eamus ad me: uideris. iac. eamus: decẽ

Videbo poſt paſſus: quid iſtud eſt? domum
En pertigimus: age iam precor: tanti quid eſt,
Auri quod omne ſupet. rha. idne adhuc tenes
Quod prandio dudum tuo grammatice
Et comico fati ſimul ſumus ſtilo?
Iac. Ac mane ſi factum ſit hoc, ita memini.
Rha. Terentii dum lectio placet, animum
Illi appuli. iac. quid iſtud his quæ dicimus?
Rha. Tunc dicta quæq; & facta mecũ colligẽs
Comœdiæ quidquam ſimile ſum ſcribere
Orſus. iac. Laborẽ laudo, & artem maxime,
Videre ſed iuuat. rha. Librum non aureum
Promitto. iac. qn plus aureo: ſed nũ exprobras?
Factum quod eſt, iniuriam ne dicito.
Rha. iniuriam quis audeat dixiſſe, quod
Amore factum eſt. iac. præter hũc porro fuit
Nihil. rha. Scio: ſed qdqd eſt, quod porrigo
Qua fronte me uides (amas ſi me) accipe.
Iac. Te di boni quis non amet? ſed hactenus
Amicus o, Rhaphael tibi fui: dehinc.
Fratrem uocato me: niſi & ſeruum uelis.
Rha. Ah quid mihi iſthæc: plura ſane debeo.
Iac. Videre uel caput libet: ſed candidum
Audire uideor qui fores ferit: uide
Tu ſi ipſus eſt: deduc domum, ne ſub ioue
Tam frigido diu ſit: hic ambos ego
Sedens manebo, uel uocantis ſibilum.
Si noſter eſt, ad ignem eatur primulum,

Verſus adhuc dum quattuor lego:nihil
Iam uos morabor:quin adeſſe me puta.
Rha. Quis hoſtium ferit?es ne forte candidus?
O alter ego:quid quod uiri eſt exotici
Facis?uerecundus nimis es:affer manum:
Quam frigida eſt:te mulciber dudum manet.
Iacobe candidus(quid heus torpes)adeſt.
Iac. En & ego. Rha. Dis ſodalitas gratiſſima:
Gaudere numero di ſolent ex impare:
At quenlibet ſuper placet trinarius.
Iac. Fortaſſis infortunium mi candide
Hoc mane quod me perculit neſcis ſatis:
Sibi propinquum fecerat me uiſa mors
Noctem micante ſole uidi & ſidera.
Antonio eſt ſalus fauente reddita
In orbe toto nominari qui ſolet.
Et noſter hic magno fuit ſolatio.
Non uile preterea dedit ſpectaculum.
Parumper an uis ut legamus? rha. num prius
Quam prandeamus?ſic diu non uiuitur:
At longior non eſt procul comœdia
Quam nuper egi:credo riſu ſi legas
Poſſe interire te. Iac. quid hanc non exeris?
Piget moræ:iam ſemilectam oportuit.
Rha. Vin ergo ieiunus mori? Iac. Nugas agis.
I prome. Rha. Nondum tantus iit in me furor.
Huc ite:meliorem dabo comœdiam
Receſſcꝫ plauſu gratiore gaudium. FINIS.

Rhaphaelis Placentini Iuſtinæi Caſinatiſcꝫ ordinis. Polyſtichorum liber ad Fabianum publium Mant.

HEC te mi fabiane publi tacitus præteribo: quem a primo ſanctæ religionis aditu, totus ut amarem tua uirtus effecit: hanc ut agnoſceres me ſcire non nullos ad te uerſiculos aliquando dedi: Te nuper inter optimates, patreſcꝫ noſtros aſcitum gaudeo: q nũc Caietani monaſterii gubernaculo, maiora mox aggreſſurus præſides. Tibi ergo deniqꝫ cũ pluſcula daturus eſſem, quorundã non mala uis, quos pariter amatus & amo & colo, qdquid erat extorſit. Solus hic latuit libellus, polyſtichis eſt nomen. Tibi ipſi plurima cũ debeã, hæc olim collecta offero, & tuo in lucem auſpicio praditura dedico. Quod amplius dem porro eſt nihil. Tu modo pauperis amici modicillum munus, ne quæſo ſpreueris. Si nõ eſt qđ laudes, eſt uero qđ diligas: qppe qđ nõ ex ſolis manibꝫ, at intimis cordis uiſceribꝫ exceſſit. uale

Ad Diuam Omnipotentis Matrem.

AEternum dea ſidus aue, quo callis ad aſtra
Panditur, omnificis filia ſponſa parens.
Summates quem quiqꝫ poli, quem terra fretũqꝫ
Contremit, ecce tuo præſidet alma genu.

Lampas & inſtabili quo delphica uertitur orbe.
Virgineam ſequitur nunc puer ille manum.
Aurea perpetuo qui ſidera paſcit olimpo.
Eſuriens caſtis pendet ab uberibus.
Nectareumq; ſinu placido das ipſa liquorem:
Attica nec tales nec parit hybla fauos.
Cœleſtum tamen ille ſiti cui pocula promis
Te ſatiat: meta dat grauiore uices.
Gutture uix alii capiunt ſua fercula ſolo:
Totis ambroſiam ſenſibus ipſa trahis.
Tota quidem tu digna deo: tibi cuncta merenti
Subdidit, & mariæ nil fugit imperium.
Laudibus ergo ſacras læti conſcendimus ædes
Virgo diu tantum quæ placuere tibi.
Mater in hoc o, ſancta iugo, quæ tanta precantū
Vota capis, tanto nomine quæ reſonas:
Aſpice nos: & ſi tibi ſunt obnoxia late
Cuncta: tuo tamen hic munere maior ades.
Parietibus teſtes rerum ſunt ſigna tholoq;
Pendula, felſinei ſic tibi cura ſoli eſt.
Nunc patrem ſponſumq; tuis proleq; precamur
Concilia: potis es, ſcis, neq; nolle ſoles.
Tempet infenſum tibi comis apolline martem
Et tuus o ueneris ſpicula uincat amor.
Quæq; alii cererem rogitāt, ſemeleq; creatum
Ille ſuis per te det bona ſupplicibus.
Cerbereamq; domet rabiē, quū ſtamina clotho
Ruperit, & ueros cenſeat indigetes.

Si noſtræ ſis ſurda preci/quo mater eũdum eſt?
Abſq; tuo in præceps ibitur auxilio:.

Ad eiuſdem ſimulacrum.

AEtheris atq; ſoli lux & maris inclyta uirgo
Vnica quæ parto pignore caſta manes.
Triſte hominum miſeratus iter te uidit olympi
Rector/& acceſſu deſtinat ille ſuo.
Senſimus id cuncti ſic & tua ſignat imago/
Quæ chriſto pulchris lac parat uberibus.
Cui bis ſex regale caput rutilantia cingunt
Sidera/ſunt auro pallia barbarico:
Et cherubim ſeruire oẽs denſo agmine certant/
Atq; humero fulget ſplendidiore uenus.
Pallidat hæc ſolem tergo/pedibuſq; dianam/
In populum faciles uiſa mouere genas.
Filius aſpectat matrem ſuper omnia pulcher:
Ridentiſq; inſtar porrigit os epulo.
Iamq; datam tereti dextra tenet ille papillam/
Cardilegamq; manus cætera cogit auem:
Sic rudibus ueneranda daris/ſic pariete fulges:
Immenſo tamen eſt abſq; decore nihil.
At ſi parrhaſius talem uel finxit apelles/
Filius o/qualem fecerit omnipotens.
Tanto igitur petimus ſuperas ut cuncta triũpho
Sic oculos uincat nil pietate tuos.
Præſidium ſub diua tuum poſt longa uenimus
Bella: labor uincit pectora perpetuus.

Te ſine neſcitur liceat quo triſtibus iri:
Poſt freta tu portus, poſt iter es patria.
Contra hoſtis arx fida manes: tu ſemp aſyllum
Et domus exulibus non uiolanda pates.
Quanta uales cœlum tellus mare noxq; dieſq;
Perſpicit, & quanti te deus ipſe facit.
Cœlicolum quequam nec prætulit ille parenti:
Aethereis fulgens prima ſedes ſoliis.
Mortales nunquã ſpernis tamen alma precãtes
Auxilium uotis ferre uocata ſoles.
Flecte sereniferos oculos uiuacia mundi
Sidera: uirgo tuos ſternimur ante pedes.
Fautricem ex alto miſeris pia porrige dextram:
Argue nos, modicæ ſurgite dic fidei.
Quod mater ſis inq; nocens oſtende puella:
Eſſe reis facilem cogit utrunq; quod es.
Si modo uel tandem felix porrexeris aures,
Noſter & igne tuo ſenſerit algor opem,
Ibimus huc ſacraſq; diu uenerabimur aras,
Et gratis dabimus præmia læta ſonis.

Ad Comitem Nicolaum Rangonem.

AVrea lux, omneſq; ſup ſanctiſſima fulget:
Victor ab extremo chriſtus adeſt lapide.
Aera non aliquæ denſant caligine nubes:
Lectio nec ueneti ſancta leonis obeſt.
Principis arrident noti ſimul arua triumphis:
Mæſta prius lætas dant elementa uices.

STICHA

Plurima mellifluo cantu circumſonat ales:
Et ſua ſurgenti munera dat domino.
Me cœlum me pontus adhæc me terra ſilentem
Arguit/& mundi cuncta retenta ſinu.
His pater o/duplicis patriæ tua numina/nullo
(Ah pudet)accedunt diffugienda pede.
Iam teretes torquere manus tibi debita clauos
Cœperat/& modulo accendere plectra leui.
Sed fuit & nolens auris præbenda piandis
Criminibus:triſti fugit ab ore melos.
Percuſſi indignans arcu & teſtudine terram:
Liquit & ingratos calliopea lares.
Quid faciam?tantis ne uale me dicere ſemper
Deliciis?tantæ fallere uocis onus?
Ludere me/& parere iuuat:res ardua cœpto eſt
Cedere:ſed ſanctum plus ioue paſca poteſt.
Fronte precor fer cūcta pari:quos xp̄s ab orcō
Euocat/eſt hominum pluris habenda ſalus.
Vocibus his hodie iubet ille ſilentia:ſed ſi
Dixeris/idem ibit cum ſuper aſtra canam.
Forſan & is meliore lyra/plectroq; uacantem
Donabit:graiæ nec ſitienrur aquæ.
Nicoleo interea felix duce felſina plaude/
Atq; dies grano candidiore nota.
Hunc pridē mutinæ ueterū laudata parentū
Sed tibi nunc uirtus dat ſua ſola patrem.
Et ſocero meritum dignata eſt principe/cuius
Aurea uirgineos dant tibi ſceptra dies.

Fecit & egregiā deus illum prole parentem/
Quam fido peperit regia blanca toro.
Hinc tibi (ſiſte aio) ſurgit ſpes plurima: pulcher
Aſpectus lætis iam ſcatet ominibus.
Quid cœlo coniecta times præſagia fruſtra?
Irrita erunt magnus quanta minatur atlas:
Quæ mala neſcio quis canit om̄ia græculus/ illi
Inſurgent: feret hæc in caput ipſe ſuum.
Nec ſydus te ſyrma trahens/ nec te noua ſolis
Vincendi turbent cornua: nulla rues.
Signa tibi meliora micant: uexillifer alte
Stat leo/ ſurgentis plurima imago dei.
Idem atras nubes/ ſæuiq; tonitrua longe
Martis aget: pacem fert deus ore manu.
Tradidit is dn̄o cochleæ omnes pacis habenas
Et belli: placuit pax tamen uſq; duci.
Territa nec ferro credas præcordia: ab annis
Primis nec talem guido pater docuit.
Guido auiū quē prīa biceps/ princepſq; colebat
Anguiger/ & uenetæ ſceptra ſuperba domus.
Adriaco uicina ſalo ſunt oppida teſtes/
Inclita quæ patrio iure tenet ſoboles.
Rebus enim magniſq; ſimul uirtutibus idem
Succeſſit/ dignus nomine patre domo.
Attamen hæmonius quo pelea uicit achilles/
Hoc guidone tuus dux patre maior erit.
Solus amor/ pietaſq; tui pia pectora cogit/
Victrici cedant ſemper ut arma togæ.

At ſi quid diſcordis erit Rangonis ad ædes
Confuge: ſeruabit cochlea fida tuos.
Cochlea quæ foribus totaq; albeſcit in urbe,
Lætitiaq; hominum uocibus aſtra ferit.
Hæc tibi currenti calamo dictauimus hæros
Maxime: perpetui pignus amoris habe.
Euryalus maiora tuus noctesq; diesq;
Tornat: eris turni uictor, & ille maro.
Eſt tereti iam grande aliquid niſi fallimur orſus
Nymphure: tecũ ingens morte carebit opus.

Ad Alemanum Blanchetum:.

SAncta dies aderat felix petronius aſtra
Qua petiit pater o, felſina docta tuus,
Feſta pii grato inſtaurabant corde nepotes
Annua: reddebant ſplendida iuſta patri.
Tanta quidem nõ ante dedit memorabilis ætas:
Nulla quibus potis eſt addere poſteritas,
Hinc aberas alemane domus ſplẽdorq; decuſq;
Quæ nomen pulchræ candiditatis habet.
Plurima te claro decorat cum ſanguine uirtus
Qui modo barbaricũ nil niſi nomen habes.
Extera conſilio tibi quum grauiore ſenatus
Crediderit, diſce hoc carmine facta domi.
Vix ſacra petroni requierant orgia templo,
Atq; ſuos ierat turba togata lares:
Quũ iuuenũ poſt pauca manus collyphia cãpo
Affuit: omnis eo curſus erat populi.

Pars iaculo: ſubeuntq; alii certamina ſaltu:
Illum diſcus: & hunc priſca paleſtra iuuat.
Et curſu certabat equus: qui plurimus oris
Barbarus e: uariis uenerat italiæ.
His agiles pueri inſidunt: multaq; lupatis
Ad primos cogunt ambitione gradus.
Fortia pars magnis opponere corpora telis
Eſt ſua uictorem præmia quenq; manent.
Vidimus hos inter puerum quo pulchrior ullus
Nun fuit: aut tanto huc arma decore tulit.
Huic notus probitate tibi: gratuſq; nec æuo
Sanguine nec diſpar guido pater fuerat.
Guido ſuæ inſignis patriæ pars: gloriaq; ingens
Lambertinæi quem genuere lares.
Scutatum procul ut uidit ſuſpiria mater
Hauſit: & hæc triſti miſit ab ore gemens.
Heu quis tanta meos intra ciet arma penates!
Quis ue meis audax inſidet hoſtis equis!
Sunt galeæ ſcutoq; domus inſignia noſtræ:
Sed puer eſt: uideo membra minora uiro.
Forte ne tanta meus iam uiribus audet ulyſſes!
Tu ne is es! o: uitæ ſpes animuſq; meæ.
Dilectæ parere ſoles ſic nate parenti!
Arma tuis quotiens unguibus eripiam!
Quid totiens laudata tibi toga profuit! & quæ
Supremum genitor credidit ante diem!
Ah dũ præcocibus cupis annis magnus achilles
Eſſe: tuæ potius quin memor es thetidis!

Scis miſeræ quam longa dedit ſuſpiria matri,
Quum magis arma leui grata fuere lyra.
Tu ne mihi euryali fatum narrare ſolebas,
Et dolor immenſus quam genitricis erat?
Accipe nunc eadem te te precor aurea proles:
Hæ lacrymæ, hæcq; manus, uberaq; hæc mo
Eſt certũ pugnare tñ, cui claſſica nũquã (ueãt
Diſplicuere: animus ſemper ad arma fuit.
Me licet inuita quouis procede: ſed aures
Care puer matris uel modo da precibus.
In primis heroa, fragor quem nominat ingens
Ne petito: hunc tonitru ſternere non potuit.
Dum romam calabri contra ducis arma tuetur
Denſa diem terris tollere miſſilia.
Mugibat nucibus cœlum plumboq; uolanti:
Vna uirum tetigit non iouis igne minor:
Ille animo capanea ferox ſuſperauit: & urbem
Victor abit, tanti laus fuit atq; fides.
Eſt & barbatus iuuenis cui mantua paret,
Huic annis ſed non uiribus inferior.
His nullum dare terga pudet: cõmittere ſe inter
Hos ſine, uel ſiquis non tibi notus erit.
Quãtus uterq; papæ eſt: uibrant fera tela trabali
Mole: queas clypeos credere geryonæ.
Perpetuus tegit ampla chalybs, durataq; longo
Membra labore: alii qdqd habent, olus eſt.
Credo aderit noſtro de ſanguine pulcher alexis
Hunc ſequere, & quales is petit, ipſe pete.

Sed quãto in lepores foret hoc tibi mittere ferę
Sanius/aut uolucri folle ferire manum.
O/ſuperi aduerſis aciem præſtringite/natus
Vt redeat: pannum negligo: nate redi.
Et fleuit: pueroq; manum porrexit: & illum
Amplectenda ſemel flectere colla rogat.
His umbone latens/roſeo ſubriſit ulyſſes
Ore: notis mæſtæ iuſſa parentis eunt.
Materno patriam & laudem præfecit amori:
Te neq; dixit ero coriolane minor.
Nec mora fulmineis calcaribus ilia grandi
Preſſit equo: ſaltum mox dedit impatiens.
Tyndarides nunquam ſic cyllaron urſit aperto
Carcere/nec talem uiderat epitides.
Perq; fores totis ſe mouit ab ædibus amplas
Marmoreamq; terit calce ſonante uiam:
Audentéq; fero mars hinc uenus/inde furenti
Seruabat: uires hic dabat: illa decus.
Deſpiciunt altis inſignia nota feneſtris:
Proq; ſuo nymphæ ſacra uouent animo.
Strennuus optato tandem ueſtigia campo
Fixit eques/ſtandi neſcius ille tamen.
Indignans pede pulſat humum: ferq; ore ſupbo
Mandit/ab ignitis naribus it boreas.
At ſimul ire datum lituo clangente paratis
Paruit: iratum dixeris æacidam.
Atq; iterq; rediit uincendũ animoſus in hoſtem/
Fronteq; uerſus abi iam duo dixit habes.

Nec tantæ tenero fuerant in corpore uires:
Vt totum magno tollere poſſet equo.
Vix tria luſtra ſuper triplicem libauerat annum:
Virgineus nec dum fugerat ore decor.
Tercia fata puer tenet experturus habenas:
Totus & intenta cuſpide colligitur.
Viribus & longo totis uolat æquore: qualis
Attica nubifero fertur hirundo Ioue.
Ipſe etiam lætatur equus: neq; uincitur euro
Currens: nec parthi ſegnior it iaculo.
Intrepidaq; acie uigilat: neq; fallit ocellos
Lancea: poſtremo ſternitur hoſtis equo.
Viſa ter indecori nutare eſt ſarcina dorſo
Lapſa ſolum tandem ſoſpite preſſit hero.
Quippe diem ſacrũ lacrymis aut ſanguine tingi
Innocuo: melior noluit omnipotens.
Mox alacer mediam trifida q cuſpide frontem
Punxerat: uno inquit ter dedit haſta loco.
Hæc ait: excipiunt omnes plauſu: atq; ſecundis
Vocibus: augebat cor puerile fauor.
Ibat in aſtra frequens geminatum nomẽ ulyſſi:
Donandum clamat plurima pars pretio.
Serrigero uiſum eſt aliter: nec auunculus illi
Fauit nec pulchro lacryma ab ore cadens.
Spectantes uidere tamen: munuſq; merentis
Eſſe rogant: ſpondet ſed meliora deus.
Tandem alius ſolis ſpoliis abſcedit onuſtus:
Hic laudem pretio pro leuiore refert.

Excipit hunc magni proles complexa roberti:
Nec potuit manto diſſimulare ſatus.
Victorem medio ſecurus in agmine dixit:
Oſcula felici mille dedit galeæ.
Vmbonem leuat ipſe genis/quas cernere/toto
Corde cupit: nec erat nomen habere ſatis.
Macte inquit uirtute puer/ne fleueris: eſto
Noſter/& ablatis plura ego dona dabo.
Tantum aio ſit martis honos/ſturaq; ſemper
Certa fides: mala me ſoſpite nulla feres.
Præcipienſq; audere/ſuum ſic fecit ulyſſem
Præcipuaq; ſibi iunxit amicitia.
Et ꝓpriis facit ille parem modo fratribus: aula
Tota patet puero: mantua tota fauet.
Gonziagam ſtirpem credas/ipſoq; creatum
Principe: nec lætos hoc agit abſq; dies.
Cum patre troiugenam puerq; fit cernere/cuius
Falſa nimis libycam iuuit imago ducem.
Quid tñ amiſſam quereris mea felſina ꝓlem/
Amiſſa potius uirginitate dole.
Ad trutinam te quæſo redi: ſed filius inquam
Non periit: cœlo iam meditatur iter.
Fœnore reddetur multo/factumq; uidebis
Læta uirum/tecum qui modo paruus erat.
Te probus ille toga belloq; tuebitur: hunc &
Incipies genitrix ipſa uocare patrem.
Sancta celebrabant ſic petronalia ciues
Felſinei: micuit talibus alma dies.

Abſenti ſolitis ſummo tibi uinctus amore
Vt uidi & dictum eſt nuntio carminibus.
Tu tamen ut parto uenies optate triumpho
Lætior hoc animi plura monente canam:.

Ad Cæſarem Scholaſticum.

PRimis iūcte pari mihi numīe Cæſar ab ānis
Quum ſimul ad doctas fas erat ire deas.
Crede uetus noſtri uirtus mihi ſemper amoris
Vixit ad æternum uiuere docta diem.
Sed digitis pedibuſq; paro dum forte ſalutem
Dicere fama prior ſtantis ad ora uenit.
Nuntius acceſſit lætam nimis ore ferens rem
Felſineos dixit te ſubiiſſe lares.
Læticiæ tamen hoc potuit deus addere: nam te
Ante alias nobis cepit amica domus.
Sæpe nouis illam cupii celebrare camænis:
Mole rei totiens territa uox cecidit.
Quid genus hic referā magnoꝶ & facta parētū
Rex quibus eſt longa retro pater ſerie.
Cernis aragonii tectis inſignia ſceptri!
Exulis hæc tritaui fida manus meruit.
Sed patriis niſi forte fides annalibus ulla eſt
Teſtibus at liceat credere luminibus.
Eſt pueris ueneranda parēs ſata ſanguine patrū
Serra quibus campo eſt aurea purpureo.
Nec minor illa uiris animi ſi munera tentes
Tam bene quæ tantas ſola gubernat opes.

Gracchorum nec enim ueterum cornelia mater
Nec ſoror eſt pluris credita publicolæ.
Non & ſichæi coniux opus ante maronis:
Aut ithacos textrix fallere ſueta procos.
Virtuti natos ſoli indefeſſa labore
Educat: & patriæ tot parat illa patres.
Tale decus priſco dederint ſi numina ſeclo
Quam magis o patauí creuerit inde decas.
Hãc ſino fœmineas neq̃ nr̃m eſt texere laudes
Si rota ſit lateri coſtida credideris.
At ualeant niueo quí dira precantur ulyſſi:
Guidoni peperit quem benefida uiro.
Hectoreis animo fidens iam feruet in armis:
Artubus & teneris uix graue ſentit onus.
Euandri pallanta putes aut troilon: huic ſed
Quam meliora deus fata parat melior!
Dudũ inter ſocias uictor tulit arma phalanges:
Virtutiſq; dedit pignora prima ſuæ.
Vidit mantous princeps & laude merentem
Extulit: & fixo munere plura dedit.
Surgit & huic ſolis annis cornelius impar:
Quem neq; formoſus uicerit endymion.
Credideram ſola laudandũ hũc indole: ſed iam
Cernimus in puero delituiſſe ſenem.
Tardus it ad lacrymas: frontem ſi nubilat ira:
Mox ſolet ingenuus conciliare pudor.
Si gaudet: riſu non ſoluitur aiaceo:
Stat grauis: & grata ſe grauitate mouet.

Mollia nec gelido plus fonte phalerna precatur:
Dum cænat nimio temperat os epulo.
Pluſcula promenti, cras dixit amice uenito,
Virtutem ſodes dic gula quam peperit?
Comica nec de mente cadit ſententia, nec quo
Frigeſcat petulans deficiente uenus.
Nec bona futilibus ludis dat tempora: ſiquid
Eſt ferulæ, ueneris fac ſit ut eſca uiro.
Diſcere ſollicitus plus quam ſolet ille iuberi:
Captaq; mens fido condit auara loco.
Quum licet ad caram læto redit ore parentem:
Quæ didicit certa cuncta refert ſerie.
Quæ licet infelix oleant ſpectantibus omen,
Bis tamen hunc proles pulchra uocabit auum
Vult deus ut caros tueatur uterq; penates:
Aegide maior eat, iunior ipſe toga.
Signa parat caſtris nunc ille per arua locandis,
Aut oci ſocios excitat impatiens.
Iſte tuis & matris adhuc ſe nutibus aptat:
Nec libertatis fertur amore procul.
Seruitiumq; probat factis, quo ſumma paratur
Libertas, ſacris res ſtatuenda libris.
Ludentes pueros (eſt ſi qua licentia) dictus
Iudicat: idæum dixeris eſſe parin.
Felices pueri, felix quoq; mater: & ipſum
Te pariter: placeat dum domus iſta canam.
Munere ſi fungare uiri, ſi pectore in alto
Cor uigilet, facili ſidere natus eris.

Sis memor ut ſolido ſtat mēs bñ fixa cerebro:
Quicq́ꝫ docere paras/neſcius eſſe caue:.

Ad Lucium nepotem.

LVcius ad noſtros diplomata crebra penates
Mittit/& hinc gratas ardet habere uices.
Sunt ad rem quæcunq́ꝫ tuam qui ſemper amaui
Obſequar/& celeri ſenſeris hæc uenia.
Sed tua neqdquam me expectant limina: neſcis
Vt ſancto teneor carcere/qui puer es.
Vota tuũ uerſant aīum nimis improba/tãquam
Qui ſolet aeriis ædificare locis.
Perpetuos cupis amplexus/atq́ꝫ ilibus umbra
Eſſe meis: tangi/tangere/uelle/dare.
Si uiridi quis forte uiro conſueuerit an ſcis
Vt reus infauſtum nomen uterq́ꝫ ſubit?
Nam ſi formoſum corydon neſciſſet alexin
Quam meliore putas laude canendus erat?
Dilectumne loquar iuuenem lycomedis in aula
Cui neq́ꝫ deleuit ſubdita roma notam?
Radatur leui ſi ſæpia ducta papyro
Omnia non tamen hinc ſigna priora cadent.
Talia nec noſtri conſortia ferre Simones:
Lingua ſimul uacui quod ſolet adde fori.
Nam mihi te iunctũ quis ſanguine credat auito?
Integritate nihil gratius eſſe tibi?
Viribus ergo tibi patriis prius imbue neruos/
Barbaq́ꝫ ſidereas ueſtiat atra genas.

Carmina reddentur tunc & tibi multa ſoluto
Tutius hinc ibit littera crede gradu.
Forſan & ipſe ſequar: dextras iungemus & ori
Oſcula ridenti ſæpe negata dabo.
Interea luci mea lux ueſtigia ſurſum
Dirige: uirtutis nobile culmen ama.
Tutari nos ſola poteſt poſt funera uirtus:
Nec cœlum ſpondet longa dies homini.
Arduum iter fateor: ſolum labor occupat altus
Principium: parto eſt maxima pax apici.
Tu tamen ah uotis pylios me ducis ad annos:
Tithonumq́ cupis me fore uel priamum.
Tantundem ut poſſim fieri naſonius ibis:
Sim miſer, atq́ odio ſit mihi uita rogas.
Neſcius at rerum referes: ſic promit amicis
Grata tibi, ſolido pectore quiſquis amat.
An tibi perpetui poterunt placuiſſe labores?
Aut momenta malis ulla carere uides?
Interdum inuidiſſe deos mortalibus ætas
Priſca refert: fuerat gratia poſſe mori:
Hoc turni ſoror atq́ ceres, cyanæq́ thetiſq́
Altor & audacis te docet æacidæ.
Hos neſcis, & noſtra negas: ſatyras legis? eſt &
Hic quod ames: decimã perſpice, fautor eris.
Talia ſed calidam ætatem uix tangere ſenſũ
Poſse rear: ſemper nec nigra barba ſat eſt.
Bis neq́ ſeptenos euadis apollinis orbes
Quos tamen & facie uincis & ingenio.

En cedro ſam digna facis: necnempe philippo
Indecor es: felix dum fauet. & zephyrus.
Sed captu quodcunq; uides leue dicis. itaq;
Leue: nihil præter uerq; roſaſq; uides.
At melioris agens ut mala momorderis æui.
Tota nihil dices tam graue cyrna parit.
Et ſapuiſſe magis uatem laudabis amicum.
Quem tibi forſan erit certa cupido ſequi.
Plurima ſic pullo ceſſit ſeruanda cucullo
Purpura: ſic ſacris creſcit honor laribus:
Nata nec eſt mecum materna hæc ueſtis ab aluo
Nec ieiuniloqui me genuere patres.
Sæpe idem curſu pepigi: gladiuſq; furentem
Iuuit: adhuc pulchro ſunt mihi ſigna loco.
Laudabam quæcũq; dabat maleſana iuuentus:
Toxica pro ſancto nectare ſæpe bibi.
Aſt ubi rem uideo multis uagus. alma uolẽtem
Mœnia mantoi me tenuere ſinus.
Mœnia quæ ſacræ recto ac pietate cateruæ.
Omnia per mundi climata nomen habent.
Viuitur hic auri ætatem: laudataq; uirtus
Feruet. & hic mos eſt uiribus aſtra capi.
Quæris adhæc potior cur uiſa bononia? romã
Care puer uario tenditur ex aditu.
Parendũ eſt. neq; noſtra ſibi certã aſſerit urbem
Militia. & forti patria quodq; ſolum eſt.
Scis tamẽ ut lætamur & hic: duplexq; ſacerdos
Temperat alternis tempora carminibus.

Nunc tibi ſi cordi eſt felicia forte precari:
Hoſtibus aut ſenio non minuenda pete.
Viuere uis? ſimiles ſunt ſomnus & ocia morti:
Hos fuge: qui uigilat uiuere plus didicit:.

Ad hrrculem neoptolemum.

QVæ terris inſueta parat latonius heros
Gaudia? quid tanto porrigit os iubare?
Hãc niueus mihi nẽpe lapis numerabit & inter
Felicem ſtatuet tempora fauſta diem:
Et prope iam natalis erit: dulciſſime num tu
Noſter ades? procul hinc dixerat eſſe pater:
Et calabro parere duci ſecretaq; primos
Ante ſacri proceres ſcribere principii.
Quæ decus o patriũ patriis bona reddidit oris
Temperies? huc o quæ tibi dux charis eſt?
Felſineum ſic nectar amas? num forſan iapyx
Odit apes? nec habet paſcua parthenope?
Sed placet antiquos repetis quocunq; penates
Numine teq; meæ eſt tangere fas manui.
Promere nũc aio quod ferbuit ante iubemur
Hoſpitis & gratas ſubdere res oculis.
Quid ſtultus qd mẽtis ĩops tibi ferre qd audax
Spondeo? ſum lapidis lacryma tu padus es.
Neſcieram magno quid ſit faba parua leoni:
Vt nihil eſt: talis nec placet eſca fero.
Ipſe ſed id ſæpe optaſti prompſiq; rogatus.
Peccatum (mala ſi uota fuere) tuum eſt.

Alter eras? guſtumue bonus mutauit apollo?
De pluteis igitur non nihil ede tuis.
Tu ſyluas quod ducat habes: tu flumina retro
Vertere quis: cantu conticet aura tuo.
Proferri iam noſtra pudet: domat omnia uirtus
Herculis: herculeis nil ſatis eſt manibus.
Sola ſed alcidam non uox facit inquis: at ille
Viribus, inuicto tu facis ingenio.
Rupis auentinæ furem mactauit, & ulnis
Terrigenam potuit mittere ad ima libem.
Magna cleonei uictor ſcidit ora leonis.
Perdidit heſperii corpora trina ducis.
Ceſsit ap, cuſtoſq; draco, ſtymphallis & hydra
Styx quoq;: tergeminũ traxit & inde canem.
Et cœlum duro fraternaq; pondera collo
Suſtinuit: taceo plurima: mille puta.
Allicis ipſe deas cantu & deducis olympo:
Inter amæna ſonans ludere prata facis.
Barbara nectareis modulis tu pectora mulces:
Temperat & gladio ſanguinolenta manus.
Quis cladẽ infandã quã rex decreuerat hoſtis
Neſciat, & latium quanta petebat hyems.
Flexiſti ter utrũq; genu: dextram ille precanti
Porrexit: reſonans hauſit & aure melos.
Te pallas te phœbus amat: tibi candida flores
Fert clio: texit laurea calliope.
Nec tanta eſt ſuperis noſtris incognita uirtus
Qua ſuprema etiam numina concilias.

Senſimus ut ſuaui ſũmã modulamine matrem
Flectis: & ut dignas fundis amore preces.
Da ueniã: precor o: reſonẽt ea carmina noſtris
Auribus: & prædam me loquar eſſe tuam.
Quid rides? ſic ſæpe mouent ſe ſidera: q̃ nam
Iuerat acceptum: quid ſua ſi dederit?
Tardipedes uana incuſas uertigine mulos:
Eſto: ſed & partem mens habet alta ſuam.
Effugio non iſta ſatis ſunt uerba: canendum eſt:
Non credit tabulis omnia uir ſapiens:.

Ad Bonfranciſcum Pont.

CEdere felſineis iuſſere penatibus alta
Conſilia: & proculo dicere: ſancte uale.
Si reditus ſpes nulla foret: quis pectore curas:
Quis tantas miſero corde moueret acus?
Patria totus erit mundus: ueſtigia nuſquam
Fixero: me poterit ſiſtere nulla uenus.
Quum ueteꝶ menſis uetuere legumina q̃dam
Ah dederint ſaltem mandere nigra ſues.
En modicæ uis quanta fabæ: tam flebile ſola
Quæ ſupereſt: fieri præcipit exilium?
Non tamen hãc odio patrũ cecidiſſe uidemus:
Nux quaſi iuncta uiæ uulnera tanta fero.
Fer modicum dixere: breui modo tẽpore pare:
Gaudebis: tacui: credere plura licet.
Serrigeras iterum uiſam arces: aurea ſigna:
Petroniq; ſacram fas erit ire domum.

Rurſus amœniloqui tãgam pede docta philippi
Limina, meq; meo dulce feram thalamo.
Qualis apes roſei primos uaga ruris odores
Vere legit: cella condit & illa ſua.
Quã grauis interea eſuries, ſitis, æſtus, & algor
Me manet, & ſoccis fragmina quanta paro?
Non tamen ante ſuo me triſtis acedia iure
Deprimet, in ſtygios eſt reditura lacus.
Inuictas iucunda manus ad uota mouebo:
Grande mihi dudum pectore feruet opus.
Plura tuum quãuis urbs o lepidea merentem
Ardeo carminibus tollere pontificem.
Quid dẽ aliud? cũctis opibꝫ noua gratior illi eſt
Lectio: perpetuum carmina nomen habent.
Vos modo (nr̃a odio ſtridet chelys icta recẽti)
Cœptis cadmeæ quæſo fauete deæ.
Sed qd id eſt? fruſtrane p̃ces in numina mitto?
Num mea fallaces uota ruunt zephyri?
Ah pereũt quæcũq; loquor, nec magnus apollo
Reſpicit: indignans terga thalia dedit.
Et calamos pan ipſe negat: neq; faucibus uſtis
Pægaſis hærentem temperat unda ſitim.
Magna metum potuit tandem ſuperare cupido:
Hauſerat alta prius pectore lis animum.
Cellam adeo, mediãq; admota obduco feneſtrã
Abiete, & hic toto colligor ingenio.
Murmur ad arrectas nullũ tamen ibat ad aures,
Sæpe quod ante cadens fons dabat Aonius.

Sic quoq; ſuſpenſa digitis triſtabar auena
Et laſſis clauſi lumina mæſta genis.
Me petit hic lituo iuuenis qui numine diuum
Mortales curis nocte leuare ſolet.
Penſilibus mox turba patrū redimita corymbis
Affuit: & circum me furibunda dedit.
Vnus erat cui criſpa genas obduxerat annis
Barba: ſuper reliquos ſæuior his fremuit.
Quid uates totiens ſanctos impune laceſſis
Perfide, uirgineas auſus adire fores?
Credidimus nobis fore dignum & fauimus oēs
Te quoq; nos inter mens numerare fuit.
Legerat & frondes ueteris iam phœbus amicæ:
Temporibuſq; aderant ſerta locanda tuis.
Te uero ad proceres alios malefide dicatum
Vertis: & ignotos dant tua plectra deos.
Sed ſemel atq; iterum cæco nos finximus ore
Et ueniam facili pectore præbuimus.
Multa ſenem pueri ſic ſæpe licentia turbat:
Voce ſolent iram facta minora ſequi.
At rurſum maiora moues, colophonia quæ uix
Bucina, uix mantus audeat aurea uox.
Tu ne heroa canes lepidi qui tantus in urbe
Præſidet: an pergis ludere? triſtis eris.
Nec mora, tolluntur borea, grauiora minati:
Et trepidi ſomnus fugit ab ore grauis.
Tunc mæuaniaci mihi mens inſomnia uatis
Obtulit, in puero ſic uagus inciderat.

Non tamẽ heſterno poterã madui ſſe phalerno:
Qualibet incænis ſtamina nocte premo.
Conticui: ſed tempus erit quo & pallade iniqua
Liber, & inuitis mille ſonabo deis.
Gorgonios fugiẽt chryſendeta noſtra liquores:
Nectaris impleritque quum deus hæc melior.
Nunc legum antiſtes rex & ſanctiſſime fautor
Bonfranciſce diu plus habiture uale:.

Ad Cipicum Famæauguſtæ Pont.

Te mei uerſus: audendũ eſt: ite, manet uos
Non matutino Cipicus ore pater.
Cipicus auguſtæ lux qui certiſſima famæ
Magna dionæo dat monumenta ſolo.
Noſcite: frons illi praſino nunc tecta galero eſt
Quem cito concha tamen tinxerit herculea.
Frons facilis triſti quæ nõ caperamine quenquã
Terreat: in ſancta eſt ſancta uenus facie.
Ille ſui docta eſt domini qui ſolus in aure,
Cui dominus ſoli fatur in aure ſuus.
Quẽ dñm? ſi audire uacet rerum ille ſedendo
Primus ſub primo principe iulius eſt.
Iulius ætherei ſeruat qui uincla ſimonis,
Cuiq; micat patulis aurea glans foribus,
Nec prior hoc alter triplici decorabitur auro:
Tangendumue humili porriget ore pedem.
Vltima quæ ex terris ierat tuncalma redibit
Virgo: nouus tutam uomer arabit humum.

At diuina hominum ſi quis tamen ora laceſſet
Improbus,& petri plumbea in arma furet,
Romani ſtringet fratris chalybeia uiuax
Iulius,a ſumma uim deus arce dabit.
Maximus eſt tanto regi parere triumphus:
Seruitium non eſt hoc ſed amicicia
Ite inquam:uirtus genuit uos priſca: parentem
Cipicus o,ueſtram credite amatus amat.
Cingitur heroum quãquam expectante caterua
Si procul aſpiciat leue patebit iter.
Vos facili excipiet dxtra:dabit oſcula:& auceps
Impiger emiſſas colliget aure preces.
Sic ſolet:hinc fratres iuere epigrãmata ueſtri:
Et tanti teſtes ſe ſtatuere boni.
Illic quantum opis eſt uobis, læta ora mouete:
Digna date immenſis præmia pignoribus.
Remq; uirumq; pio qui ſaltem agnouerit ore,
Danda patere manus ad meliora facit.
Si quærat,pro more,cliens quid fidus agit,uos
Omnia me ſcitis uera tacente loqui.
En phalero ſuccinctus equũ:iã ſura cothurno ẽ
Condita:iamq; armat circulus æſq; pedem.
Incomptos facilis quum uiderit ille capillos
Credet.honor dicet tale fuit curio.
Sancta quies,lateq; boni ſuper omnia uultus
Non fugient:præ nunc ut licet ite,ſequar.
Retro pedem ſolio nec dum tuleritis ab alto,
Et memor alloquiis tercius interero.

Vos miſeri ſi forte aliqua/ſi forte cuculli.
Arguat: eſt damno dicite culpa minor.
Non nitet exilio qui plectitur: auribus æger
Carmina non animus pangere grata poteſt.
At rurſum uiſetur hero ſi felſina: nobis
Peniculus melior tunc erit & ſtrigilis.
Pallas & aoniæ capiunt ibi plena ſorores
Gaudia: plus aliquid phocide rhenus habet.
Rhenus amica uiris quo plurima ſurgit arũdo:
Fons neq; ab hetruſca ſanctior alpe cadit.
Nocturnas tamen ille moras multo urget oliuo
Dona tibi uigilans delicioſa parat:.

Ad Franciſcum Vbertum Cæſænatem.

PRæcipites dudũ uideo franciſce nec ibres/
Nec ſimul accliuem te timuiſſe uiam.
Lubricus effœtas uires non terruit error:
Non tibi uis animi membra labare tulit.
Hoc te piniferos uiſurum in monte gigantes
Credideras/etiam mus iuga paruus habet.
Robora ſæpe breues ſtrident ſuper alta cicadæ
Curta ſuper magnos æra ſonant apices.
Fons et ſi formoſus ineſt/helicona tamen non
Crede/nec eſt phœbo noſtra dicata domus.
Nulla meduſæi fuſa eſt hic gutta cruoris:
Nec pede doctificas pægaſus hauſit aquas.
Hæc loca teſpiades nunquam uidere puellæ:
Huc nunquam aſcræi uirga coegit oues.

STICHA

Non amphionio nobis ſtant mœnia cantu:
Nec/me ſi influctus iecero/piſce ferar.
Me neq; threiicia cithara donauit apollo:
Nulla meos nouit ſylua trahenda ſonos.
Pieridum quondam dulci tamen actus amore
Sæpe pias uolui uoce mouere deas.
At nunquam noſtri placuit ſymphonia plectri:
Ibat & ipſe leues ſic labor in zephyros.
Virgineos terrebam aīos: nam carmine molli
Improbus ut meditor uincere/ſtridor erat.
Egreſſus qualem uaſto polyphæmus ab antro
Per maris æolii littora ſæpe dabat.
Quoq; tñ in magnas ferri quis ſuetus amore eſt
Delicias/mea tu limina calce feris.
Serica dulichio quid crocſe precaris ab Iro?
Nec rubicone parens indiget oceanus.
Pinguis apollineo quo cantibus anſer olori/
Noſtra tuæ tanto cedit auena tubæ.
In mundo ſunt arma tibi: neq; uota refellunt/
Et tua perpetuum uer philomella facit.
Semicomeſta mihi uolucer tegit organa pulnis:
Nil niſi quod crotalus preſſa ſonant digitis.
At ſtandi impatiens uirtus & amica labori eſt:
Perpetuo nobis ocia ſunt odio.
Vertor ad indigetes noſtros quos nulla fatigant
Lemata: cœleſtes ambitione carent.
Gratulor hic franciſce tibi/qui lumine tanto es
Et decus & patriæ gloria prima tuæ.

Qui tibi ſæpe licet nectas ueſtigia ſocco,
Ipſe cothurnatis quum placet is pedibus.
Nec latet ut poſita tutus ſpaciaris habena,
Quamq; tuos cicero poſsit amare ſonos.
Veniſti, iam noſter eris: uetat ire tonantis
Ira poli: furiis (ſuſpice) ſæuit adhuc.
Maioremq; auſtris nubes uictoribus imbrem
Parturiunt: uaſto uiſcere feruet onus.
Sic ſuperi uoluere puto: cænabimus una:
Menſa dabit gratas relligioſa dapes.
Et noſter placitura poteſt dare fercula promus:
Nec cænas hilares beſtia ſola facit.
Si tamen hæc triſti perget ſententia cœlo,
Non deeruntq; molles nocte adeunte tori.
Barbiton interea capies qua ſceptra deoſq;
Dicere, & heroum fortia facta ſoles.
Perq; tuos hilari flores & prata chorea
Ibimus, & ſi quos ſparſeris ipſe legam.
Sic ſoleo, ſic auſa polo ſe credere uirtus,
Si qua mea eſt, ſi quid fert mihi cella breuis.
Pertigit armenias ſextum ſic noſtra uolumen:
Velleq; iam domini cœperat ire domo.
Repreſsi uero incautam: temeraria dixi,
Quantus adhuc neſcis te manet accipiter.
Pondere cortis aues ſuperas: maioribus alis
Eſt opus: ortygio nata nec es genere.
Illis fracta patent uix fracta cacumine primo,
Intactoq; uolant pignora parua toro.

Tu grauior mecũ remorabere:terga philippo
Iam dedimus:tanti nunc tua lux procul eſt.
Q uam rurſum uiſura licet ſis-longa tamẽ ſpes
Eſt nimis-autumnis cæcula iam tribus es.
At ſuprema graues uidit clementia curas:
Et noua fax tanto fulſit in exilio.
Fax aliquã cœli qua nulla obducere partem
Nox queat-& nullus ueſper obire diem.
Ibo ad te-mihiq; alter eris franciſce philippus:
Non erit hoc melior aere felſineus.
Mel qui quærit-apem ſuccis ſectetur onuſtam:
Ad mare ſeruato tenditur eridano.

Ad Fabianum Condiſcipulum.

Nil ſcriptu fabiane qdem ſpes optima dignũ
Nouimus-eſt aliquid noſſe neceſſe tamẽ.
Sic iubet ille potens nobis qui corda tot annos
Iunxit amor-iaculo non dirimenda iouis.
Conterat ille licet ui pelion oſſan olympum-
Noſtra tamen lauro uincula facta ſciet.
Hinc potuere patres diſtinguere corpa & inde
Fortius ut facerent credo habuere nihil.
Non animi ceſſere loco-neq; cedere diſcent-
Cæna licet tandem nos cybelea uocet.
Omnibus & cineres terris ferat eurus & alto-
Qui ſolus ſtatuit deſtituiſſe poteſt.
Haud faciet tamen:ante poteſt frigeſcere titan-
Luna calere-furens imber in aſtra dari.

Ver: alio coquor igne: tuus mihi uiſcera torquet
Plus dolor: & plures flens mihi das gemitus.
Quid facimus mi care tñ: ſic fœmina damno
Sic puer accepto, & quiq; ſolent miſeri.
Deſipimus, furimusq; ſimul: meminiſſe maloꝝ
Nũ iuuat: at magni eſt hoc meminiſſe boni.
Quidqd ais fateor: magna eſt iniuria: magnum
Vulnus: & indigno plectimur exilio.
Frondibus herculeis ſeptas tibi mincius undas
Propinat: paruus me penes it rubicon.
Aſpicis ocneo nantes in gurgite mergos:
Sæpe ego quo poni lex uibet arma lego.
Abſumus en quãto diſcrimine, quod neq; pridẽ
Crediderani minimo tempore poſſe pati.
Stare ſed eſt animis noſtrum, neq; deſperando
Eſt quærenda ſalus: nullus erit boreas:
Et ueri mala cedit hyems: titania noctem
Lux perimet: differt quod deus inde dabit.
Eſt nobis netura diu lacheſis: uel uertice cano
Alternas dabitur uiſere poſſe domos.
Tuncq; manum manui, lateri latus addere lætis
Fas erit, & quidquid iuuerit aure loqui.
Tale ſuo flaccus fecit puto ſæpe maroni,
Maxima pars animæ cum foret ille ſuæ.
Sed modicæ qd tãta damus medicamina febri:
Adte igitur, nunquam qui procul es redeo.
Scribis & an uiuam rogitas: ſi uiuis, & ipſe
Viuo eqdem: moreris: me quoq; uita fugit.

Quod facio ſentire cupis:te care merentem
Cordis ab archano uiſcere frater amo.
Vt ualeo quid inane loquar?ſim lætus an æger
Inſpice te,facili certus eris numero.
Antiquus te cogit amor:mea credo libenter
Scripta uides,tua ſi des mihi compos eris.
Quid meus os retrahis:ꝓcul exulat ābitus,ipſe
Teſtis,qui me eadem cuſpide fixit amor.
Præcipit has deus ipſe uices:ferri atq; referri
Perpetuum toto eſt quidquid in orbe facit:
Ceſſaro ſi forte tamen,uotiſq; minora
Scripſero,me nimia dicito ui uetitum.
Nunc tibi do tanti cryſtallina pignus amoris
Pocula,quæ mentor laudet & alcimedon.
Sunt & turbinibus uitreis ſex addita poma:
Finxit ab adriaco fœmina nota mari.
Byſſina preterea tenui mantilia filo,
Quæ ſoror ab noſtra miſerat urbe damus.
Et uigil excutias nimiæ quibus ocia noctis,
Sex ripæ calamos accipe niliacæ.
Vix oculis hæc digna tuis:nil maius amanti eſt
Quod queat:& ſi quæ ſūt mihi,carmina ſūt.
Nulli aurum tenuis uel iaſpida præbuit Irus:
Sed qui dat quod habet ſcilicet omnia dat.
Iam ſalue ſimul atq; uale:quid te moror?unū ē
Scire ſatis:noſtrum iam tibi cor domus eſt.
Tu modo millenos inter mihi maxime fratres
Munera perpetua ſolue caduca prece:

Ad Capreolnm Brixienſem.

DIcite parnaſi quæ docta cacumina diuæ
Seruantes, ſacros luditis ad latices.
Dicite ſi ueſtris interdum acceſſimus aris
Fumarunt noſtra thura ſabæa manu.
Veſtrarum ſyluis uidit quæ prima, ſuoq;
Tam bellum fouit pectore capreolum!
Ad notos it ſponte, hominũ conſortia quærit:
Mulcenti gaudet ſubdere colla manu.
Nec talem buxo pectebat ſyluia ceruum,
Quem puer indigno uulnere tros petiit.
Res maior: mouet ora modis quos cãdidus ales
Ad mæandreas det moriturus aquas.
Et quibus aſtutum forſan ſuperaſſet ulyſſem
Virgo quæ piſcem deſinit in geminum.
Vidimus, atq; diu uacuas porreximus aures,
Vſq; adeo dulces complacuere ſoni.
Securus uiridante genu demiſerat herba,
Dum caneret: nuſquam mens erat ire fero.
Qui ſi aliquo fortaſſe gradũ mouiſſet, ab imo
Vulſiſſet modulis robora magna ſolo.
Et tigres ſi quæ fuerant domuiſſet & apros:
Nec lupus incautas eſuriiſſet oues.
Vidimus oblitas cœlo ſimul ire uolucres:
Piſces uicino cedere uelle lacu.
O, noſtris hinuli tales parerentur in hortis:
Diceret hinc reprobi tityrus ite canes.

Carnifices procul eſte, lupoſq; arcete nocentes,
Et ueſtram ſatient hordea ſola famem.
Noſtra uacent potius cuſtode mapalia & agri,
Quam grauis hos conta ſæuiat ingluuies.
Nunc fatis (ſi fata licet cui dicere) laudes
Feliciq; ferant tempora noſtra polo.
Heſperidum alcinoiq; hortos pæſtanaq; uincit.
Arua ferax uarii brixia delicii.
Brixia iam ueneti ſceptri decus una ſecundum,
Brixia tam pulchro nobilis hinuleo.
Ah fere, nec ferus es: tibi nil ferale, feroxue
It comes: eſt dignum tu ioue quidquid habes
Nomen id eſt, lætis neq; diſplicet auribus: illi
Gratulor: oderunt ſeria rara iocos.
Inuideat modo nulla mihi libetria uirgo:
Teq; traham ad medios ſic retinende ſinus.
Ceruicem leuibus teneram tibi comere palmis,
Ad modicoſq; iuuat cogere te gemitus.
Dulcia ieiunus quales dat ad ubera matris
Dãma uel euaſis triſtis ad huc canibus.
Sed ſatis eſt: fugiat nos tanta licentia: quid fles?
Alterius cautis mens mala ſæpe fauet.
Reddere iã quibus es nymphis tã gratus, & ore
Pinguia uirginea pabula carpe manu.
Impauiduſq; helicona bibes: ſpargere corollis
Totus: florebunt cornua terga pedes.
Lætus ab aduerſo ludos ſpeculabere fonte.
Atq; iterum finges improbus eſſe ſitim.

Interdum obuolues frontem-placidoq; tenellas
  Dente manus capies-aut dabis ipſe pedem.
Pectora uel leuibus labris diuina iuuabit
  Lambere:ſic blandis ibis ad ora modis.
Mollibus & uiolis ſi ſederit ulla-ſimul tu
  Sponte cades:capiet mite caput genibus.
Palpabit-claudetq; oculos-ſomnoſq; canendo
  Alliciet:tandem dormiet illa ſimul.
Gaudeo quod tanto diuum ſis munere felix:
  Ceruo-ni pigeat currere maior eris:.

Ad Bernardinum Parentinum pictorem.

SPicula io tandem poſuit phytone cruenta-
  Subq; ſua phœbus phyllide plectra mouet
Calliopeq; ſatus iuga carmine mulcet & amnes
  Auritiſq; nouum dat melos arboribus.
Rhyphæas exploſa niues-atq; orcadas ultra
  Iam uocum noſtris exulat improbitas.
Eloquiumq; gradu ſequitur pictura ſoluto:
  Nunc & habent latii munus utrunq; lares.
Eſt ſua laus aliis ſeruanda merentibus-unum
  Viribus ut dabitur dicere mi ſatis eſt.
Multa quidem ſubieci oculis ſimulacra uetuſtas
  Quæ dedit-& qđ adhuc æmula dat nouitas.
Omnia parrhaſii pulcherrima zeuſis apellis
  Certet amor quamuis uinitor atq; uenus-
Iudice me-tuus o-parentia uincit alumnus
  Dum romam digitis magnaq; facta refert.

Scipiadas timui armatos, timuiq; ruinas
Q uas facit, & regradū traximus inde pedē.
Sæpe bonus calathos putat & ſacra uera uiator,
Quis themin & flauam mater adit cererem.
Terga cleonæi dum torret apollo leonis,
Vel ferus in ſumma iuppiter arce tonat
Curritur huc, fictiſq; quies ſperatur opaca
Porticibus: fallit credita ſæpe domus.
Biblia qdqd habent antiqua dat iſte uideri,
Perde libros eadem non cadet hyſtoria.
Secula ſi te bernardine priora tuliſſent
Et ſocios fuerit fas habuiſſe pares,
Indefeſſa quibus mens & manus ipſa fuiſſet,
Non erat aonii dente draconis opus.
Euandri fruſtra genitrix ſumpſiſſet auenam:
His nec ahena foret littera temporibus.
Cum uero inſtaures tot uix cedentia ueris,
Cur uox tam pulchro ſola deeſt operi?
Nec ſtygiis ſemper pietas reor exulat oris,
Si lapſam meruit thrax chelys eurydicen.
Noluit ergo tibi ſua dicere furta prometheus,
Ne ſocium diras inter haberet aues.
Id nulli ſuprema datura eſt inde poteſtas:
L egimus hinc etiam pœnituiſſe iouem.
Parce tibi: uano nec te ſudore fatiga:
Par uiuis aliquid fingere te ſatis eſt:.

Ad Leontium Medicum.

QVid græca tã ſæpe fide ſuſpẽdere amicos?
Quid iuuat hoc fari non tamen id facere?
Mos nouus/antiquũ uerbũ:promittere non eſt
Soluere:ſed uerus fallere neſcit amor.
Verus inaniloq non eſt amor oris:elenchos
Viſe/tuus faueat ſi quid Ariſtoteles.
Tu tñ hũc genio numeras mihi creber ab ouo/
Priſci etiam qui ſcis melchiſedecis auum:
Quodq̧ ſcio me ſcire uetas:ſymplegada uerbis
Gordiacam uideor prorſus habere tuis.
Sed felix me quiſquis amat ſit ſemper/& illi
Det precor aſſiduas dextra ſuprema uices:
Is laqueos tricas nodos & rætia nectat/
Milleno ter opus ſit licet œdipode.
Oĩa ferre poteſt amor:eſt tamẽ unde nihil non
Hæreo;corde graui plurima de te habeo.
Meq̧ diu ſoli reuerentia ſuaſit in aurem
Dicere/ſed digitis ſaxo quod ore uetor.
Tu pleno fers uerba ſinu:tibi dulcia ab ore
Sola fluunt:quidquid das ſapit ambroſiam.
At fidei uetoq̧ minus concordia quædam
Lingua ſonat:dicis plurima:rara facis.
Mulcentur comptis auidæ ſermonibus aures:
Sed ieiuna ſuis lumina ſunt dapibus.
Nos ubicunq̧ uides/ad tẽ cras ibimus inquis:
Et facis inſueta lege patere fores.

Noſtra tamen nunquã capſunt te tecta leonti:
Nec ſancta interdum limina calce teris.
Teſtis adhæc ligurinus erit ſi ueneris: ille
Latrat in ignotos: noto adeunte ſilet.
Nunc tibi cũ fruſtra me ſæpe fefelleris, una eſt
Cauſa tibi: quanto uiuitur igne uides.
Iulius eſt: nimio ferueſcit apolline tellus:
Et rapidus toto ſirius orbe furit.
Nec ſua uitali libertas redditur auræ:
Nos deus o modico ſi daret imbre frui.
Tempus erit quo non cœlum, non ipſe uetabit
Iuppiter: & uotis obſequar: alter ero.
Hæc tua ſunt: ſed quis de littore poſſe ſicano
Tantas crediderit fugere delicias?
Aulide, uel phario forſan fore conopeo
Dicis opus? calor eſt: res bona: laudo: ſapis.
Cras mihi faſtus erit: pictos dabit ara tapetas,
Nec tibi pes tanget deliciosus humum.
Cæſus idumæa ſternetur ab arbore ramus:
Et circum poſtes florea ſerta dabunt.
Ah miſeꝝ te tanta facit phyſis ipſe tuam rem
Negligis: is aliquo ſemper, & ire times?
Sit nũmi ſpes ſi qua tamen, procyonis & æſtus
Immemor, icario fulſeris ingenio.
Nũmoꝝ ſat forſan habes, neq; uinceris auro?
Creſcere cum nummis ſcimus auariciam.
Tu ne aliter? felix rectum qui prætulit auro:
Et ſua quem ſatiant horrea, uir bonus eſt.

Eſt alıud potes unde uehi:tibi uiſere ſanos
Non libet:inſanit ſimulus/ergo ueni.
Viſo nec inſanos clamas:inſania membris
Eſt etiam:medico quidquid id eſt/opus eſt.
Dic tñ:an nullũ magnus phrenomoron adibat
Hippocrates?ſed quo uertar?an ad ſteropẽ?
Eſt tibi res & equus:pater incipis eſſe:manet te
Nonq; tuæ ſequitur nobilitas patriæ.
Non niſi põtificũ aut procerꝫ te uertis ad ædes:
Digna nec eſt aditu ianua parua tuo.
Mancipii iactura leuis:ſed noſtra leonti
Eſt caro:nec crœſi longior eſt anima.
Quo tñ hæc?ſupis laus dãda merentibus eſt qđ
Non uectore notho ſolus in urbe ſedes.
Sunt etiam nimio qui non abdomine tardi
Nos adeãt/nec amor nec qbus ars minor eſt.
Si cenſu certemus/erit mihi forſan eundum:
Ditior ille tamen qui minus indiget eſt.
In ius at panum ne albedine teſte uenito
Quos perdis:quæ nos & ſimul oua damus.
Ludere ſed ſi iterum pergas ſophos argumẽtis/
In uariam redeatquæſtio prima fidem.
Hæc neutri pdenda fuit:uel me argue/& herbã
Mox dabo:cur ad te non propero?tacui.
Sed tuus es:fateor:uis te dum nulla fatiget/
Nec niſi ter decies dixeris ante/ueni.
Cætera quam pauci facio conſortia neſcis:
Quin bene ſi uideo ſcis ſatis:en fugis hinc.

Nec piget: excipimus læti pietatis amore
Quiſqs it huc: nos hinc ocia nulla trahunt.
Eſt mōachus cui ḡra monas: neqꝫ tutus ab unda
Piſcis abit: crebrum non amat arbor iter.
At tibi cœlitibus nondum qui tanta dicaſti
Libera quā uerſum flat notus eſt itio.
Iam taceo: tñ uſqꝫ fides ſeruanda/uel id quod
Incertum aut nullum eſt/polliceare caue:.

Ad Eurum grammaticum.

SAepe tuo ueniens ſalue mihi noīe dicit
Hannibal/& læto porrigit ore manum.
Hannibal eure tuo dudum qui lotus in amne
Delicium toti eſt iam decus & patriæ.
Millenum iam ſalue habeo: ſceptrū iouis atri
Et clothoa facis ſtamina ne timeam.
Nicoleos tandem proles tua rure ſedenti
Affuit/utqꝫ nouam rem mihi dixit aue.
Quid pater inquā! ſaluus ait/gaudēſqꝫ beatum
Te cupit/& genio plus amat ille ſuo.
Gratulor/& puero quæ nuper ab arbore mopſus
Dēpſerat/haud parca præbeo pruna manu.
Perſidis inſuper addo præcoqua poma/ſimulqꝫ
Promiſſis hilarem pluribus efficio.
Sic teneris uirtutis amor ſæpe aduenit annis.
Speratuſqꝫ facit fortia membra fauor.
Hinc mores & ſancta patris ueſtigia laudo:
Dicimus & quidquid uir ſolet eure bonus.

Flectitur ille genu: monitis parebitur inquit,
Victoremq; pater uiderit ipſe ſui.
Spes placet: ille breui profert ſignata papyro
Carmina: nota tuum littera dicit opus.
Nec mora, mi Rhaphael doceas p̄cor igt, ī ipſo
Vertice, quot noſtrum tēpora nomen habet.
Is mihi neſciolos ſocios heſterna diremit
Credere qui certo nec uoluere patri.
Sed dicto ſiluere omnes te iudice: coram
Mox aderunt: precor o, dicito bina precor.
Hæc ait, & leuibus palmis pulſabat anhelum
Pectus, & ah lacrymis uix caruere genæ.
Subriſi: trepidoq; data ſpe, ad ſcripta reuertor:
Scripta melos labris dulce datura meis.
Blanda nimis, nec uana nihil primordia: ſed q̄d
Tercia me æthyopum linea dicit auem?
Carmina non ergo neſcis, ſolymeius heros
Quæ cecinit: uolucres ſic uocat ille nigras.
Si uideas, antiquus erat draco: uicit & eſcam
Hunc populo oīpotens præbuit æthyopum.
Si cantus te culpa mouet pax eſto: colori
Sin datur, obiectis quod reus addat habet.
Crimen abeſt ab utroq;: licētia maior amico eſt
Fandi: quod ueſtis dat mihi, nudus habes.
Quis modo ſit coruo propior tu diſſere: tecum
Plurima coruus habet, plurima nicticorax.
Eſt iocus in uolucres, nulla eſt iniuria: ſed iam
Ad memores redeant carmina grata manus.

Grande lego iecur eſſe tibi: dic ambulet inquam
Sic uetus (ut memini) fabula dicit opus.
At iecore in magno magnum teſtaris amorem
Vix ſenſit tantam noſtra thalia phyſin.
Diligis? iſta uices habet hinc dilectio quid plus
Optet amãs? facit hoc ſcribere carmẽ amor.
Eſt amor omnipotẽs: uires quis neſcit amoris?
Vincit mortales, uincit amor ſuperos.
Conſpectus tamen ipſe tuos hinc excipis: & te
Perpetuo damnas neſcius exilio.
Talia dic, num ſuadet amor. me uincis amãdo?
Nugæ, uel nondum quid ſit amare ſcio.
Romanũ pecudis quod uinxit ad ubera plũbũ
Stupa, times? uulgo quod ſonat? an puer es?
Vulgaris multos rumor ſic ſæpe fefellit:
Perculit armatas garrula uox acies.
Aura leuis leporem, ranas lepus ipſe fugaces
Territat: ulla iouis non timet arma leo.
Aſſidue qui ſacra parant, qui iura loquuntur
Maioreſq; adeunt limina noſtra uiri.
Claudere templa ſat eſt, & turribus æra ſilere:
Clamq; deo loquimur: ſtat ſua pax animis
Nos ergo quid auere iubes? quid munera mittis
Et recipis? fieri qui iubet, ipſe facit.
Nam neq; præco iubet: neq; dat cõuiuia ſeruus:
Nec dici interpres uerba dediſſe poteſt.
Dudum alius faciebat idem reſcripſimus illi,
Quod placuit: muſcas perdere pigricia eſt.

Tu melior ſatis eure mihi:tñ eſto quod optas
Lex tibi;nec uoco te nec pietate ueto.
Forſan & hoc dare ſūma poteſt clemētia:nā qd
Plus quam opus eſt-euro ſi ueniente pluat?
Dura ſed eſt pietas ſanctū quæ rumpit amorē:
Diligo qui fugiens dicit adhuc fugiat:

Ad Simonen ligurem.

MOuerat Aeſonides audaculus hoſtia tyro
Cautus & inſpecto nomine tecta ſubit
Dumq; deo factura patrum me ſancta ſynaxis
Occupat-in totam clam furit ille domum.
Præcipuas populauit opes-& pectore clauſit:
Sed poma & ueſtes æs q; fuere nihil.
Dira meos tantum prompſit lauerna labores:
Nec mihi tuta fuit clauibus Armenias.
Miror adhuc-ultro decimū uix natus ut ānum
Prætulerit tantis friuola deliciis.
Friuola quæ puero poterant cuicūq; uideri:
At mihi ut eoo clarus ab orbe lapis.
Si tamen aurificem donaſſet iaſpide gallus
Ah nobis poterat pœna fuiſſe minor.
Sed puero uir ineſſe nequit:huic præbet & illi:
Verſata eſt centum ſic mea res manibus.
Quale ſub archana uerbum leuis excipit aure
Fœmina-non etiam ſola tacere poteſt.
At bene habet:prædam melior natura precanti
Rettulit-& mihi quæ ſunt tua dixit habe.

O quali interea exilio quibus acta ſalebris:
Pectus adhuc quanuis horreat incipiam.
Forte rotundiloquo fuerant prolata ſimoni
Qui buccis etiam ſputa latina iacit.
Vt uidet utq; legit totus tumet ore graui flat:
Gypſatoq; olim ter pede pulſat humum.
Hoc dici duce regna queant mutanda darei
Agmina uel xerſis traiicienda freto.
Bella nouus tandem ſatis inqt carmina uates
Compoſuit noſter ſed grauiora maro.
Dum legit hinc elegos meliora ꝓptius effert
Et plectrum dixit gratius eſt uenuſi.
Nec mora mirantes epigrãmata pauca dedere
Diſcipuli: non hic bilbilin æquat ait.
O uaſtum uacuũq; caput madefacta ſuillo
Sumine bucca bouis plena cutis iecore.
Bis cocto faux lacte tumẽs paritura iuuencum
Aluus & apta ſyris tibia compedibus.
Quin ais & pyrrho melius pugnabat achilles?
Fortior & ſuus eſt aſtyanacte pater?
Quis magnũ grauitate pedes ferat ãte maronẽ?
Quem fidibus flacco cernere poſſe loquar?
Poſt illos tamen eſt pueri dixere canendo
Qui repat: multi iam tetigere latus.
Agnoſco te uane ligur: nihil omnia clamas
Sunt noua: plus uiridi balſama ſunt oleo.
Antiquo qualis cedit fex poſtera baccho:
Nec priſcis parient tempora noſtra parem.

Attamen hic aliquos narras quos aurea cœlo
 Virtus & dignos prætulit omnipotens.
Te magnũ memorãt licet indignante philippũ:
 Ne caſſam dicis promite caſtaneam :
Turpiter & uetulo ſimilis trahis ora pitheco:
 Rhinocerota cupis fingere/ſed caper es.
Et paucis poſito te audes numerare pudore/
 Cardilegaſq; inter ludere grus uolucres.
Iamq; loqui de partibus indignare ſecundis:
 Cuiq; tuo cedas nullus ab ore uenit.
Ambitione feros titanidas improbe uincis :
 Vincit te lauſi relligione pater.
Neſcio qui pedibus tantum caput exilit albis:
 Creuit & unde rudi tanta ſinapis humo.
Sic agis/omnipotens quaſi debeat/atq; minora
 Te dederit: cœli ſceptra ſecunda manes.
Ne tamen eſſe uelim cato tercius/inter utrunq;
 Quantus amor/quanta eſt lis ſine lite ſino.
Sed tantus me liuor edax/ſtygiiq; laceſſit
 Lingua canis/toti uox inimica polo.
Et rabies inſana/ſitiſq; æſtiua pudici
 Sanguinis/inq; hominũ proſperitate dolor.
Nil ueritus nimis alta ſimon ſine uiribus audes:
 Quem piget/& ſummo non nocuiſſe ioui.
Felſinei lux tanta ſoli/quin præcipuum orbis
 Delicium/phœbi quo duce fulget honor/
Terq; trium ſemper cingit quem turba ſororũ/
 Attica quem poſita gorgone diua fouet/

STICHA

Pro caſſa ſit glande tibi: num littora tales
Dant tua: num robur tale monœcus habet.
Hectora non ſtentor/non & miſenus achillem
Nec grauis alcidam terruit umbra rei.
Quiſquis amat bello laudem ſibi ſurgere uires/
Arma/artemq; animo uerſat & omne ſuum.
Nec minus interea aduerſum quæcunq; parantur
Impiger explorat/quidquid & hoſtis habet.
Lubrice dic/patrias tenta quantum libet artes/
Quid tecum noſter quintilianus habet?
Vltima naſcenti thyle quo diſtat ab indo/
Ab ligurum tanto gente philippus abeſt.
Scis ut uterq; polus colit hunc & maurus uterq;:
Vix ſtipulam ſenſit quarta taberna tuam.
Stultorum ſed ego ſtultiſſimus/& ſalis expers
Pectora qui uerbis ſtulta regenda putem.
Nã cygno culicem quis compararet? aut elephãto
Cimica? cum pardo dic quid aſelle tibi?
Iam furis/& uix ſemiſoluta eſt mantica: cũ ſint
Te quibus incuſem plurima/pauca loquor.
Improbitate notãdus eras/quũ uera nocentem
Innocuo dixit carmine te pietas.
Soluere debueras grates: durata magis mens
Sæuit/& in martem me maleſane uocas.
Temno miſer quæcunq; furis/tibi fata negãt me
Vincere nam uanum uirginis eſt ligurem.
Ad meliora libens dentes conuiuia ſeruo:
Rana cibus rhodio non ſolet eſſe cani.

Finibus eſt alcedo meis:nullum odimus-at ſi
Quid dabo-tu tanquã pignus amoris habe.
At tibi ſit ſaltem naſi minus inter amicos-
Ne grauius quidquam rhinocerote feras.
Eſurin!at rabie niſi caueris eſſe nocebit:
Non eſt uipereæ lima petenda fami.
Omnia-diſcendũ eſt-ſapiens qua cõparat arte:
Te gratis nemo iudice triſtis eat:
Idem etiam paucis-nauci ſi dicere quenquam
Vis ſine fraude Simon-hũc tibi dic ſimilem:

Ad uictorem gallum.

DEbeo multa tibi-q̃dã dabo-plura manebis
Galle-ſed in primis uir bone uictor aue.
Vir bone-ſed quales dixere dauoſq; getaſq;
Reſcibant domini quum ſibi uerba dari.
Te quaſi palmiſono donarit apollinis ara
Nomine-ſic uerbum ſeſqui pedale tonas.
Inſcite infelix tibi quid cum nomine magno!
Nirea num ſi me dixero-pulcher ero!
Hectoreum qui nomen habet-priameia proles
Non tamen eſt-tanta nec capit arma fide.
Scipiadis tyrias ſuccumbere credidit arces
Ceſar-& alter:idem non potuere duo.
Noſtra miſer multo cyrrus fodit arua labore.
Scabidus & totis latrat aper foribus.
Sed ſcelus o-miſerum-nec rore piabilis error
Vincere dum certas ad maledicta redis.

Quã melius tacuiſſe foret: pede docta ſecũdo
 Preſſiſſes ludi limina cecropii.
Prouida ſublimes fecere ſilentia multos:
 Rebus & ĩmenſis ſubſtituere baſim.
Effera lingua polo, terraqꝫ laceſſit amicos:
 Atqꝫ ſuum decoro nomine priuat herum.
Nũc rides quia facta patrum legis impare uerſu:
 Cur non ridebas quum tibi promus eram!
Quum ſaccis præcingebar ſeruilibus, & quum
 Nec ceſſante dabam pocula plena manu!
Te comite ad noſtras marcus pater iuerat ædes:
 Sed ſine te mariæ ſe tulit ante pedes.
Pallebat tibi criſta fame: neqꝫ galle ſuperbo
 Somnifragos poteras mittere ab ore ſonos.
Fecerat oceanum dudum me noſtra ſynaxis:
 Quæſitus nequii te latuiſſe diu.
Prandia bina die prompſi exoratus eodem:
 Vnxiſti rapidas bis tibi iure manus.
Sic tibi ſancta uetus ieiunia fallere mos eſt:
 Deqꝫ uoues italam barbare temperiem.
Profuerat toto uinum neſcire decembri:
 Tempore tu nullo ſcis bibiturus aquam.
Nec meliore diem potis es numerare lapillo,
 Quo non thyrſigero das ſacra mille deo.
Clam ueneto ſic patre facis, caſtoqꝫ ſenatu:
 Virtutes o, ſi nouerit ille tuas.
Sed taceo, mihi ſunt ſatis ad latus arma tuendũ:
 Ad riſum liceat galle redire tuum.

Sola paris numeri laudas: duo quattuor & ſex
Fert uia: ſi cœnas lætior unus eris.
Septimus hebdomadẽ claudit: deus impare gau
Par impar græca ludis & ipſe manu. (det:
In præceps animus uiuens diuertitur impar:
Gratus erit doctis imparitate liber.
Magna ſonant elegi: modico contẽtus & antro
Stat leo. ſæpe humiles di coluere caſas.
Cœpiſti numerare pedes: tibi ſæpe caponem
Correptum dicis, credo, ſed in patina.
Sed tibi cum reſonis pedibus quid galle? redito
Ad ſudorigenas, nomine dignus eris
Capones duplici fauſtini tempore uilla
Teſtis habet: facit hic nil caput aut capere.
Cætera perlegis atq; taces: laus iſta libello
Eſt ſatis: hoc uetus eſt: qui tacet ille probat.
Sic canis antiquum uigilans teſtatur amorem
Hoſtia ſi quo uis aggrediente ſilet.
Ad clauſũ ſed ouile/lupi furis inſtar/& imbris
Aut gelidæ patulam grandinis in ſilicem.
Dẽte fremis, naſumq; moues: rẽ deniq; carpis,
Quæ nulli facta eſt crimine digna foro.
Læticiam damnas intra pia clauſtra ſonãtem,
Si quis & atrata dulcia ueſte canit.
Virtutũ monumẽta malos conuertere in uſus
Credideras me, quod tu mala terra facis.
Quidquid aquinigenam turbat delebile uatem
Et legis, & laudas: iuſſa tenenda fugis.

Membroſiq; librum uerſas cuſtodis, & artes
Quæ domino exilii cauſa fuere ſuo.
Floribus & ſontes miſſis iuuat ire per herbas:
Et fumum ex nitida ſurgere luce facis.
At nos ſola graui ſequimur laudata ſenatu:
Pectore prouenlunt carmina ducta pio.
Pro miluo referunt prognem cecinisse furenti
Ocia ſic poterit mens bona ne noceant.
Illyrici plagas interpretis arctaq; iura
Obiicis: at melius reſpice, ſomnus erat.
Luſit iob plectro, ſalomon & dauid, & alter
Quem prægnante deus de genitrice uocat.
Deflendus cui frater erat chelyn Arrhetinus
Materniq; melos carminis expetiit.
Plurima ſcire negas, hæc qui neſcire fateris:
Sanius ut doceas tu bene diſce prius:.

Ad Lentulum Didaſcalum.

CArmina decreram toto dare nulla decebri,
Dulcis & o mensem dicere muſa uale.
Gnoſſiacæ cornu feruebat apolline capræ:
Torpebatq; nouo terra petita gelu.
Pallida ſurgebant hyemis ieiunia primæ:
Lucia ſancta duos iuerat ante dies.
Ante oculos natalis erat. quo regia uirgo
Scitur ab integro uentre dediſſe deum.
Tu ſcis quantos ſubeunt hoc noſtra labores
Corpora: planta genu lingua manus oculi

Turba frequens teſtis ſũmoq; ſonantia templo
Tympana: ſed qd opus teſte? ſcit omne deus
Tu tamen ad calamum dictas altaribus urges
Ire manus, uacuam quærere melpomenen.
Clioiſq; pias cœleſtum cedere laudes
Carminibus, clariæ cantica ſancta lyræ:
Sed iuris ſi quid cœlo eſt, & ſoluere quidquam
Eſt opus, in tergo ſit faba tota tuo.
Miſſarum iam finis erat, quum candida circum
Turba fuit, pulchras nuda repente comas.
Et flexi ſalue gratam tibi domne futuram
Lentuleo dicunt nomine rem ferimus.
Tendo manũ, dat ſcripta puer: falloq; legẽdo:
Carmina credideram, ſomnus anilis erat.
Miror: arionia fide quærere dicis amorem:
Vtq; tuum ſupplex me uenerare patrem.
Ridendum præbes aliquid mihi lentule, tanquã
Auroræ coniux mẽnona dicat auum.
Forſan ais capiti danda eſt reuerentia tonſo,
Et ſanctum ſolitis tangere uas manibus.
Parcimus ut ſemper non diſipis: illa ferenda eſt
Mens quæ perpetuo non fugit exilio.
Nũc ꝑcor hãc adamãte liga: ſed uerba qd auſtris
Credimus? ire iubes ſeria, carmen amas.
Sic facis ut quidquã graue conſulo: dicitur ut de
Moribus anguilla es lubricitate cluis.
Vince tamen nil dixerim adhuc, breue plurima
Cũ uetet, hora ſit hæc dimidiata ſatis. (tẽpus

Neſcio q Armenias tibi noſtra aduenit/ & o/ q
Tangenda eſt dicis ni cauet illa ueru.
Nec minus hic fateor rectum ſapis: igne qd & ſi
Dixiſſes! poteras uerius & pelago.
Q uũ tamen ad partes itur quaſi ſtertis/ & ãnis
Lentule te ſolis nouimus eſſe ſenem.
Q uis ſtupeat! dignũ nihil arbritror admiratu:
Q uippe tuum uideo ſi bene/ munus obis.
Vilior in plauſtro ſtridet rota: uiribus & qui
Plus caret/ arguto plus tonat ore canis.
Immemor albentis iam multa ætate capilli
Supremos uacua quid teris arte dies!
Laurea futilibus laus cedere neſcit elenchis:
Iſta poteſt facilis uertere tela notus.
Sed miſeret maleſane tui: puerilis auorum
Maieſtate tibi gratior eſt nouitas:
Quod ueteres dixere loquor/ rectiq; parentes
Eloquii: mala tu/ non tibi nota putas.
Nam ſpado gallus ais nõ eſt: nec ſcalpit auis. ſed
Solus homo: effodere eſt quod latet eruere.
Scalpat & effodiat ſi gallicus unguis ut erras/
Teq; ſibi gallum diua parens faciat/
In triuiis nunquam miſerum tua fiſtula carmen
Sparget/ nec ſurdum ſub ioue flebis hylam:
Mœchifugã ue ſeqre titũ: loquar an nr ſilebo!
Scit populus: ſi me preſſero. ſolus ero.
Diceris ex criſpa canos cute uellere crines.
Succenſere tuis/ neſtora ſi memorent.

Atyn·adonin·alexin amas·ut deniq3 totus
Sis puer·& carmen proh puerile facis.
Nam licet octaua iã nocte momorderis ungues
Tempore trina tamen ſyllaba rurſus eget.
Sunt & quæ fuerim ſi iunior ipſe loquutus/
Feciſſent etiam tergora me puerum.
Ne fure:quod doceas q doctor es accipe: poſſet
Cum ſocer eſſe cato uertit ad alpha pedem.
Mille alios numerare piget:querimonia inanis
Eſt tua:iuris amans dic tibi quis faueat!
Fregiſti tu iura prior:mea neſcit arundo
Fel dare:adeſt rhenus teſtis·adeſt rubicon.
Menſis abit·noſtrum tua quo ueſtigia limen
Preſſerunt:blandis iunximus ora modis.
Audieras(at cuncta deus ſpeculatur amicum
Me phœbo·& dixti carmina ſæpe dabo.
Luſtra decem renuat homini quis talia nato
Credere:adeſt gratis rebus amica fides.
Facdixi·promiſſa placent:ſurdo ipſe negabis
Te fatum:& ſi quid miſeris·accipies.
Scribis·in arenti ſunt ignea tela papyro:
Dat flores:mediis floribus eſt coluber.
Scribis adhuc·neq3 nr̃a uides:me deniq3 apto
Marte uocas:noſtro ſaxa paras capiti.
Sic dicis parietur amor: male quæris amorem:
Non eſt impuri filius oris amor.
Me credis ſi forte canem tibi lentule dico·
Dico iterum;non ſunt hic ſine dente canes.

Sunt & q non ſaxa timent:nemoroſa per erras:
Sed cane maius in hac non nihil eſt nemee.
Sopitum ſtolido pulſat qui calce leonem/
Quod iuſte inſimulet nil periturus habet:.

Ad Graculum Criticum.

GRāde mihi grauibus aures epigrāma q̃rellis
Et longo fateor perculit obloquio.
Teſtatur iouis aetherei penetrabile telum/
Nuper hero gratis uulnera facta ſuo.
Mitior at noxae cauſas poſtrema doceri
Vox rogat/& tantum uenerit unde nefas.
Ingemui/& toto ſuſpiria pectore traxi:
Credideram gladiis occubuiſſe uirum/
Triſtis eram:calidus turbato ſanguis ab ore
Fugerat/ignipotens ſirius intus erat.
Ah qd id eſt dixi:pridē arma aiumq̧ nocentem
Cumq̧ breui atrocem ueſte ſitim poſui.
Quod facerē nil certus eram:felicibus at mens
Dis rediit:me iam gracule clam nihil eſt.
Sunt enſes ſi uerba tibi/ſi ſpicula nugae
Fare tua quaeſo quot cecidere manu!
Scorpion & colubrum qs te non ſenſit/& omni
Flare tuum uirus neſciat oceano!
Non tibi gracchoꝶ nomen dedit alta propago
Sed ſomni ſemper neſcia garrulitas.
Sic hecubam dixere canem:nimis oia fari eſt:
Neſcio multa quidem/multa ſciens taceo.

Quidqd in hac helicon ānis mihi q̄ttuor urbe
Propinauit/erat naſus in omne tuus.
Lumina ſed ſuperi tandem flexere:nec hauſtu
Aurea letheo uincitur erigone.
Plaudenti ſimilem quid me miraris/& æger
Incuſas/amor eſt gracule non odium.
Sæpius imemori mentem dedit ulctio: pœna
Profuit:acceptis diſcitur ex ferulis.
Nam licet alcides ſancto me incendat amore
Meq; licet iuuenis nobile pectus amet
Tela tamen ſi tela uocas prior extulit/& te
Stygmate non facili perculit Amphitryo.
Stabat adhuc/haſtāq; manu/magniſq; tenebat
Viribus/atra tibi fata parans miſero.
Repreſſi/manſitq; tibi me uita precante:
Sic facile eſt hominis bis mihi notus amor
Sed morum (tibi ſiqua fides) uitæq; prioris
Te piget/atq; adeo deſipuiſſe doles.
Aligeri tangens dixiſti ſcripta leonis,
Iuge per hæc nobis pignus amoris erit.
Ne tantā ſi uita placet rem neglige.ius eſt:
Fallenti munus numina triſte parant.
Omnia qui mordere ſoles iam diſce uel uni
Parcere:non minos non es achillis auus.
Si captu non apta ſatis mea ſcripta ſuſurras/
Non nego:nec ſolem ſat uidet aſcalaphus.
Eſt paucis ſcripſiſſe decus:mihi gallica nō ſunt
Facta/triumq; chelys mota rota fidium.

Carolus & quæ non fecit uel fecit. In auras
Flare pudet: laudent noſtra duo, ſatis eſt.
His hera nec uenus. ē, ueneriſq; uolatile pignus
Pluribus at cœlo uiribus eſt aliquis.
Scribimus ante omnes illi, poſt ſiquis amabit
Seria, ſi cui ſunt pectora caſta leget.
Interdũ obrepſit ſonus: Quis maior homero!
Omnia quis potuit præter habere deum!
Te uero cum certus amem, tibi limina pando:
Gratior amplexis ſermo duobus erit.
Sit cinis, & uento detur male quidqd uterq;
Fecimus: eſt mortis maxima pars odium.
Si minus at præcepta potes diuina prophanus
Nouiſſe, humani non nihil oris habe.
Triſte reor facinus, ſtricto rem quærere ferro,
Quam facilis ſemper poſſit habere manus.
Leſbia fœniſeca non fit uindemia falce.
Robore nec ceraſum ſternitur herculeo:

Ad Benedictum Regium Monachum.

GRata procelloſo uictoribus æquore nautis
Aura leuis quæ poſt ſurgere terga ſolet.
Gratior at uiſa eſt tellus: gratiſſima res eſt
Tangere, & optatos deniq; inire ſinus.
Hæc mihi di paucis faciles tribuere diebus:
Ianua nec ſemper clauditur ætherea.
Sunt illis maiora tamen quæ debeo. Quo ſol
Hic erit, & pingent ſidera adusq; polum.

Cœlicolis hac luce memor dabo digna quotan
Præmia: natalis nec mihi maior erit. (nis
Tot patriis annos Benedicte penatibus exul
Qui fueram, optato reddor & ecce tibi.
Reddor, & aſpicere iter nos, & iungere dextras
Pectoraq; & placitis iam licet ora modis.
At patriam ſi quis non eſſe duobus eandem
Arguat, & uarium dicat utriq; genus,
Is neſcit quid poſſit amor, ſed ut omnia utriq;.
Liquinius, an fecit non domus una ſuos?
Nam iunctos alibi tanto quæ dicat amore
Lingua duos? libri eſt fabula quidqd habent.
Pirithous, damon, pylades, & ſcipio, amicos
Non habuere pares: addimus hyrtacidam,
Anchiſaq; ſatum: generos quid credis Adraſti,
Cum fratrem pollux non amet ipſe magis?
Horum animos bona lapſa ligāt: nos oīa numē
Quod regit, a pueris non tulit eſſe duos.
Quidqd amas en totus amo: quæ ſpernis, eodē
Grata prius quāuis ſperno ſupercilio.
Sed quid frena manu, pedibus calcaria, tergo
Pileus iſte? procul num precor ire paras?
Fors an & ipſe libros ligurū cedo credere cuiq
Auſus, amas qd me par cupis eſſe mihi,
Et lites rabulas q; ſequi, iurgiſq; fororum
Miſceri, ætatem tandem, animamq; dare?
Verbane das? das multa quidē, ſed nulla rogatis
Apta refers, uitio nec damus, at fidei.

Ferme eadem puerũ memini feciſſe, nec inter
Seria futilibus te abſtinuiſſe iocis.
Quæris cur primã Vix poſtBenedicte ſalutẽ.
Hæc loquor, & rides: & mihi riſu opus eſt.
Quidqd habes animi, morẽ tibi quaꝗ gerendũ
Cenſeo: plus es tu non mihi fratre nihil.
Cogitur albere atrum: Qui ſæpe dolentem
Me fecere doli, fabula, quin amor eſt.
Sed ualeat, mihi quale geni genus extitit: ortus
Irarum talpis ſcitur & aſpidibus.
Prolis apollineæ, ligurum q̃ mœnibus amplis
Dat nomen, comitem fama fuiſſe genũ eſt:
De noſtro clam ſacra duci fecere nepotes:
Ignea quidqd erat, proh, mihi Vis rapuit.
Quid facerẽ? me ad prima elemẽta referre pige
Feci facturum te modo quod timui. (bat
Et uideo: pes ergo tibi eſt meliore mouendus
Auſpice: uitali te cruce ſæpe nota.
Atrã hyemẽ, nebulaſqꝫ graues Vicina Caſino
Rura parant: mala fert ſulphura Parthenope.
Creber auentina cacus non deerit in arce,
In ſua retro tuas qui trahat antra boues.
Verũ aude: Qui frater abis, poſt uicta redibis
Bella pater: Cicero ciuibus alter eris.
Libo genas, libabo manum: riſere prius qui,
Te caput & flectent prætereunte genu.
Scindentum Chriſti tunicam, tũc pectora ferro
Scindere, erit fidos munus amare tuum.

Nec teneris tanta te credito in arbore ramis:
Qui nimis alta petit, mox habet unde cadat:

Ad Euryalum Peregrinum.

Iam ſatis īmēſo ſumus hactenus orbe uagati
Abfuimus caris iam ſatis ab laribus.
Felicem & ſūmo natam ioue diximus horam
Eſt mihi qua proculi tecta uidere datum.
Credimus hic culices minus obſunt auribꝫ, hūc
Sanguibibæ fugiunt aera beſtiolæ. (&
Flabellum mouiſſe tamen iuuat, atq; ſecundo
Marte paludigenam depopulaſſe gregem.
Tandem ad te redeo, uultuſq; inſpecto ſerenos
Salue optate: ferant numina quidquid aues.
En ſuperis ualuiſſe diu fautoribus ut te
Audio, mox ualeo: par mihi cantat auis.
Vah quantū his oculis ſolaminis haurio, quātas
Delicias: iterum naſcor, abit ſenium.
Hac mihi luce ſat eſt: dum uiuitur hybla ualeto:
Solus ad omne melos ſufficis euryale.
Tu nocuis obducta pias præcordia curis:
Turbineoſq; uetas inualuiſſe globos:
Et quanta eſt maturat hyems, ægriſq; faceſſunt
Non reditura breui nubila pectoribus.
Tu rerū pars magna quibus tanto igne tot ānos
Felſineam cupii cernere rurſus humum.
Hanc totam nec olympiadem quocūq; tetendi
Res mihi uiſa meo eſt dulcior euryalo.

Aetherei ſed quanta putas dant gaudia ciues.
Alter ut intuitu tangitur alterius?
Huc age tende animum: potis eſt uirtute deoq;
Nos ducibus cœlo uiua locare fides.
Eſt aliud par pene bonum: nunc ipſa petenti
Det ueniam uirtus det precor omnipotens:
Priſcus amor: ſancti monumẽta loquamur amo
Et læti ad ſolitas conſideamus opes. (ris.
Prome aliqd. cõuiuæ adſũt: ſcio plurima ſeruas
Quid ceſſas? magna eſt auribus eſuries.
Obiicis acceſſum ſpem preter? id ipſe ſolebas.
Pignus & hinc ueteris cœpit amiciciæ
Lucullum cicero ſic & pompeius una
Cænaturi adeunt. læta q; uerba ſonant.
Nil dicunt tñ adde noui: nil præcipe nemo eſt
Aduena: quod ſolum te manet. eſto ſatis.
Vix ſemel ore uafer proceres excepit aperto:
Et cenam multa ſplendiditate dedit.
Nec tibi pauperior menſa eſt opibuſq; ſupellex
Tenuior optatis: incipe gratus ero.
Polliceor peregrine uices. licet interuallo
Te ſequar. eſt quanto damma leone minor.
Scis iter ad proculi: tua ſunt quæcunq; repono:
Hoc modo ne rogites quid facit Armenias.
Cæſaris aiacem ui ſpongia terſit aquoſa:
Perfidus ah noſtrum ſuſtulit ignis opus.
Ah iteꝝ ſed inane queror: quod tempore tanto
Partum erat. in modicos hora dedit cineres.

Q dq; freti decimus fluctus ges barbara & ho
Seruauere domi perdidit alter ego. (ſtes
Spes erat hos oculos aīamq; hanc credere tali
Poſſe uiro: ſub ouis uellere tigris erat.
Mens ſimulata uale: ficto minus hoſtis amico
Notus obeſt: ſuperant claſſica blandiciæ.
Durius auſonio peccauit præſide iudas:
Pluſq; ſinon gemino ſons fuit æacida.
Tu uero tu certus amas: dare uerba perhorres:
Et quidquid uerſas pectore fronte doces.
Fortunata qdem tanto eſt Rangonia proles
Lumine perpetuus panditur unde dies.
Largus apollineis illam uirtutibus auges
Dignaq; nicoleo pignora patre facis.
Organa ſæpe tamen digitis argentea pulſas
Doctaue flas buxo carmina ſeptiforo.
Sæpe canēdo caua tremulum teſtudine plectrū
Ducis: & orpheo pangis habenda ſinu.
Ipſe facis paribus ſyluas reſonare cicutis
Panaq; & hirſutos ſiſtere capripedes.
Dum tuus hyrcanas tigris aphroſq; leones
Arcadioſq; ſues hannibal inſequitur.
Tu myrteta inter denſaue ſub illicis umbra
Dorida uel dryadum uoce cies aliquam.
Accenſoſq; canes & monſtra ferocia cantu
Reprimis atq; ipſos ire uetas proceres.
Aere ſuſpenduntur aues: ſilet aura: trahuntur
Robora & ad notos non fugit unda lacus.

Martia grandiſono mox ibis ad arma utrumq;
Carmine, paſtores qui modo & arua canis,
Eſt tibi mars, eſt uino domi: cythereia pulchre
Cincta ſuis ſurgit ſtella cupidinibus.
Iamq; aude, proba materia eſt: incerta poetæ
Dant alii: rerum pars caret ampla fide.
Sed dictum. donata quibus tua portia dudum
Eſt elegis, & qua ſpem ratione refers.
Nec fuit hoc hominis: latuit ſub arũdine numẽ,
Tam caro ut poſſet nympha carere uiro.
Dignus honoratos inter numerabere uates:
Et ſocio plaudent numina docta nouo.
Cordubeo dices iuueni quæ ſemper in aure
Malueris: operi par leget ille ſuo.
Has cupio peregrine dapes: qui ſola moratur
Corpora, coprophago uilior eſt catulo.
Sublimi nos ore ſumus: ſublime petendum eſt:
Virtuti ſũmo ſub ioue nil ſatis eſt:

Ad Nicolaum Ceſium.

QVarta dies medio ſolem uix uiderat orbe
Petroni qua me ceperat urbs reducem.
Nuper ab hac noſter ſe mouerat æde philippus
Quem mihi conuiuam fecerat altus amor.
Quũ nouus ecce puer uerſo ferit hoſtia calce:
Pendebat uario pemmate plena manus.
oſtis hiat: ſubit ille audens, primoſq; ſalutat:
Grata dein gratis uerba mouent uicibus.

Spectabam, neq̧ clara ſatis uox ibat ad aures:
De nimia fuerat fabula cæſarie.
Pallidula ſub fronte puer ridebat: erat mens
Iam mihi me primis tollere porticibus.
Ille citum poſt terga pedem direxit euntis,
Oblatiſq̧ ſonat talia muneribus.
Nicoleos pater eſt mihi cæſius, ille tot annis
Et tibi qui tanta eſt iunctus amicicia.
Te ſemper ſaluere iubet, reditoſq̧ penates:
Et niueos pluteo mille locat lapides.
His reliquos numerare dies decreuit, amoris
Tu modo pauca libens hec monumẽta cape.
Luculli ſũt poma: nuces ſunt phyllidis, & quæ
Præcoqua ab armeniis lata feruntur agris.
Sunt ſiculo de melle dapes: dat cætera mater:
Additur & teneræ rica ſororis opus.
Tota domus, tãdemq̧ domi quæcũq̧ tenẽtur,
Quidqd & hoc oẽs poſſumus orbe tuũ eſt.
Quippe tuos multo nutus ſeruamus amore,
Nec ſinit ĩmemores nos pater eſſe tui.
Narrantis quotiens de te pendemus ab ore!
Sola procul uiuunt corpora, non animi.
Credo aderit mox ille tamẽ, coramq̧ uideres,
Torſiſſet ſi non illia laſſa dolor.
Pro tantis igitur fac domne precamur amicis:
Omnibus iſta manum ferre poteſt pietas.
Hæc placido dabat ore puer: flexoq̧ minorem
Se facit ultro genu, pulchraq̧ dona leuat.

Forte aderat cui barba genis, & lignea pendet
Bacca manu: tunicam ſubniger Arſenius.
Laudat opes, puerumq; ſimul: dein oĩa iuſſus
Excipit, atq; nouo lætus abit penore.
Nec mora, felici porrexit ſidere dextram
Filius. accipio: pergo, fit ille comes.
Stemus ait, pictaq; memor diploma chrumena
Exerit. oblatum replico: carmen erat.
Laudo fidẽ tibi quæ ſemper ſtetit, & doctrine
Grande decus: nunquam diſplicuere modi,
Tempus inane queror labi, uanoq; labore
Torqueri, & noſtri eſt ira cauenda ſenis.
Priſca precor ualeant certamina, parce, dierum
Mille operas noſtro uouimus indigeti.
Hic ſiſtam, tu uade uir es: quid plura? palemon
Dat tibi parta duo pocula, det uitulam.
Nec ſatis hæc tibi ſunt: alio me cogis, & auges
Carmina muneribus, munera carminibus.
At nuſquam qui plura queo, uel uerba rogãti,
Verba, mala liceat ſi ſine fraude, dabo.
Talia nec tu ſæpe roga: mera uerba maneres:
Orbe mihi toto eſt carior Armenias.
Aethereo quæ danda iouĩ fuit, inuidus illam
Tartareus fracto frater amore tulit.
Si pietas eſt ulla polo, niſi fallis amantes
Chriſte tuos, uicto uiuet adhuc cinere.
Crebra quidem precibus miſtis ſuſpiria cœlo
Mittimus, & certam ſpes bona ſpondet opẽ

His oculis uenerãdum hoiem poſtrema dedere
Somnia: ſi tabulis credimus, eſt Symeon.
Quid torpes? quin ſurgis ait? quid plena papyro
Scrinia? quid uitro ſepia? quid calami?
Quid facerem? erubui: ſignum dedit ille ſalutis:
Promiſſoq; pedem rettulit auxilio.
Si me amas, mihi plaude: deo iam ſidera uotis
Iuſſa fauent: certum eſt ſcribere non homini.
Quæ tamen alberto dedimus poſt prãdia teſte,
Accipe/gaude, aperi, perlege, ſcinde, uale:.

Ad Eugenium Septum.

IVſſerat optanti reditum mantoa ſynaxis
Stabat adhuc patria littera facta manu.
Littera ter blando uultu tangenda quaterq;
Qua mihi felſineos fas repetiſſe lares.
Iam iucunda bonus ientacula prompſerat ugo:
Impleratq; graui dulce merum cyatho.
Gratior ante alios coram fuit halmyrus omnes
Halmyrus antiquæ pars bona chryſopolis:
Halmyrus hetruſcæ iam non noua gloria muſæ
Non & callimachis indecor auſoniis.
Dat dextram, lætumq; mihi comes ipſe futurus
Porrigit os: iuſſus mox lauat, inde ſedet.
Vt ualet eugenius dixi: ualet inquit auere
Te iubet, hæc teſtes carmina ſunt fidei.
Sed ſumus hic: fruſtrane accũbere? tantalus unq̃
Non ero: nec tanti ſaxa gabellus habet.

Nec talis rheno fluit unda:loquemur euntes
Plurima:te quantum diligit ille ſcies.
Subriſitq; dabat ſolito,uariiſq; facetas
Terriculis,quaſi te præcipiente minas.
Læſa ne forte mea ſcribētis arundine muſa eſt?
Halmyre dic:nugas inquit inane ſeris.
Menſa laborq; monent aliud ſubeūdus:obeſſet
Quæ modo,poſt alas lingua dabit pedibus.
Præſtitit hic cereri bromioq; indicere bellum:
Inter erat uotis pugna ſedendo pares.
Vnguibus & ferro fit præda:diremit eundi
Belle cupido:quid eſt inquio:ſol properat.
Eugenii quin ſcripta tui prius inſpice dixit
Halmyrus:o,gratum præcipis:id faciam.
Huc ſed ades,mecum dixi lege:paruit:ambo
Legimus:ambobus uox fuit una,placent.
Ingenium laudare libet,quo plurima paucis
Dantur:opus ne ſim debitor,eſt oleo.
Fit ſtrepitus,clamatur eundū eſt:iamq; ſupellex
Vectorem thecis clauſa premebat equum.
Itur ab hoſpitio:comitis facundia gratum
Fecit iter:pharius fugerat harpocrates.
Ipſe aberas,aderaſq; ſimul: tādē alta petroni eſt
Mœnia,ferrigeros cernere fas apices.
Occiduas celerabat iter iam phœbus ad alpes:
Preſſimus ut proculi limina,nox aderat.
Quot dextras tetigiſſe uirum,libaſſe quot ora
Me loquar?id credas uix potuiſſe gygam.

Feruebat pietatis opus:nam cuncta ſuis ſunt
Deniqꝫ ſub decimo ſole repoſta locis.
Ad ſupos nũc tẽdo manus:ſatis oĩbus actũ eſt:
Et noſtro alcyone iam parit oua mari.
Reddo opam tibi ſepte/tuos uoco tpe uerſus/
Tranquillo:ueniunt:tollo/reuoluo/lego.
Gaudebam tibi uiſus adeſſe/tamen ſine ruga
Non erat os:placeat quod minus eſt aliquid.
Quam uereor/ne rima pio quæratur amori:
Tunc etiam naſum rhinocerotis habes!
Eſt aïs in noſtro ſphynx multa poemate:ſunt &
Plurima/pellæo quis opus eſt gladio:
Et uocum noua congeries/noua noĩa:nec ſat
Eſt numerata ſuis ſyllaba temporibus.
Arguat hæc utinam brito/ligur/apher/alanus:
Omnia mox uerbo perſoluiſſe queam.
At mihi pax potior:ſua ſit reuerentia canis
Crinibus:ut uoco te tu mihi ſemper eris.
Poſſumus & grauiora pati:ſuper omnia uerus
Fertur amor:tibi ne iam lege ſi quid obeſt.
Hæc prius & uitreos quã naſo admoueris orbes
Loripedi(noceant ne tibi)mitte deo.
Sed uoces miſcere nouas/noua fingere ſemper
Verba licet/priſcum uiuere ſi maneat.
At niſi nos phœbo eſt horaria fallere/ſi qua
Lux mihi/cũcta ſuis tempora ſunt numeris.
Credere nec tutum eſt rumoribus:aere uulgus
Quam ſtrepit/ab noſtro codice lex fugiat.

Poſt tamen ah ueniam q̃d ſepte precaris? amori
Parcitur: immenſi eſt iuris amicicia.
Si mihi theſauros, & prædia mittat, & urbes,
Nunquam qui ſemper laudat amicus erit.
Vir bonus in præceps quẽquã ſpeculatus eũtem
Non ſilet: obiurgat quos amat omnipotens.
Ipſe meo expertus dãno loquor: inſpice amãtis
Intima, quæ gratis & mihi quanta dedit.
Heu tamen heu iterum, annoꝗ periere labores
Q uattuor, & rerum maxima pars cinis eſt.
Nam tibi quæ pataui blando ſubducere furto
Fas fuit, eſt ſolis munere uita tuo.
Q uaꝗ die lethea præcor ſi numina quidquam
Auditis, tantum tollite corde nefas.
Aetnæam potius gentem, & leſtrygonas inter
Viuere, quam liguri credere, coge deus.
Q uod tuleras ſed rdde p̃cor mi ſepte: ter orbẽ
Compleriت nondum cynthia plura dabo.
Lux reor his aderit tenebris aliquando, ſuumꝗ
Nodus alexãdrum ſphynx ſciet œdipodem.
Iam bonus ex ſumma flans ſpũs arce ſerenat
Aera: liuentes ire iubet nebulas.
Et mentem meliora nouam dant ſidera: tẽpus
Candida me zephyris pandere uela monet.

Finis. Polyſtichorum.

EPIGRAMMATVM. Liber Primus.

Ad Cipicum famæauguſte pontificem

DEuoueat totis qs nō modo uiribus ignem
Quo mea clam dn̄m diſperit Armenias:
Armenias labor annoꝗ mihi quattuor: heu quã
Impia mens hominis/quam ſcelerata manus
Ocia ſed melior neſcit manus/alta licet non
Audeat:hanc frugi ſic monefecit apes.
Ipſum etiam ſordeſcit iners rubigine ferrũ:
Et uirtus longo nulla ſopore uenit.
Colliget ergo recens epigrãmata pauca libellus
Interdum lepidus quæ mihi ſal dederit.
Qui ſine dente ſonat campo iocus ibit aperto:
Sonſq; domi poenas pro leuitate dabit.
Scrinia ſi tamen & uulcani euaſerit iras/
Ignota poterit quo libet ire nota.
Præcipit auguſtæ ſeruator talia famæ
Cipicus:hoc rerum iudice nil metuo
Alter eo recti nec uiuit amantior:orbis
Hunc amat:hunc dicunt ſæpe ſuum ſuperi
Annuerit ſi forte mihi/maiora licebit
Audere:& facili numine creſcet opus.

Ad ſummi dei genitricem.

Virgo ſuprema faue/toto licet inclyta regnes
Orbe dei proles ſponſa ſoror genetrix.
Seruatura ſoles mundi tamen ima tueri.

Scit polus/ & quidquid pacis egere poteſt.
Panximus innocuos uerſus: ſuccenſio nulla eſt:
Hos amor & uirtus ſcribere ſola facit.
Ira tibi eſt odio: nec te duce rixa paratur:
Ergo ſerena procul diſcute ſi quid obeſt.

Ad Aldum.

Pro modico ſuperis facimus quæ uota labore
Arguis alde: preces numina ſemper amant.
Sic patres feciſſe nouos/ uetereſq; docemur.
Qui ſanctum ſequitur non cadit ille ducem.

Ad Cipicum Pont.

Cipice quid tanto muſarum incendor amore
Quæris: amare puer dulce quod eſt didici.
Quæris & hoc/ dicam: prius attamẽ ipſe uideto
Cur hinulus ceruam/ cur amat agnus ouem.
Sunt matres dixiſſe queas: res fortior inquã eſt.
Blandiciæ/ & placiti munera crebra cibi.

Ad Chriſtum in cruce.

Quo noſtri te traxit amor? quo chriſte? deus q
Es moreris? qui te das mihi/ quid tibi dem?
Accipe me: ſed quid nihil eſt ad cũcta? qd ergo?
Nil dabo? quas poſſim reddere/ da lacrymas.

Ad futurum monachum.

Ad chriſtum quicunq; uenis/ poſt fata beari
Quiſquis aues/ tenui non opus eſt animo.
Pugnandũ eſt hinc inde/ tamen ne defice/ fidus
Ipſe tibi thorax dux erit & gladius.
Incipe/ iam rerum moles te nulla fatiget:

Dulcior eſt quæuis parta labore quies.

Ad andream.

Vaſa libros ueſtes andrea mittis & ad uos
Mox ais ibo: placent dicta, ſed ut facias.
Græcula mille fides incæſtat gaudia; nam tu
Si deſis: mihi ſunt: munera cuncta nihil.
Munera qu.d dixi. tua ſunt: tibi ſeruo, reuiſent
Te: ſequere ut dixi miſſa, uel hæc redhibe.

Ad eundem.

O, fuit hæc quã longa dies: tune optime tandẽ
Tune ades andrea? quæ dare plura potes?
Magna tibi ſubita ẽ prouincia: plurima ſũt quæ
Præmoneã: nequeo tot modo: prima loquar
Temnere opes, lũbos præcingere, diſce iubẽti
Parere, & quouis tempore noſter eris.

Ad pudentem.

Faſtidis terrena pudens: cœleſtia geſtis
Viuere: mens alio cogitur ire leuis.
Gratulor: en modo uera uides: ſi quando fugit
Ferue iterũ: muſcas nõ timet ignea uis. (mẽs

Ad petrum martyrem.

Ieiunas: torqueris: opem fers martyr egenti:
Et pede ſancta pio limina ſæpe teris.
Tireſiam ſurdumq; tibi tamen eſſe tonantem
Credis, & in tenues omne opus ire notos.
Audiri uetat iſta fides: nec læua ſaluti
Dat deus: & dandi tempora ſolus habet.
Sed data ſi numeres, non eſt cui debeat: aude

Nomen ut eſt, ſcimus martyris eſſe pati.

Ad marianum.

Præcipua pietate uirum, ſed paupere cenſu,
Quiq; miſer uariis cladibus afficitur.
Ditẽ aliũ, ſuperos temnentẽ, & crimine multo,
Dignum laureoli ſcis mariane cruce.
Conſilia incuſas cœleſtum, & neſcius orbem
Non æquis clamas cedere cardinibus.
Quæſo tace, facit oẽ deus: ſed cur facit, & cur
Neſcis, ſi rogites: tu cinis, ille deus.
Dic tamen, & tibi ſint cum uulnera ſæpe cadenti
Aes ne magis cãdens, lene uel unguen amas?

Ad paulinum.

Numina quid uanis precibus pauline fatigas?
Vt ſenſu moueant quid cupis aſtra tuo?
Aethra micat, tu poſcis aquã: ſunt nubila, ſolem
Quæris: olus plantas: fingit hylas lateres.
Seruari ſatis eſt igitur ioelis ab anno
Si petis: & ſuperis dic bene, quidquid agunt.

Ad cipicum pont.

Aere laboratum ſpeculum fuluoq; metallo
Nunc here quod dederas cipice reſtituo.
Gratus ero, ut tenuiſſe putes: ſed othonibus hæc
Dulce mihi eſt ſpeculũ mortuus omp̃s (ſint:

Ad Irum.

Quid tantum cupis Ire pecu, cui culpa laborq;
It comes, & populi peruigil inuidia?
Pauperies metuẽda qdem eſt: quo doctior alter

Non fuit hoc ſolymi littera regis habet.
Non tamē ille popoſcit opes:aliena procul ſint:
Sit bona mens:habet hic omnia cui deus eſt.

In horario.

Tela per atq; cruces it ludo humana uolucri
Gloria:præcipitat nec reditura dies.

Porta Viridarii.

Cœlibibus reſeranda uiris uiridaria ſeruo:
Fœmina ſiſte procul & ſine patre puer.
Hæc mihi lex:cuſtode nec his opus ē ithyphal-
Hoc ſatis eſt-puero ſub ioue facta fui. (lo:

Vua.

Poſt flores mihi nullus odor:neq; crure ſuo ſtat
Me tamen eſt cunctis pignore grata parens.
Delicium poteram ſitientibus eſſe labellis:
Ne minus ut placeam plus iuuat eſſe dapem.
Mane meriq; die-creperaq; in luce-bonus me
Triſtis inops-locuples-lāguidus-acer-amat.
Vuida ſed cū ſim-duras dent robora glandes-
Quin magis eſt capiti pileus ille meo!

Vua iulia.

Cum coquar ante alias-aliis ſum gratior uuis:
Dat menſi cæſar nomen-at ille mihi.

Palma.

Eſt opus ut pariam quāuis ſim caſta marito:
Pignora ab argolico nomen habent digito.
Hic cariota uocat:uocat & cariotidas alter:
Mors pueri multis uita fuere ſenes.

In graue flector onus-duce me uictoria gaudet:
Nec ſine me quiſquã tendit in aſtra pedem.

Laurus.

Vatibus eſt decori mea frons-& ſeruat odore
Plurima:ne timeam fecit apollo iouem.
Baccã nouis quanquã mea deſiit eſſe colonis
Eſca bonus quanti eſt ſcit tamẽ hippocrates.

Cupreſſus.

Sum modo lignorũ iuuenũ pulcherrimus ante
Quæ fu eram:fuit in numine tantus amor.
Sũauis odos & cuncta ſuper naſcentia grandis
Eſt mihi uita-ſed ah-nil niſi triſte fero.

Iuniperus.

Semine iuniperus tuſſim-fumoq; mephitin
Effugo:frõs manibus frugibus umbra nocet.

Citra.

Patria medus ager nobis:citra dicimur:obſtat
Menſarum moles & uetus ambitio.
Sæpe ſitim-buccasq; malo ſeruamus odore:
Nos fugit ut mulier perdat iniqua uirum.

Ficus.

Cætera lacte ſolent-uiridiq; placere iuuenta;
Et ſolidas quis non diligat induuias?
Sint lacrymæ pro lacte mihi:ſim plena dierum
Sit toga ſciſſa-caput flexile:dulcis ero.

Oliua.

Me fera pallas amat-quæ nuncia pacis & index
Sum tamen:& regni uitis amat ſociam.

Singula qd numerẽ? nihil eſt mihi inutile, radix
Robur, frons, rami, bacca, liquor, pithyra.

Arbor perſica.

Vox rudis has uectam me pſide dicit ad oras,
Virus ut auſoniis melle latens parerem.
Sed mihi quæ ceraſo cum ſit fortuna, colẽdam
Ne fuge, ſi metuis quæ fero tinge mero.

Ceraſus.

Præcoqua pars itali ceraſus fero mala triumphi:
Victor pontiaca nomen ab urbe dedit.
Cætera cum ſuperet, multos mea forma fefellit
Et frugum cum ſim prima, minus bona ſum.

Chryſomelus.

Aurea doctiloqui dicunt mea mala poetæ:
Graiaq; pro magno lingua decore fauet.
Perſarum ſoboles uidear licet eſſe, tamen me
Pars hominum uectam dicit ab armenia.

Prunum.

Frigoris humoriſq; mihi pars maxima cum ſit
Quæro ſuo quid me nomine pruna uocat.

Pirum.

Nectare cui cedam nihil eſt: ſi nomen acuto
Dat pira, pythagore littera cur abiit?
Cumq; caput reliquis in frugibus ante coquatur
Cur ſolet in primis pes tener eſſe mihi.

Morus.

Teſtis adhuc ficdi tricolor ſum morus amoris:
Sola (licet fatuo nomine) ſum ſapiens.

Frõs mea dat cũctis quæ præferat aurea pallas
Vellera: me nulla eſt ambitioſa magis.

Nux.

Nux iuglanſq; uocor duo ſunt contraria: utriq;
Ius fauet: hoc fructus præbuit umbra aliud.
Quam ꝓſim nulla eſt teſtis mihi littera: ſed quã
Infelix heu ſum ſulmo uolumen habet.

Caſtanea.

Caſta fui dum mollis eram: dedit aſper echinus
Improba ne poſſet me uiolare manus.
Ex priſcis ego deliciis ſum ſola ſuperſtes:
Frigida calda tepens uirgo & anus placeo.

Corylus.

Vmbra facit corylus mediis ne planter in hortis
Eſt iuglande minor pes mihi par bonitas.

Pinum.

Dura duplexq; mihi domus eſt: pomũ tñ eſt qui
Me uocat: alma iouis mater ut atyn amat.

Meſpila.

Meſpila bacchãtum furias moderamur: alit nos
Bruma: priuſne cupis? reddet amica torus.

Sorbea.

Sorba ſumus multis pira credimur: ante nouẽ-
Plurima guſtari nos uetat aſperies. (brem
Noſtra leuat uẽtres quos pſſimus ante ſenectus:
Matre ſed hinc fugiat captus ab hectorea.

Zinzipha.

Zinzipha ſeu baccas ſeu poma uocaueris aluo

Ne dabis ut maluis eſt opus aut oleo.

Cydonia.

Nos pepit quæ prĩa cydon/dat nomẽ:auaro es
Viſcere! poſt epulas/lubrice mande prius.

Melo.

Mel melos aut melõ nomẽ dedit:oẽ decet: ſum
Natu humilis: confer cætera primus ero.

Labruſca.

Per ſolas labruſca licet ſim repere ſæpes
Sueta/licet nomen fecerit aſperitas:
Plurima uinco tamen dulcedine uina liquoris:
Ante cataclyſmon par erat uua mihi.

Vlmus.

Bobus opem foliis/ramis fero uitibus ulmus:
Temperat æſtiuos laſſus utriſq; dies.
Humanis cæſo quam proſim robore nemo eſt
Qui numeret: tantum quærere poma caue.

Quercus.

Fronde triũphantũ cinxi quæ ſæpe capillos
Glans cuius/priſco panis in orbe fuit.
Cætera/ſim quãti ſup eſt modo dicere: xyſto
Nobilior tandem ſum data pontifice.
Tũc rude robur erã/facit hic argentea qd ſim:
Cedat alexander chryſea quercus ero.

Ad Cipicum Pontificem.

Scis ſatis hic rerũ qdqd mihi creſcit in hortis.
Cipice/nec pugno nec pete calce fores.
Fas tibi pantaphilõ eſt dicere cœna/ſed inquam.

Plus ego: clauis adeſt: accipe, do, tua ſunt.

Ad theodorum fratrem.

Rara tibi damus, imo nihil theodore, ſed audi
Spiritus unus, idem cor ſumus: unde doles?
Quæ tua ſũt, fruſtrane rogas? ego iure notabor
Si dedero: maneas dona, alienus eris.

Ad pyrrhum nepotem.

Pyrrhe tibi ſolidas formoſo in corpore uires
Dicis, & iratum nil tibi poſſe iouem.
Iuſſa tamen nimium metuis ieiunia: nũmos
Si dabo, dum numeras eſt habitura fames.
At uoci ſi fricta nocent, quid glandia, pernæ
Sincipita, & luſtris tegana quidqd olent?
Ergo geni dic uincit amor: dic deniq; morbus
Ah tibi neglectæ quantus ineſt animæ.

Item ad pyrrhum.

Pinguia poſt ſactos ciueres quia mãdit amillus
Cum ualeat toto corpore pyrrhe doles.
Debueras doluiſſe magis, ſi languida & illi
Membra forẽt: ſatis & mors ſuper eſt animæ
Eſt fortaſſe tamen culpam quod tollat edentis:
Non aliena pium te facit impietas.

Ad quendam theologum.

Paſca magiſter erat: uenit ſua dicere quidam
Crimina: iam centum dixerat, & tacuit.
Plura hominem feciſſe ſciens dic cætera dixi
Nil ait eſt reliquum: te rogo quid faciam?

Ad caprum philippo datum.

Cuncta quibus credat pereunt ſi iura, philippo
Quod precor, i, gemitu dic moriture caper
Ad minum.
Lætari iam mine decet ſurrexit ab orco
Summ ipotēs: teſtis caſeus ecce tibi.
Thuſca ſua licet hunc non ſignet imagine luna.
Plus tamen eſſe fero gratus olente poteſt.
Ad lucium nepotem.
Scire cupis luci ſed quod magis utile tātum eſt,
Ne minimum fruſtra temporis ire feras.
Laudo ſeneſcentem puerū: colē numina: docti
Te doceant: lateri ſus procul eſto tuo.
Ad eundem.
Plurima longiloqui damnas epigrāmata uatis,
Atq; alium nimia mox breuitate notas.
Hoc igitur medium luci dum quæris & illud,
Nil legis, & uacuum tempora cara teris.
Proficies crebris uicibus ſi cuncta reuiſas:
Et uigili longus proderit atq; breuis.
Ad guidonem.
Guido redire negas cum nil niſi uerba reportes
Ergo quid ad uates itur & ad monachos?
Sæpe datis (cellam hanc teſtor) meliora fuere
Verba mihi: poſſunt & bona uerba dari.
Si tamen eſt iuri ſtandum ter es ipſe daturus,
Qui nunquā me audes uincere muneribus.
Ad laurentem.
Os tibi laurens eſt quod mater amoris adoni

Alcideſq; ſuo preferat acer hylæ.
Centeno natura tamen ſi fœnore totum
Augeat, & dici primus in orbe queas,
Quod tibi dic inter magis eſt animantia cōpar?
Nullum plus paruo fratre gigantis habes

Ad eundem.

Et tu oculos ſcis belle puer torquere? times ne
Simia ſi uerax omnibus eſt ſpeculum?
Et deus eſt agno ſimilis: canit hectora muſcæ
Smyrna parem: nemo eſt id cui ſit ſimilis.
Creſcat ad huc uirtutis amor: quo pulcher iulū
Hoc pius æneam mox precor ut ſuperes.

Ad titum.

Audeat hexametros cur non mea fiſtula uerſus
Flare rogas: tite non omnibus omnia ſunt.
Magna gigātes amēt, modico nos munere læti
Ibimus: eſt Iro uile nomiſma ſatis.

Ad cipicum pont.

Sæpe tuum noſtro memorari cipice nomen
Ore, tibi dudum rettulit antiochus.
Diſſimulas meruiſſe: tibi conſueta, uiroq;
Digna facis: fari me benefacta decet.
Qui dantem munuſq; tacet, grateſq; moratur
Filius eſto famis paupere dignus hero.

Cuiuſdam præſulis epitaphium.

Ignoti uenerare ſita hic patris oſſa uiator:
Teſtantur notum uerba ſuprema deo.

Ad Lucium nepotem.

EPIGRAMMA.

Dulcis amor cui pulchra dedit lux nomē, & alti
 Mens animum: placeāt quæ mihi pria rogas:
Et uitam prior ipſe refers: bene dicis: at illam
 Quæ deus eſt: tamen id corde fuiſſe negas.
Ergo audi: res, uita, decus, uerſo ordine pſtant:
 His bona ſunt animi pluris habenda tamen.
Ad uitam ſi forte redis: hanc uana uoluptas
 Corripit, ut uiuas quid mala ferre times?

Ad Franciſcum.

Cæſæna franciſce uenis cænamq; parari
 Vis tua quam dempto patria uentre ſonat.
Tu quoq; ſi uenias ſine uentre, quid illa iuuabit?
 Quiue futurus? ero deniq; francus ais.
Maioremq; iubes cænam: ſed francus es? ergo
 Gallus, & ergo tuam te refer ad cybelen.

Ad quencunq; conuiuam.

Si mihi rex etiam ueniat conuiua futurus,
 Nō myrrhā aut balanū do, nec utrūq; ſimul.
Fons ſatis eſt manibus, ter proluet ora phalernū
 Et quater: aſſandis piſcibus eſt oleum.
Viuere quid uerſo iuuat ordine? uertitur ordo
 Plus tamen, ut munus lingua molaris obit.

In conuiuam maledicum.

Symbola mille licet dederis, niſi lædere fando
 Caueris exul ab hoc perge ſodalitio.

In eundem

Deterere alterius nomen qui uoce petulca
 Non fugit, ad noſtras non eat ille dapes.

Ad quendam miſerum.

Flas miſer ut digiti caleant, ut frigeat eſca
Flas iterum: prunas flas miſer an glaciem?

Ad Lucam ripam.

Indica crediderarn caro ſeruaſſe magiſtro
Cinnama: caucaſeum dum fero cerno piper.
Inſpice cor dantis: tibi ripa placebit, eritq;
Dulcius hyblæo rore quod acre putas.
Me tamen ut ueneti repetam myrrharia fundi
Quippe tui memorem faxo fuiſſe ſcias.

Diuæ Iuſtinæ patauine epitaphium.

Me puer en ueneris plumbo percuſſerat, auro
Qui nequiit: nequiit balteo & ipſa parens.
At quia me chriſtus tetigit meliore metallo,
Trux mihi rex ferro fixit & enſe latus.
Exiguus (quid inane furis) cinis ecce puellæ
Quam pluris regno eſt maximiane tuo.

Ad marium.

Vlctio dira mari tantos tibi ſuggerit ignes,
Et nihili quæ ſunt hanc ſubitura facis?
Polypodem glauca pendere ab arundine uidi:
Tutus ſi modicum diſſimulaſſet erat.
Vindicta ſe perdit aper: iouis ales eadem.
Sæpe cadit: diſcas parcere: uictor eris.

Ad germanum.

Qui modo rex oculi fuerãt germane uidemus
Delirare ſenes, fræna tenent pueri.
Tu fatum incuſas: & ducier omnia fato

Ff

Credis & euboicam plurima poſſe deam.
Falleris/eſt fortuna nihil: deus omnibus auctor
Certus/heros pueris æquat heris pueros.
Eſt tamen & uitium quē detrahit/aureus & quē
Fert animus: ius eſt: ius amat ipſe deus.

Ad amillum.

Spernis amille dapes animæ cœleſtia mella:
Credo: foret noua res/hæc tibi ſi ſaperen.
Fercula quiſq; habet mortali a/protinus illis
Fit ſatur: & quiſquis non habet illa cupit.
Qui ſanctis caret/hæc nō appetit: accipe/edēti.
Plurima/quæ proſit creſcet amica fames.

De hyla paupere.

Aegrotauit hylas: ſtultum dicebat aliptes:
Neglectuſq; diu triſte iacebat hylas.
Heu fuluo leue gramen ait quā diſtat ab auro:
Quā ſaperem/ueſtis ſi mihi pulchra foret.
Vox nihil eſt Iri: ſuperat mida fando ſibillam:
Aſt ego plus mea quam rex aliena/ſcio.

De ægione auaro.

Multa ſenectutis memor ægio clauſerat auri
Pondera: tithoni uincere luſtra ratus:
Eſſe homini tūc cœpit olus/nux/cæpa/legumē
Deliciæ/& modico uix aqua tincta mero.
Fit ſtomacho lis magna: ꝗuis dolor ilia torquet:
Annus humo miſerum ſeptimus occuluit.
Vixit inops/locuples eſt mortuus: ecce qd auro
Eſt fidei: meritas nunc habet ille uices.

Clauditur en modica ſcrobe, q ſcrobe clauſerat
Viueret: & nec porthmea nare iubet. (unde

Ad dactylum.

Quidqd adis, quodcūq; uides, mirabile clamas
Ex modico tanquam paſſere ſurgat equus.
Pauonem pariat bubo: quid inane laboras
Dactyle? non eget hoc ſumine noſtra cutis.
Quā bene ſit placuiſſe hoī non neſcio: dignus
Non tamen aurari quilibet eſt paries.
Vt placeas mirare minus: laus crede nec omnis
Eſt bona, laudari ni mereare prius.

Ad marcum.

Non nihil ut referam, fruſtra te tanta fatigat
Manſio: ni ſapias neſtor & irus eris:
Mille meas coram cecinisti principe laudes,
At me quæ docuit fabula marce loquar.
Officio uulpes quondam ſeruata coloni,
Fertur, & incautos delituiſſe canes.
Nunc amo te dixit: per te mihi uita profecto eſt:
Me nimis at digitus terruit iſte breuis.
Sic ſine SED, ſi tu laudaſſes multa referrem:
Nunc nihil ut referam ſyllaba ſola facit.

Ad theodorum.

Naſonis theodore tuo uenere calendæ
Munere, quo tuleris ſic ſcio cunq; pedem.
Sat bōa merx: epigrāma dedi: das ipſe uolumen
Et dare ſi rurſum ſcripſero plura paras.
Et pulſare iubes: non pareo: tanta faceſſat

Improbitas: pergis cogere? ut ergo ſcias,
Mūda placēt: qbus ora notat ne mitte character
Vix ſemel hos anno ſit meminiſſe ſatis.

Ad ſeuerum.

Indignim eſt aliqui facinus dixere monaſtam
Ludere: turbatur, turba, noui nihil eſt.
Nec iocus eſt uitio ſemper neq; triſtia laudi:
Laudo uices: tempus cuncta ſeuere docet.

Ad fabrum.

Quid faber o, tantū fandi decus & ſacra dānas
Ocia? quid ſarcam pluris & arua facis?
In te poma grauem cybeles fecere ruinam:
Verſiculos ſciſſes quos ego, tutus eras.

Ad franciſcum.

Tarda graui franciſce moues ueſtigia faſtu:
Nemo mihi clamas creditor eſt oboli.
Dixiſſes impune magis fortaſſe talenti:
Cuiuſquam, te in ius en uoco, debitor es.
Heſterna dixiſſe pluet te luce recordor,
Quum calidus toto ſtrideret orbe notus.
ug eb atq; fidem cornix tibi garrula, quercu
Dum crepat, & ſolito muſca moleſta magis.
Cras ſuper hæc ſi fallar ais tibi zinzipha nūmo
Empta dabo: zephyrus zinzipha mitte iubet

Ad eundem.

Rem poſco, tu uerba refers: ambagibus hic nō
Viuitur: innumeris eſt mihi rebus opus.
Sint nugæ franciſce tibi: mihi zinzipha ſunto:

Zinzipha da, capiti quid nocitura times?
Eſt focus unda lebes: rabies moderãda repẽte ẽ
Quidqd edas, ſtomachus ſi ualet, eſt bõa res.

Item ad eundem.

Zinzipha carminibus tãdem franciſce dediſti,
Quæ pueris fletus cauſa fuere tuis.
Crediderant ludo menſa ue ferenda ſecunda:
His grauis huc triſtes fecit eryx abiens.
Senſimus, & piguit: multi tibi fœnoris ergo
Roſcida pro baccis accipe mala damus.
Zinzipha qdruplici pẽdẽt mihi ab arbor: ſed ſic
Verus eris, ſimul & debitor eſſe ſines.

Ad caluinum.

Debentem qdquam mihi te caluine recordor:
Et memori tandem codice delitus es.
Quippe bõus meritis fateor mihi plura dediſti:
Debitor & dixi tunc tibi ſemper ero.
Nunc repetis: magna eſt iniuria: debitor at ſi
Reddidero, tu dic quomodo ſemper ero?

In eum qui ſanctis abutitur.

Naſcitur omnipotẽs, pernox ſonat aula fritillo:
Martino ad cœlum bacchus eunte furit.
Rex deus eſt pacis: pacis fuit iſte miniſter:
Vt grateris homo prælia ſtulte paras.
Martino eſt gaudere pium: cœleſtis ieſu
Gaudia magna capi uox oriente iubet.
Non nego, ſed quæ dat uini furor & ſitis auri
Gaudia? nec cœlo ſpondet iter ultium.

EPIGRAMMA.

Ad philippum.

Quid latios gens pergit adhuc uexare penates
Gallica? noſtrane habet ſæuiat unde manus?
Dentibus & ſæuire quidem quandoq; licebit:
Sed magis eſto manus hoc muliebris opus.
Quas necet ecce tuam ſecura philippe camillã
Gallorum geminæ matris heram facio.
Quin ſibi ni caueant deteſtabuntur & ipſi.
Hinc modo tu reliquam diſiice barbariem.

Ad gaſparem.

Gaſpar auariciæ uel ponere templa reuiſens
Diſce modum: gratis res data magna ſat eſt.
Cærea dona dei ſpernis quia parua: redito
Poſt menſes dabitur maior oliua duos.

Ad alemanum.

Lætari me alemane iubes: lac mittis & oua
Dicis & en poſtes fœmina macra ferit.
Parebo: ſed non nobis ſolet illa timeri
Sæpius infragili uicimus hanc animo.
Quid referam cũ ſola mihi ſint uerba? paprytĩ
Accipe: ſi uenias cum prece crux dabitur.

Ad pamphilum.

Miſit ab ægypto cariotides aldus & uuas
Cretenſes fici ſunt ſimul illyricæ.
Ieiuni memor ille ſacri ad uenerabile ouantem
Paſca per herboſos me iubet ire dies.
Quid duo ſi dictis parebimus? accipe doni
Partem magna meæ pamphile pars animæ.

Ad fabrum.

Surgentis cupiens ſine codice feſta quotannis
 Scire dei, rogitas me faber ut doceam.
Quid meus hæc? pcibꝰ nõ eſt opus iter amicos
 Me tibi nullus erit largior obſequio.
Hoc ergo cape præcipuum: lux ſeptima ſacram
 Poſt oleam, magnum dat celebrare diem.

Ad germanum.

Vnde calent germane rogas obſonia menſa:
 Et caluere ſimul uaſa, ſed ignis abeſt.
Ignis abeſt fateor, ſed non prius abſuit: ergo
 Multa per id fieri, crede quod ante fuit.
Vel mihi dic ſecti fugiat cur cauda lacerti,
 Membraq; corporibus cur lacerata tremant.

Ad domicillum.

Ad cœnam bis qnq; petis domicille uocatus
 Pocula: ſic dicis nominis eſt numerus.
Ergo cadi totidem: totidem debentur eodem
 Iure boues: ſterni bis pete quinq; toros.
Relligio ſed ſi qua, decem fer egentibus aſſes,
 Quaq; die decies cum prece flecte genu.

Ad pacem ſycophantam.

Si ſeptem iuſtina bibit, ſi quattuor iſis
 Quot plautine bibes nomine pax alio?

Ad halmyrum.

Nobile qd laurus dedit halmyre priſca ſupremũ
 Centeno fruſtra quæris ab œdipode.
Quot linguæ tot uota ſonãt: ꝓbat ille ſiluros
 Nux tibi piſce magis ſi placet eſt melior.

Ad titum.

Alcides tite ſi qua tuus tibi dona merenti
  Mittuntur/ſocium plus amo carmen ait.
En raucas modo cortis aues damus accipe: car/
  Dum cænas/ſociũ tantalus ille legat. (men

Ad canalem.

Aurea raſtra datũ uenetis mihi munus aboris/
  Sub ioue quia cænas fronte canalis habe.
Hoc habuit pluris uno uetus elia dentes/
  Nulla ſed his unquam tuſſis obeſſe poteſt.
Nec polyphæmeis ſunt crinibus apta/ſed unde
  Pecten acus ſtrigilis pendeat & ſpeculum.
Danda galeritis fuerant: tu uertice raſo es/
  Eſt ſoror/eſt coniux filia/glos/pueri.

Ad candidum.

Quid uarios quotiés caſus hoīum atq; ſuprema
  Facta uides/animo candide tanta moues?
Hic armis cadit/ille toga: ſit crœſus an Irus.
  Aſtra ſuos uirtus uincere ſola facit.
Vt curſum eſt dum uita fuit/ſic præmia quiſq;
  Certus habet: recta currito: uictor eris.

Ad marium.

Cras chriſti natalis erit: ieiunia mundus.
  Seruat: & his pueros abſtinuiſſe pudet.
Oua bibis/prandes/cænas/neq; carnibus idem
  Parcis: opus dicis ſic fore: credo mari.
In fratres in templa furens & numina ſæuis:
  Talibus eſſe rogo quis tibi credat opus?

Ad cipicum pont.

Scire cupis: quot ſunt anni mihi cipice: nullum
Dixero: quod periit tu mihi dic quis habet?
Tẽpora ſi niuei lapidis numerabimus, en ſum
Aſtianax: ſi uis omnia ſum priamus.
Sic hominum uita eſt: faciles qui cõputat ãnos
Sæpius ex modica fit bonitate ſenex.

Ad baſſum medicum.

Febre petor: ſitio: qd aromata baſſe miniſtras
Dulcia? da laticem: non fugat æſca ſitim.

Ad philippum.

Cogor & in magnis heu ſcribere febribus, & ſi
Non impune caput ferre philippe licet.
Tu teneras das cortis aues: modo cipicus aurũ
Munus & ex drepani miſit arundinibus.
Oua paris, caluinus ityn: nullius egere
Quippe ſinor: fratrum me neq; turba fugit.
Saluus eris modo baſſus ait: nec q̃rta iacẽtem ẽ.
Lux uiſura: malo tu caue, uerus erit.

Ad paridem.

Dulce merum, ter dena ſimul paris oua dediſti
Febre quibus preſſi riſimus in media.
Noſter io dixi quid ſi peperiſſe paris me
Credidit? en puero prouidet ille dapem.
Ah tibi quæ cornix flauit feralis in aures
Nata acheronte? ſed hoc gaudeo, nõ puer es.
Aegroti gratare iocis: deriſio nulla eſt:
Mitte iterum, & ſtomacho te timuiſſe loquar.

Ad amicos.

Præmia uel uerbis perſoluere tempus amici
Eſt quibus hos ſeptem frons fuit atra dies.
Dis ueſtræ placuere preces: ſupremus amica eſt
Aure ſuam flexus iuppiter ad cybelen.
Fas erit ut ſacrum montem conſcendere teſtes
Amplexis figam carmina parietibus.

Ad aurelium.

Me tuus optato pauit modo balthaſar hauſtu
Te mihi quum uerſus præcipiente dedit.
Dona deos hoieſq; mouent: frons læta iubentis
Et meliora decens nuntius illa facit.
Aureli precor ille diu tibi uiuat & auſis
Teſte quidem patriis indole maior erit.

Ad Ruſticum.

Balthaſarem neſcis cur tam lætuſq; libenſq;
Excipiam: mundis ruſtice munda placent.

Ad titum.

Carmen & arnæū tite uidimus: atq; miſertū eſt
Quo facis ut multa te pietate colam.
Sed miſer ut tigrim nequiit præuertere curſu
Ah rhodanum didicit uincere tardicie.
Eſt uirtus iam uana precum: ſuperauit egeſtas
Munera uox danti ſola manet nihil eſt.
Diſtribuenda decem fuerant: cēteſima facta eſt
Portio: cras credo ſi redit accipiet.
Ditior interea pluteo quid parcis: egere
Non potes: æterno munere lætus eris.

Ad iuſtum.

Sæpe tuo lætum uidi te nomine: iuſtus
Dicor ais, ſic ſum, nil niſi iuſta uolo.
Quis quod naſcenti fixit deus atq; parentes
Auferat:ergone uis iuſta: bene eſt: morere.

Ad eundem.

O, morerer clamas: melius ſape iuſte: laborum
Si piget, eſt aſini fabula habenda ſenis.
Mille fatigatus miſer æſtibus erumnarum
Carne lupos ſatiat, tergore cribra facit.
Si regnum cœleſte iuuat, quibus emeris illud
Dic factis: falli uenditor ille nequit.
At ſi poſt centum ueniam mors dixerit annos,
Improba clamabis mors nimis heu ꝑperas.

Ad franciſcum ubertum.

Phyllidis has franciſce nuces pro cõiuge mitto,
Plenaq; fœmineis uaſa tragematibus.
Altera cras mittam, tibi ſit modo ſalua uirago:
Nec deerunt aliquo munera noſtra die.
Interea dabo uota preces & ſacra tonanti,
O, tibi ſi placeant munera, uerba deo.

Ad eundem.

Nec uotis opus eſt, tibi nec fuit ægra uirago:
Senſimus ut riſu non caruere doli.
Parcimus: eſt iactura leuis: fit & inter amicos:
Sed nec uberte dolo nec loquar ipſe ioco:
Tenſius hinc ſuperos orabo, ſit illa ſuperſtes:
Quæ tamen ante ſolent hæc tibi faxit anus.

EPIGRAMMA.

Ad gratioſum.
Me tibi non elegis unquam dixiſſe ſalutem
Et quereris ſoli quod damus apta lyræ.
Dic ſodes: num poma lyræ ſunt apta, nuceſq;
Quas damus? at ſi mens eſt tibi de numeris,
Eſt ne tibi indignata ſalus? aut carminis unum
Se ne philetæi dixit amare genus?
Fruſtra etiã niſi plectra iuuant, hos nẽpe reqris:
Vidimus & chordis arma uirumq; cani.
Sis gratus, fugiet nec gratia: uerſibus impar
Dum tibi nomen ineſt, his cariturus abi.

Ad halmyrum.
Cur lateat nos ſumma dies petis halmyre uerbo
Diſcere: ſed dic & nomine, certus eris.
Vult deus: hoc nemo dederit breuioribus alter:
Dicenti eſt aliud multo opus helleboro.
Aſtra fefellerunt multos, manuumq; figuræ:
Sed nimius plures uitæ abeuntis amor.
Mortalem ſatis ergo tibi eſt te ſcire: ſed o, ſic
Viue, die poſſis ut bene quaq; mori.

Ad alanum.
Quærit her; montanus egens, quæritq; laborẽ
Ingenium, uires laudat & ipſe ſuas.
Succenſes, & alane thraſonẽ hũc dicis, & etras:
Dixit & anchiſa ſe ſatus eſſe pium.

Ad pyrrhum nep.
Pyrrhe atheſi, tanagroq; cupis maiora uidere
Flumina, ſi quid & eſt latius eridano.

Hyſter-arat-tanais cordi ē tibi-phaſis hydaſpes
Perſpicere & nilus quanta per ora fluit.
Et cœlo tellure mari quæ aduerſa parantur
Negligis:& famam remq; diemq; teris.
Alcida ſed plura ferox qui uiribus audes-
Te prius hic culicum prome proboſcidibus.
Vin tamen ut ſpacio ſupat quod cætera dicam?
En mundus:ſemper quod fluit eſt fluuius:

Ad eundem.

Sæua nepos impune piam fers arma per urbem
Protinus ut multo dignus ab hoſte peti.
Corpora ſic breuiora ſolent:ſic uiuitur inquis
Tutius-& ſurgit nobilitatis honor.
Eſt deus inſonti cuſtos:neq; tutus achilles
Si noceat:nil cum nobilitate furor.

Ad marianum.

Quid faſces mariane negas decuiſſe philippū?
At ſaltem faſces quin ais ille decet?
Rem nr̄am primo ſi quid memoremus ab ortu
Mortaleſq; magis nil fouet eloquio.
Atacis furias phrygiæ timuere phalanges:
Doctior arma tamen ſuſtulit æacidæ.

Ad petrum.

Me petre cum taceam trino petis atq; quaterno
Carmine:non dormit muſa-aliunde uetor.
Tota ſenatori uacat hæc oblata perito:
Debet noſtra uiro quidquid auena poteſt.

Ad Cipicum Pont.

Cipice mala mihi data ſitt noua, luthea, guſtu
Optima, uix quanquã florum abiere dies.
Si tua ſint, nulla eſt iniuria: dignus habeto
Tu magis: autũmnus me mihi digna dabit.

Ad lucam ripam.

Omne timet gallos latium, neq; barbara quiſq̃
Audeat heu noſtrum tangere mancipia.
Sed tibi quos luca damus hos impune laceſſes:
Arctantur pedicis: ſunt ſine teſte, ſilent.

Ad iuſtum.

Numina non teſtor, ſed ſi quid dixero, uerus
Sum tamen, & tactis ignibus experiar.
Rem firmas ſic iuſte tuam: tam dira ueremur:
Te niſi tacta riget lympha, ftde bonus es.

De alexi.

Altaris cuſtos inopi patre natus alexis
Marmoream ſtruxit poſt duo luſtra domũ.
Teſtis & ipſe ſui ſignauit limina uerſu:
Hæc non altaris fecit alexis ope.

De pamphilo ſaxo.

Quid p erythræũ aut indũ mare nauta laboris?
Quolibet hoc ſaxum carius eſt lapide.
Tẽpla domos plateas palatiaq; ornat & urbes,
Omnia mire auget ſiſtit & irradiat.
Cætera calcis egent ferriq; fabriq; locanda
Saxa locis: meus hic omnia pamphilus eſt.

Ad balduni.

Quaq; die decies romam quot millibus itur

Balbe rogas/qui rus proximum adire times.
Sed dixi:tibi ſæpe reor mens dormit & auris/
Dicam iterum:ſi ſcis quot redeatur habes.

Ad aldum.

Cur queat alde rogas iniuria nulla ligonem
Nullius æris amor nulla mouere uenus
Indignum ſcis thure tamen/nulliſq; teneri
Legibus:& certam non habet ille fidem.
Rideo/quod ſonat eſt: hominē ſi dixeris/ergo
Ligneus eſt:tales multa taberna dabit.

Ad uitum.

Ocia quid laudas?operi quid iuge periclum
Vite times?uitam nil magis arte iuuat.
Quinq; duoq; dedit ſeruis rex magnus & unū.
Laudatum fecit primus & alter opus.
Ibat iners ſimilis tibi tercuis:illud & unum
Perdidit/& triſti eſt perditus ipſe modo.
Non is?ergo redis:nil ſtat:fas pone nefaſq;:
Poſſe dari certum eſt inter utrunq; nihil.

Ad eundem.

Vite bibis/uitanda facis:furis ebrius:ah quod
Nomen habes/uitis non tibi uita dedit.

Ad othonem

Scire cupis/uigilare piget/nulloq; doceri
Vis otho:ſcit nemo/diſcere qui refugit.
Et fruſtra miſer optat opes/quem cura laborq;
Terret:es hic/procul ut ſis opus eſt pedibus.

Ad probum.

EPIGRAMMA.

Plurima ſcis idemq́ꝫ ſonas ꝓbe plurima : ſed nil
Scribis & eſt clamas res mea tuta magis.
Paſſer aratorem non terruit:edere quidquam
Dum fugis haud aliter totus obire potes.
Ede age ſi qd habes:magnũ poſt funera nomen
Si ſeruas:propera quid moriture manes.

Ad eundem.

Quattuor hac doctos ꝓbe dicis in urbe poetas:
Sola trium memoras noīa:quartus ubi eſt?
Si uiꝫ amas:effare qs eſt?ſic æqua monet res:
Te ne cupis credi?credito tu ſatis eſt.

Ad Iacobum.

Noſtra iacobe rogas adeo cur carmina raris
Exhibeam:quia non omnibus ipſe loquor.
Eſt aliud:paruo cum ſint ea pondere/quid ſi
Periuras metuunt furtificaſq́ꝫ manus.
Sed taceo miſeris magis expedit unde timere.
Hic cibii & piperis plurima uenditio eſt.
Sed caue tu digni cum ſint iacobe cothurno
Verſibus eſt auceps andrapodiſta tuis.
Publica theſauros qui fert per compita uulſis
Curua ſuperciliis ſæpe ad aratra redit.

Ad angelum contionatorem.

Cum tibi nil populus credat quod contio mane
Tota ſonat mæres angele fles quereris.
Olim uiſa lupo docuit non credere caprum
Rimula:plus uerbis nos quoq́ꝫ facta docent.
Qui romæ eſt aurũ ſola hic ſunt ſtercora dicis

Tu romam paſtor perge: ſequentur oues.

Ad eundem.

Angele te noſtrum rimas modo dixit habere
Carmen: at ipſe negas: cedo: feneſtra fuit.

Item ad eundem.

Sæpe malum cũ pace refers: cupin angele pacẽ?
Læua tace: non eſt pax bona miſta malo.
Ordine ſed quo ſis dic angelus: agmina non ſic
Sancta ſolent: præco es: ſic neq; paulus erat.
Cœleſtes bona ſola canunt: patientia paulo
Summa fuit: ferro gratius eſt oleum.

Ad marcum.

Vltima ſeptembris lux fulſerat: omnia ferme
Tranſtulerant fures friuola marce tui.
Fert foricã: turpiq; leuis geta pondere amicum
Turbat hylam: miſeri frõs dedit icta ſonum.
Ora cruenta ſenis: lacrymiſq; madentia multi
Vidimus: increpitus res bene dixit haber.
Abſtinuere manũ ſtãtes: puer inqo marci eſt:
Sed tibi quum refero crimen & ipſe probas.
Nũ iubet hæc ciuilis amor? caue: digna manet te
Pœna: miſerturo nemine pauper eris.
Præmia iudicii fatuus mida rettulit aures:
Seruarant aſini nam tibi di reliquum.

Ad balthaſarem.

Care truces nimium quid balthaſar arguis iras?
Succenſere patrum littera poſſe docet.
Frõs manus oſq; furit: reſidẽt ꝑcordia: mox en

Rideo, nec noſtrum ſal fugit alcyone.
Sunt teſtes, læſo quæ miſimus oua, recenſq;
Panis, & abiegno candida mella ſinu:
Noſtra prius ſiquidem pacem promiſit auena:
Huc ades, & ſi quid prodigo dic malus es.

De umbra cauſidico.

Neſcio cuius erat diuum natalis: adibat
Tẽpla freq̃ns populus: me uocat ũbra ſequor
Iã multo grauis ære calix erat: ũbra nomiſma
Addidit, & centum myſta ait accipies.
Quinquagena ſatis modo ſunt ait ille: manũq;
Ingerit: ipſe uelut cætera frater habe.

De euiſdem obitu.

Acturus nolentem animã dat mẽbra grabato,
Qui prius & cauſas egerat umbra foro.
Fert epulũ cœleſte pater: nihil eſt famis inquit
Ille: tamen ſenior mandere dicit opus.
Vmbra negat: fit lis: uideant ait æger amici:
Nec mora, uox omnis pro ſeniore fuit.
Tunt rabula: hæc nimiũ grauis eſt iniuria: regẽ
Appello: extremam ſic dedit & lacrymam.

Ad quendam gallicum.

Gallice te totas uigilem facit alea noctes:
Et pila te totos laſſat hetruſca dies.
Nos tamen incuſas: hac dicis ſomnus ab urbe
Exulat: eſt uetitum uiuere, ni redeo.
Falleris: ab latio non eſt inſomnia cœlo:
Parce tibi: ſomnos reddet amica quies.

Sidera ſæpe nocet noua quærere: ſidera uincit
Mens bona: ſed tua ſunt omnia: ſi tuus es.

Ad ualerium.

Liber eram ualeri: modo ſeruio: maxĩa rex eſt
Perdita libertas ſi fuit: heu fateor.
Si tamen o melius ſpectes: mihi iudice te ipſo
Quod uereare nihil fecero: ſed quod ames.
Aut ſtygis aut cœli domino ſeruire neceſſe eſt:
Tartara dis: arcem dat deus æthereani.
Seruitium interea noſtrum mortalia uincit
Regna: iugum ſimul hoc accipe: liber eris.

Ad alexandrum.

Audiſti ſcio ſæpe deum: rurſuſq; uocantem
Audis: & dixti te modo chriſte ſequar.
Quis tibi letheos hauſtus dedit ergo? ueternum
Quæſo oculis: remoram diſcute nauigio.
Neſcio quas gordi narras ſymplegades: orbem
Impiger ut uincas: ſolue moras gladio.
Nec tibi alexandri nomẽ ſatis eſto: ſed hæc ſint
Textricis uereor ſtamina dulichiæ.
Ah qd agis? nunquã carituꝝ eſt fluctibus æquor
In nymbos uerſa eſt ſæpius aura leuis.
In fœnum flos omnis abit: ſibi fallere mundus
Credentes ſolet: i: quod facis omne tuum eſt.

Ad barbarum.

Ventre toris ludo: patris indecor omne liguris
Et monachus tandem barbare dicis ero:
Nec lethale relinquis iter: ſic cœpit eremi

EPIGRAMMA.

Nemo pater: maurus non ita, non placidus.
Sed cruce fur moriens animũ, laſciuaq; marthæ
Dat ſoror: hac miſeri quot periere fide!
Spe ueniæ eſt peccare nefas: fallacia inanis
Eſt tua, ſi ut fallas falleris ipſe prius.

Ad eleutherum.

Ante duos factum quod eleuther oportuit ãnos
Coruino dicis carmine cras faciam.
Fur coruus, nimis eſtq; loq̃x: tibi ſiq̃ uolucrẽ eſt
Vox placitura, puto dignior eſt paphiæ.

Ad eundem.

Voce colũba nigro magis alite quæris eleuther
Cur placeat: coruus cras canit, illa modo.

Ad oliuum.

Noſter oliue futurus eras, tibi credere ſi quid
Poſſumus: hinc mouit transfuga te phanio.
Bis ſenas phanio meſſes cui tanta pependit
Barba genis: plures quin tibi dant animum!
Ter deni & ter q̃nq; ſumus melanimones: unus
Ille aſini circum pelle datus ualeat.
Et fratres ſatus inter erat ſcariote beatos:
Sex fuit in ſanctis aduena nicoleos.
Sunt qui opes fugere pio uirtutis amore,
Quo redit ille feram fugerat eſuriem.
Laxanda eſt molli genio prius inquis habena,
Et tetricam potero fortior ire uiam.
Ganea qui templo petit illaudata relicto
Dicturus fruſtra eſt ſic meliora ſequar.

Ad conſtantem.

Tardiloqui conſtans miſſas fugis emiliani:
Diſpereunt coram tempora nulla deo.
Eſt bonus, auditur coelo: ſcis ipſe: quid optas
Therſitam pro te ſi facit æacides.

Ad iacobum.

Qui te iacobe mihi carum inficiatus amicũ eſt
Carum agamẽnonidæ qn negat & pyladen.
In uiſum dicat damoni pythiam, achatem
Aeneæ, & ſi quos fortius urget amor.
Semp amaturus te nunc amo: diſſidium qui
Quærit a b æterno diſſidet ille bono.

Ad alemanum.

Annua chriſtiparam, ueterũ qua more plauſit
Aureus ille ſenex lux alemane redit.
Priſca ſacris cineres facibus luſtrabat amicos
Relligio, menſi nomen & inde datum eſt.
Hocq coli melior Mariam lex tempore iuſſit
Caſta deum paucos quæ dedit ante dies.
Nunc tibi qua laudata patrum ueſtigia ſerues,
Cærea de proculi mittitur haſta domo.

Ad cipicum pont.

Glandifer ad noſtros princeps diuerterat: inter
Cipice tu ſocios primus eras proceres.
Ore manum tacturus eram: ſe flexit, & ori
Os lætum, & uitæ ſigna dedit capiti.
Mendacem caue faxit amor te maximus: aurem
Præbuerat: mihi non eſt opus œdipode.

Parce quid o dignum referã tibi neſcio: amicia
Dum prodeſſe cupit mens bõa ſæpe nocet.
Nam patria puerile manu dum ſurgere pondus
Incipit excidium res facit ut timeat.

Ad fabianum.

Quid mea tam fabiane ꝓbas: te pluſcula uincit
Gratia: qui male ſcis nil dare das quod habes.
Non niſi deliciis redoles cœleſtibus: undam
Dat puteus dat ager ſemina uina cadus.
Affectu ſed ſæpe fides confunditur: inter
Nos ãnis (memini) nouimus ex teneris.
Nouimus & multi tenuerunt ſemper amoris
Vincula ſi laudas tu mea res uetus eſt.
Quis credat: quis item non auſit credere: teſtis
Optimus ad reliquos ad mea uix bonus es.

Ad corydonem.

Pauperibus nũmos templis dat prædia martyr
Ter ſtultum corydon ſtultior ipſe uocas.
Ter ſapere eſt illud: modo q ſic ſeminat id ter
In regno decies colliget æthereo.

De ſyro paupere.

Lux atra eſt prãdet Syrus: arguo: ſatq ſuperq
Ieiunatur ait non fugit unde fames.
Sportula parua mihi ẽ: ſpes eſt rariſſima cænæ:
Nec bene qua comedã lux mihi clara uenit.

Ad marſyam.

Preſbiteros rarenter adis: petit orgia ſi quis
Myſtica ſic ſolitam marſya dicis ouem.

Ille ſatis ſuperos docuit non temnere priſcus
Marſya:ni reſipis plus ſcio pelle dabis.

Ad petrum.

Cur monachi tot læua ferāt: tot ſponte labores
Miratur, cœlo qui petre neſcit iter.
Nil tamen oïa ſunt, ſed amet ſi iuppiter æquus
Accipiet modicus præmia magna labor.

Ad candidum.

O.capitum uarii quā ſunt deus optime ſenſus:
Quod facimus labor hic eſt ait, ille iocus.
Aſt ego:utriq; fides eſt candide certa:labore
Cogimur:& feruent gaudia pectoribus.
Gaudia, quæ tellus nequeat dare tota, fretumq;:
Gaudia, quæ mundi nullus amator habet.
His aïa eſt ſpes certa bonis:ſed candide ſi quid
Inuideas, tibi adhuc eſt locus & ſociis.

Ad eundem.

Euge, ſapis, ſurdo non diximus:hactenus en q
Nomine eras, ſimul & re modo candidus es.
Sed te humilis cū ueſte gradus nō terreat: aſtris
Sic itur:cœpti ſis memor uſq; boni.
Vtilis ad totum eſt intentio prima laborem:
Flos frugis, radix arboris eſt bona pars.

Ad eunum.

Vt quædam loquar eune rogas:ſi dixero, qs nō
Rideat:inficier:quid minus hoſte dabo?
Eſt animus, gratoq; tibi cum nomine uirtus
Plurima:me cogunt ſingula ne qua negem.

Parua quidē ſunt, & pueris quaſi digna / ſed idē
Dixerunt ueteres ſæpe minora uiri.
Gonziacam ſed tu Capreano uectus ad urbem
Nomine ter decies dic Rhaphaelis aue.

Ad paridem.

Cur tanto amplector capreanū quæris amore:
Quærat uirtutem qui pari nullus amat.
Plus aliis quid dicis habet! per uaſta lapillos
Littora qris: & hoc quod loquar haud nihil ē.
Sponſa hinulo ſimilē, ſibi ſūma canebat amatū:
A caprea quid ſi dictus habet quod amem!

Ad halmyrum.

Cū mihi lyſſippi pateat domus halmyre, qd q̄
Poſcis: ad huc partū ē nil mihi (parce) pecu.
Sed fabrū quē credideras, p̄mo follibus auſtros
Vel rudis incudem duplice pulſo manu.
Si quid erat periit: quali fuge quærere fato:
De noſtro ſolum me modo habere potes.

Ad cipicum pont.

Quæris cur prima pater alges cipice bruma,
Et mihi nil media frigoris eſt hyeme.
Tegminis omne quod ē mihi ueſtior: oīa ſic tu
Fer tua, ni caleas & mea nempe dabo.

Ad marianum.

Ioānes mariane duos hærere tonanti
Scimus, at ipſe frequēs quæris uter propior.
Sit modo pax terris: ſūt aurea mentiū olympo
Vincula: cœleſtes ambitione carent.

Ad hylarium.
Sancta bonis hilari multis te altaria ditant:
Nec tibi dū ſacro eſt chryſmate tacta manus.
Conduxiſti alium/officio quem paupere cenſu
Sufficis: & ſatis hoc eſſe putas animæ.
Hac uitium tegis arte: deus non fallitur: en quā
Deſipis: uxorem ducis/& alter habet.
Ad lycidam.
Myſtica qui ſuperis media canit orgia nocte/
Vel uenus aut phœbi quum noua lux oritur/
Qui dānet nemo eſt uſquā: placitura mineruæ
Carmina me lycida pangere mane iubes.
Arguis: eſt iniuſta minor: dare ſācta prophanis
Tempora/uix pranſus menſe ſemel faciam.
Crinitus chelyn ante dapes non ſumpſit ioppas
Ieiunum piguit præcinuiſſe lupum.
Ad maximum.
Mirandum eſt: hominē grauis indicat ira puſillū
Maaxime/quum facis es tu tibi maximior.
Magna ſonas: ſuperōs cōtēnis/& æthera/& oē
Quod ſuper eſt: ſenſus te fugit & ratio.
Quā temere quis dicat agis. morti oīa damnas.
Lictoremqꝫ uibes prætor adeſſe deum.
Sed magno num uis animo te maxime dicam.
Ius cole/fortunam neglige/fer ſocios.
Ad halmyrum.
Cū probris me ſæpe malus petat halmyre qdā/
Tu me homini indignans arguis æquanimē.

Sed neſcis: uinci poſſunt aduerſa ferendo:
Quæq; meo faueant plurima ſunt animo.
Vult deus: & quid agã? dabit & decus aſpa ferro
Lima: ſuum (loquitur ſi male) munus obit.

Ad pyrrhum.

Pyrrhe tuum rogitas ut carmĩe uertar in hoſtem:
Non faciam: quod dat negligo rixa decus.
Certior officiis paritur uictoria: amari eſt
Sanius: eſt quæuis ulctio plena malo.

Ad lentulum.

Lentule fles/populus cum te oderit oĩs: amari
Quæris? ama: uetus eſt/quæ ſeris/orta metes

Ad cinnam.

Scripſiſti iliacos paſſum te cinna labores:
Credidimus phrygias te meminiſſe neces.
Sed dolor ex laſſis fuit ilibus inquis/ & is iam
Deſiit/at rurſum febris in oſſa furit.
Mala rogas igitur: bona mitto: tu mala ne ſint
Perſpice: mors ſæpe eſt/uita quod ante fuit.
Et ſi eadem ſemper res eſt/mutare poteſt nos
Hora: uide/nihil eſt te tibi proximius.
Sæpe magis ſtricto nocuit mucrone uoluptas:
Pars neq; quod ſatis eſt non bene ſana uidet.

De eodem defuncto.

Cur lapidum tanta ſtatuit ſtrue cinna ſepulcrum
Quæritur & ſenſus tot lego quot capita.
Pyramides ſequor ipſe phari mihi dixit: & alter
Cinna canes mingant ne ſuper oſſa cauet.

Nocturnas alius laruas timet inquit: olympo
Vicinum uel ſe plus fore cinna parat.
Me potior, ſi quis quæ ſit ſententia quærat:
Neminis eſt inquam proiicienda fides.
Sed quid ſi credi cupiit poſt fata ſuperbus,
Qui tamen ut licuit uiuere, nullus erat?

Ad andalum.

Punica me moriens tuus andale cinna rogauit
Mala: dedi, & paucis carmina miſta iocis.
Res tulerat, pietaſq; fuit: frons læta iacentem
Sæpe leuat: uorſum tu bona fers alio.
Sotadici tibi nunc rogitas me regula quæ ſit:
Scribere, ſat dicis ſunt duo uerſiculi.
Græcula quæ recinit uox plena labore, labore
Me petis ipſe uacans num memini, memini.
Noſtra pares, ſimileſq; tuis dare barbitus horret
Aſſiduus fatuum eſt uel puerile iocus.

Ad euclionem.

Ad lanios capita empturus lãguente chrumena
Ire, ſed inde graui fronte redire ſoles.
Et nihil obſonas aliud: coguntur & atrum
Eſſe tui panem: ſtat tibi menſa leuis.
Sed capita haud ceſſas lanioſq; inceſſere diris:
Sis licet ergo ſenex euclio diſce aliquid.
Verte pedem, mutato foro: mox paupe nũmo
Et capita & caudas ex olitore feres.

De eodem.

Impatiens ad noſtra modi latrauit iambus

Hoſtia, nec noram mouerat unde pedem.
Meq; domo egreſſum ꝓpe terruit euclio: uincis
Dixi: mox & me ſupplicis inſtar ago.
Peccaui: tibi menſa grauis fuit: uxor in ouo
Tuq; epulabaris: ius erat eſca ſyro.
An laletanum biberes, an forte calenum,
Neſcio: ſic abii, dixi & amice uale.

Ad cipicum pontificem.

Cur caput eſt praſinum tibi cipice ſæpe rogatus
Purpureæ dixi nempe roſæ torus eſt.
Fulſerit & triplici ſimulac glans aurea ſerto,
Ille ſuas multo lumine promet opes.

Ad ocnum.

Romano fuit ocne refers lis longa ſenatu
Num lætum, an carmen triſte cicada ſonet.
Ocia ſocratico damnas tu ſegnior illo
Cuius ineſt iuncto nomine uita tibi.
Sed lingua plus ipſe uales, ad uera tamen uix
Nouit iter: tibi nil credo: ſed eſto: quid hinc?
Plaudendũ eſt latio: ſignant ducis ocia pacem:
Et culicis non eſt inſimulare deos.

Ad æacum. Rha.

Aeace quid danaen & iniquũ pdis iudam? AE
Illa pudiciciam uendidit, hic dominũ. Rha.
Illa puella fuit: fuit hic & pauper & exul: AE
Parere illa patri debuit hic domino. Rha.
Vix ſemel hos tãdẽ noſti ne cupidĩe captos? AE
Illa ſemel, ſemel hic debuit ergo mori. Rha.

Nunc aliud qd ſi iudex adamantine q̃ram? AE
Inuenies: ſedeo, qd cupis omne roga. Rha.
Vir, locuples, & ſæpe, nefas admiſit utrũq;. AE
Vulcani uix eſt fabrica tota ſatis.

Baptiſtæ ferrarii epitaphium.

Ferreus hic baptiſta iacet, mens cuius in auro
Vixerat: eſuriunt borgia terra charon.
Borgia res nummoſq; rapit: fert terra cadauer:
Cumq; triens deſit, tercius eſt animam.

Ad hilarium.

Si tibi dic hilari ſponſa eſt eccleſia: cur hanc
Detrahis? indignum te quid amore facis?
Perfidiæ peccata lues: non uirginem amaſti,
Dos placuit: mẽdax, fur, & adulter homo es.

De buphoro rege.

Fraudibus & multo petri emerat ære tiaram
Buphorus, & triplici iam ſtyge dignus erat.
Ad ditem iubet ire charon: tremuloq; fragore
Nuntius, & diris ignibus arua ferit.
Saucia erant fractis iam turribus ora tyranni:
Iamq; mori: maneat, ius uolo chriſtus ait.
Mortem hoiũ ſitiit: mortem bibat: inſatur & q
Sanguine uixit, eo non eat inuomito.

Eiuſdem epitaphium.

Ferre bouem ſolitus, ueteri ſed mollior hæmo
Aurea uis, regum rex dedit ut fierem.
In patres ſæuire orſus, ius uertere & æquum
Qua ſocios cupii perdere, falce cado.

Aliud.

Tonſor in hoc gregis & tõſorꝝ buphorus antro
Rex iacet: exulta uellera quiſquis habes.

Vrticæ dat. epitaphium.

Hic urtica iacet: mores uis noſſe uiator
Qui fuerint? habuit nomine nil melius. Vi.
Spũs an cœlo eſt? Rha. cœlum cũ clauibus auro
Vẽdidit: Vi. ut periit? R. cũ boue plus biberat

Ad cipicum pontificem.

Triplice cingendum iuli mea dixerat auro
Muſa caput: falli credor: idem loquitur.
Cipice ne dubita: promiſſa uidebimus: inter
Hæc/tamen eſt regi frons bona danda pio.

De pio tercio pont.

Gratulor alma tuis iam roma penatibus: ætas
Aurea/uirgo ſedens cum pietate redit.
Ter ſanctum æneæ diademate cinge nepotem
Qui queat ut patruum uincere/iam pius eſt.
Cuiqꝫ hoĩs breuitas nomen dedit hactenus/orbi
Imperat/& totum fert ſuper aſtra caput.
Hæc de glãdifero fuerat ſpes principe: ſe ipſum
Repreſſit: ſanctũ eſt quod facit omne deus.
Temporis eſt ſoli ſuprema ſcientia: uiuat
Qui pius eſt: decus & ciuica ſerta manent.

Ad librum perditum.

Quidqd ago/qdqd ue loquor/quocũqꝫ mouet
Pes/heu cara tui ſum memor armenias. (ſe.
Quod faciat nil peius habet cocytia peſtis:

Huc quoq; liuor edax ſi redit eſuriet.
Liuor edax qui mille auſus quater urere uerſum
Ex tanta modicos reddere re cineres.
Eſt illi phlegeton repetendus: ab aere noſtro
In diram faciet cipicus ire crucem.
Hæc ſancto modo pauca ſinu ſeruāda reponat:
Cui potiora tamen dona repente dabo.
Lex licet ad nos ſit nihil ex ſtyge poſſe reuerti
Quid melior poſſit mens tamen experiar.
Chriſtus adeſt aiuſq; fides mouet aſtra: meus iā
Futile me Symeon uult epigramma uale:.

EPIGRAMMATVM LIBER. II

Ad Paulum.

TE nimiū noua paule iuuāt epigrāmata q me
Vel duo ne taceam carmina ſæpe rogas.
Si quid & exoras ter id & quater ore ſereno
Perlegis archano colligis inde ſinu.
Ah mihi quam uereor Symeon ſuccēſeat: opto
Te tamen his ſaturum reddere deliciis.
At ſemper bonus ille fuit: ſequar acer euntem;
Sic placuere ſemel fœdera fidus ero.
Sed figet uel nocte pedem flectitq; precando
Sæpe genu: meus hic quin ero paule tuus.
Pontificis uerita eſt pars limen adire ſeuerum
Miſta nouis poſito deteget ora metu.

Larga ſaginauit citrus te ſæpe philippi:
Ruſtica furtiuum populus excipiet.
Sed curſu certare uetor: calcaribus ergo
Ne fore: ſeruat opem tethyn & aſtra modus.
Iraſci, ridere, queri, noua fingere, uera
Dicere dum liceat, tu Rhadamantus eris.

Ad eundem.

Miraris totiens cur dem ſine nomine uerſus,
Curq; uiros inter paule nihil recitem.
Anſer ameniſonos uolitet licet inter olores,
Non olor eſt: roſtrum ſi mouet, eſt odio.
Non opus eſt illi tacito tamen uſq; uel unus
Cuilibet eſt, aures qui det & os facilis.
Si malus eſt fortaſſe liber, piperiq; cucullus
Cordilis ue abeat me ſine, tutus ero.
Aureus abſq; nota cæco ſi carcere crater
Deliteat, dic quid quiſq; repertor agat.

Ad theodorum.

Noſſe cupis quoſcunq; uides theodore libello,
Dum legis, hic qui ſit: qui ſit & ille rogas.
Vah qd ad huc puer es: ſine noīe pharmaca ſæ-
Sūpta iuuant: tantū res bona ſit, ſatis eſt. (pe
Si tamen inſtiteris omnes effabor, ut ipſe
Alphicus edideris qui ſit athenagoras.

De pii pont. obitu Rha.

Ah qd iniqua piū nr̄o mors tollis ab ore? M.
Sic decet: ipſe pios diligit omp̄s. Rh. (mox
Quē dabit ergo? M. tuū ē flere atq; manere, tū

Gaudebis. Rh. maneo: qppe es iniqua minus.
Sed precor: eſt ſi te penes exorabile qdquam
Da ſignum. M. tectis aurea quercus erit.

De Iulio pont.

Fletus abi: redeant noua gaudia: flamen ab alto
Imperat: ornata eſt triplice glans radio.
Nec uatum ſemper difflant præſagia uenti:
Hanc mea præcinuit ſæpe thalia diem.
Quid cupiam? noſter uiuat modo cipicus: o ſi
Vixerit: in promptu quid tibi roma boni eſt.

De eodem.

Quid bombi: ſonituſue notet & turribus ignes
Hic ſcit & hic: tu non? floruit aurea glans.

De cipici pont. obitu.

Quid uẽtis tacitoue mari aut ridentibus aſtris
Credere? perpetuum nil modo mundus hẽt.
Iulius heſterna pater omnia luce beauit:
Diſtulit ah moriens cipicus hæc hodie.
Maximus æmilii talis fuit ille triumphus
Quem lacheſis rapida miſcuit atra manu.
Ah iterum non hos caſus prædixit apollo:
Vult paris impatiens omnia ſcire deus.
Gaudere eſt & flere pium: cum nomine uiuet
Spiritus: oſſa iacent: pars bene ſtat melior.

Ad platonicum.

Si tibi facta forent eſt quale platonice nomen
Fortunas poſſet quis numerare tuas?
Dum tibi tanta geni placet indulgentia: te ſors

Quæ tolli medica neſcit ab arte petit.
Ferre opus ē,id diſce ſenex qđ oportuit ante,
Nec tua plus ſuperos prouocet improbitas.
Poſt marram nimis eſt capulum iactare furētis:
Ex ui nam uirtus elicienda uiro eſt.

Ad agellum:

Delicias & mella mihi quot agelle diebus.
Mille facis,ſi quid poſco,puſillus homo es.
Larga manus(tetrico licet)eſt placitura ſub ore
Millenis cupio plus tria facta logis.

Ad eundem.

Quiſq́s adhuc ſæuis mihi nomine dictus agelli
Nonne hyemes poſthac tres abiere quater!
Quippe puſillus hō es:nec ſunt tibi pluria curæ
Qui neq́ſ ſcis noxam parcere tam facilem.
Nam quid,ad id ſi me uis carminis ulla coegit!
Verſibus an neſcis quanta licere ſolent!
Rus tibi(uix memini)fuerat,qđ ſuetus agellū
Dicere:cauſa puto nominis ille fuit.
Siue figura tuo mutata pepercit honori:
Tunc etiam ſiquidem forſan aſellus eras.

Ad fabrum.

Cantat olor,progneq́ſ faber,tu lumina torques
Plectra mouet noſter pamphilus,ora trahis.
I,ad te ſolet eſſe tibi ſus gratior,& qui
Cinnama faſtidis allia ſemper habe.

Ad eundem.

Nulli epigramma datum fabri ſub nomine caſu

Scripſimus: at morum conſcius ipſe furis.
Ars uetus & cognomen aui fuit inq̄s: ut ergo es
Nobilis? eſt ne ulli ſors noua nobilitas?
Sed de aſino q̄dā olim diximus: at tacitū hic eſt
Cuius erat: ratio ſi ualet: ergo tuus.

Ad ruſticum.

Præcipuam cui dant infracta legumina cænam
Cortice dic ficos ruſtice cur ſpolias?

Ad lycum.

Diſcubiturus eras, obſonia iuſſus arator
Fert: parui turbant te lyce piſciculi.
Maiores ait ille foro non uidimus: arctum eſt
Omne tibi: creſcent, lumina ſi gemines.

Ad paulum.

Quot meus eſt panes cænās geta paule rogatus
Scire dapum dixit me facit imparitas.

De tuſſi.

Ad mortem tuſſis nulla eſt dixere medentes:
Non nihil ergo bonus neſciit hippocrates.
Tuſſiit in ſacra fur qui ſe abſconderat æde:
Et miſerum capti fune pependit onus.

Ad baſſum medicum.

Sub ioue dormierat noctu ſyrus, aura nouumq̄
Ver erat: huic tumidæ mane fuere genæ.
Rauco & adhuc uix ore ſonat: contraria pelli
Contraris, phyſices te uia teſte docet.
Vina tamen, piperiſq̄ aufers & acuminis omne
Plaſma, gelu roſea baſſe mederis aqua.

Ad eundem.
Si calor eſt uino, nimium dic baſſe bibentes
Cur pallere ſimul cernimus & tremere?
Item ad eundem.
Miraris cur baſſe phyſis de legibus inſtem,
De fidibus dicam quum citharœdeus eris.
Ad remum.
Quod dentes cecidere gemis: ieiunia terrent
Te reme, cui nunquam grus fuit ante ſatis.
Vincere geryonam fueras qui ſuetus edendo.
Ad mãmas lacrymans heu puer iniquis ero.
Ne timeas plus nanq; bibes: edentulus omnis
Sic ſolet: eſt aliud: plus habet eſca uiæ.
Ad leonem.
Lætaris conuiua leo, quia quidqd ab omni
Promitur es, quia non ſum leo, lætor ego.
Ad mopſum.
Denſa uoras, ius deinde bibens ignoſcite dicis:
Quin læſos potius mopſe precare ſues?
Ad græculum.
Si leuis argenti uiui datur uncia, plumbo
Miſcebo, & moles aurea dicis erit.
Cur lacer es? cur zona deeſt? dare ceſſo: qd iſta ſ
Græcule? da ut credam mille talenta mihi.
Ad puerum pro mutio.
Ante alios phyſice ſe iactat, & unde cucullum
Comparet, unius mutius aſſis eget?
Si curet (primum quod ait ſe ſcire) polagram,

Oſtendat medio ditior ungue midam.
I/puer/ergo/refer tantas uertatur ad artes
Litteraue ex nimio nomine quarta cadat.

Cuiuſdam pont. epitaphium.

Paſtorem fruſtra pecus o/periiſſe tuum quid
Neſcia fles: tonſor crede erat immo lupus.

De eodem.

Quid ſtrati q̃ſi patris opes/nigra pallia/& antrũ
Suſpicis/& triſtes pectore das gemitus?
Lætus abi/neq; te moueat pictura uiator:
Et tali potuit ſimia ueſte tegi.

Ad balbum.

Vatini pendebat opus tibi fictile collo
Balbe/cadit ſaxis: frangitur: o noua res.
Fracta ſed œnophori lapſu ſi ſaxa fuiſſent/
Hoc puto debueras obſtupuiſſe magis.

De eunomo eremita.

Nõ edo quadrupedẽ ſic uotũ eſt eunomus inqt
Sed uitulo eſuriens ſuſtulit enſe pedem.
Non erat ergo bouis quadrupes iam filius: & ſic
Seruata potuit pellere lege famem.

Ad angelum planipedem.

Si iubet appoſitis ueſci lex angele/turdos
Quid petis/& lentem me appoſuiſſe doles?

Ad beneuentum.

Paupertatis amans uilem tibi quæris amictum
Murilegumq; ſequi uis beneuente ferum.
Præcepti memor & cures ne craſtina poſtquam

Ad eundem.
Si calor eſt uino, nimium dic baſſe bibentes
Cur pallere ſimul cernimus & tremere?
Item ad eundem.
Miraris cur baſſe phyſis de legibus inſtem,
De fidibus dicam quum citharœdeus eris.
Ad remum.
Quod dentes cecidere gemis: ieiunia terrent
Te reme, cui nunquam grus fuit ante ſatis.
Vincere geryonam fueras qui ſuetus edendo:
Ad mãmas lacrymans heu puer iniquis ero.
Ne timeas plus nanq bibes: edentulus omnis
Sic ſolet: eſt aliud: plus habet eſca uiæ.
Ad leonem.
Lætaris conuiua leo, quia quidqd ab omni
Promitur es, quia non ſum leo, lætor ego.
Ad mopſum.
Denſa uoras, ius deinde bibens ignoſcite dicis:
Quin læſos potius mopſe precare ſues?
Ad græculum.
Si leuis argenti uiui datur uncia, plumbo
Miſcebo, & moles aurea dicis erit.
Cur lacer es? cur zona deeſt? dare ceſſo: qd iſta ſ
Græcule? da ut credam mille talenta mihi.
Ad puerum pro mutio.
Ante alios phyſice ſe iactat, & unde cucullum
Comparet, unius mutius aſſis eget?
Si curet (primum quod ait ſe ſcire) polagram,

Oſtendat medio ditior ungue midam.
I puer ergo refer tantas uertatur ad artes
Litteraue ex nimio nomine quarta cadat.
Cuiuſdam pont. epitaphium.
Paſtorem fruſtra pecus o periiſſe tuum quid
Neſcia fles? tonſor crede erat immo lupus.
De eodem.
Quid ſtrati q̃ſi patris opes nigra pallia & antrũ
Suſpicis & triſtes pectore das gemitus?
Lætus abi neq; te moueat pictura uiator:
Et tali potuit ſimia ueſte tegi.
Ad balbum.
Vatini pendebat opus tibi fictile collo
Balbe cadit ſaxis: frangitur: o noua res.
Fracta ſed œnophori lapſu ſi ſaxa fuiſſent
Hoc puto debueras obſtupuiſſe magis.
De eunomo eremita.
Nõ edo quadrupedẽ ſic uotũ eſt eunomus ĩnqt
Sed uitulo eſuriens ſuſtulit enſe pedem.
Non erat ergo bouis quadrupes iam filius: & ſic
Seruata potuit pellere lege famem.
Ad angelum planipedem.
Si iubet appoſitis ueſci lex angele turdos
Quid petis & lentem me appoſuiſſe doles?
Ad beneuentum.
Paupertatis amans uilem tibi quæris amictum
Murilegum q; ſequi uis beneuente ferum.
Præcepti memor & cures ne craſtina poſtquam

Cœnatum eſt coctam pectore condis auem.

Ad ſimonem.

Viſere me ſi cœna tibi ſpondebitur optas:
Verba ſimon tanti non emo, uiſi alios.

Ad leonem.

Ieiunas, ſatur es leo: ſed qui diceris, ut ſis
Nomine rem noſti præcipiente nouam.
Cœna grauē ſtomachus ructās qua tēperat aluū
Maiores fieri tres facit una dapes.

De paride.

Porticibus uacuis ibat paris atq; redibat
Quid fit amice precor? mox ait ædifico.
Aſt ego, materiæ nihil eſt: Quā dixit & argus
Non uideat, paridi plurima ſemper adeſt.
Pergit & ire uelut prius atq; redire: quis ergo
Pulſabit domuum quas facit ille fores?

Ad andalum.

Andale per ſuperos & ſancta uolumina iuras:
Sed qd adhuc dubito, ſcire ne uis? ligur es.

Ad pyrrhum.

Quid furcā breuitate notas? penſurus ab illa eſt
Pygmæus: caret hoc pyrrhe timore gigas.
Retia ſic leuibus prætexit aranea muſcis,
Tuta ſed hæc ſubito fragmine tranſit apes.

Ad palemonem.

Oua petis ficto ſtomachi languore palemon.
Fallere uis: cerebrum dic dolet, oua dabo.

Ad lycum.

Vncta mali laribus qd adhuc germania noſtris
Ingerit & monſtris faſcinat italiam?
Talibus haudqdquã te moribus inquis amãdũ:
Quid lyce menta ſui quid lyra dic aſino?
Proſequar atq; omnes ſemper dilexero lucas:
Grandine plus odio tu mihi ſemper eris.

Ad ocnum.

Neſcius oc ne lyco iuraſti protinus ad te.
Cras mihi crede prius uenero quam ſitias.
Deſiſtas licet eſſe quod es pedibuſq; leonem.
Detur & intentis uincere lynca genis
Ni periuruseris cum pignore uictor abito:
Quis queat ante ſitim ſurgere theutonicam?

Ad quendam ligurem.

Credendum nulli ligurum ligur aſſeris: alter
Inſomnis ſomnis credere me prohibet.
Hæreo: me pinguem dicis: donaberis aſſe
Tu macer hæc pedibus ſcrupula tolle meis.
Conſuluit tamen ah nemo mihi rectius: at poſt
Naufragium modo ſquod cõſulis eſt tabula.

Pandulphi piſaureñ. epitaphium.

Virtutum ſublimis apex pandulphus in urna
Heu iacet hac diuum uox lyra nectar amor.
Sed patriã harpinas iterũ dum ſeruat olympo
Dignior antoni decidit in gladios.

Martini laud. iureconſulti epitaphium.

Martini toto legum patris orbe garatti
Fama uolat: cœlo eſt ſpiritus hic reliquum.

Ad marcum.

Marce tuus gratis ueterem turbauit amicum
Filius: ipſe animos uix prece compoſui.
Talibus ille tuus (tuus eſt) deſueſcat, uterq;
Si ſapitis, tacitas neue laceſſat apes.
Omne nocet nimiũ: nec aquæ ſpe flãma parãda
Pax: modo tu calui ſis memor & culicis. (eſt

Ad eundem.

En uideor dũ marce loquẽs tibi barbatus, alter
Affuit, & nullo interprete te docuit.
Sterne toros: latere & tergo male natus aperto
Mox aderit: capulum flens geta uix ſequitur.
Crure oculum bellator iners mutauit acerno:
Cui non inuideat hãnibal aut pelias.
Diſcat ab extincto ſuperat quæ cætera proles.
Noſtra (ſed ah miſeret) iam documẽta uide.

Catonis epitaph.

Re catus hic ſitus eſt cato nomine legifer: is tot
Quæris ut auxit opes? omniũ amicus erat.

Ad neronem.

Quid rerum fers tanta nero ſubtilia? fruſtra?
Quod ſubtile uocas id nimis eſt tenue.
Te nimis exilem ſi feceris, ibit ad ima
Fibula quaq; leuis flauerit aura cades.

Ad eundem:

Multa ſcio dicis: quid flas nero? plurima neſcis.
Ter tua ſi gemines, quidqd habes nihil eſt.

Ad latinum.

Vaſa latine minora probas-qa paruus & ipſe es
Si tamen ex modico des bona-quanta dabis?
Ad lippum.
Cornibus inquis erat fœnũ lex priſca petulcos
Ferre boues: fœno quo mihi dicis opus.
Id tibi lippe liga: neq flantibus excidet euris/
Cõmoda qui uinclis cornua certus habes.
Ad bacchulum.
Ne tu oculos perdas fumum fugis allia uentos
Quæq placent genio lucis amica putas.
Magna bromi ẽ ueneriſq licentia: fortis utrũq
Si ſuperes-lyncei bacchule uictor eris.
Ad eundem.
Cur non totus amo te bacchule quæris? honori
Crede tuo potius prodero ſi taceam.
Ad domicillum.
Carminibus cur te ſolis domicille ſalutem
Et tua cur ceſſem limina adire rogas.
Quód nõ pes qd ſi manus exibet? id tamẽ unũ
Scire uel exiguo carmine totus aues.
Tu duplici ſimul ore ſonas: ego reddere nũquã
Par didici: pudor eſt dicere plura-uale.
Ad boacem.
Is ad nos-hilareſq boax ais edite uultus:
Poſt ego uiſa ſimul prandia lætus ero.
Hoc ſapere eſt: ſed ſtulticiæ ſapientia noſtræ
Indiget iſta: hilares ſi fugis hinc erimus.
De eodem.

Sex patinas conuiua boax capit ordine & oẽs
Dat ſimul ancillæ non memor aut catuli.
Nec rogat a repetente moras: dat liber amicus
Atq; hilaris: ſocios nunc maneamus ait.
Indignatus abire domo iubet halmyrus: heus
Ite canes clamat pellite ab urbe lupũ (huc

Item ad eundem.

Ingluuiem meminiſſe tuam me cogis: id unum
Scribentis fuerat crede boax animo.
Dum finem legis: atra mouet tibi uiſcera bilis
Et furti clamas me malus inſimulat.
Quid? fidei ne malæ te ſubiicis ipſe periclo?
Nulla meo furtum carmine uox ſonuit.
Flectit ad infirmum facilis ſe lingua molarem:
Sed riſu fuerat plus opus aut tacito.

Ad palemonem.

Vis mea dum redeo tibi dem ſeruãda palemon
Cui caſa non annis nec fuit archa tribus.
Diues eras miſer es mõ: auum dixiſſe recordor
Fidus erit nulli qui ſibi perfidus eſt.

Ad fauſtinum.

Is genuam fauſtine: queat cum nullus euntem
Flectere quam pelagus ſæuiat acre rogas.
Sed tibi ſi liber eſt magis eſt tellure timendum:
Cum phaetonte uetus uiuit amicicia.

Ad ſeuerum.

Bina ſeuere capis qui bis mihi ſena dediſti
Carmina: ſex obolo porra dabat corydon.

Ad quendam ligurem pſim.
Hippocratem qui totus oles ligur, an ſit hebreis
Vita doce: nec enim dicis habent animam.
Ad lycum.
Oenophoro bibis, ide mihi lyce porrigis: haurſ
Quod ſupereſt: crucior puluere, nec ſitio.
Dulce (nec inficior) fuerat: tua fecit acerbum
Palliditas: quis enim te ganymede bibat?
Sed rides biblturus adhuc, noxaq; beatus?
Ni ſapis, icta cado frons duo uina dabit.
Ad urſum.
Dixerat urſe diem multo tibi crimine typhis:
Pallidus hærebas: addidit ille gulam.
Mentitum mox tu clamaſti & rara placere:
Solue tamen iuſtus cætera prætor ait.
Sed cui rara placent mihi da uel ſolus in aurem,
Virtuti iudex num dabit, an uitio?
Ad rufum.
Quæritur id quod nemo uelit ſibi rufe reptum:
Neq; quid eſt fricta fronte rogare uenis.
Vnguine (proh) tali, & tali digniſſime cæna
I, magis & uentres conſule tu ſaturos.
Diſplicet & laqueus, laqueum tamen ipſe reqrls
Quærit & inuiſam reproba muſca necem.
Ad paulum.
Digna lycambeis pedibus mea carmina cenſes
Paule: furo fateor: pax mala nulla placet.
Saucia ſal curat: ſine triſti triſtis aceto eſt

Cæna:quod eſt & habet ius epigrãma ſuum.
Sæpius & ſtygios auxit patientia fontes:
Placauitq; uiri ſæpius ira deum.

Ad Symonem.

Magnus amor:das poma ſimon,prïoq; uirëtes
Vere fabas,ſatis & iudice te ſapio.
Atq; alias priamo ſubnectis & hectore dignas
Res,quibus & poteram uix minor eſſe deo.
Aſt obolo ſimul arua petis:bene hẽt:uolo q̃d tu
Quidquid aues nunquam poſce puſillus ero.

Ad eundem.

Ancipiti ſermone ſimon mirare loquentem:
Sic opus eſt/ne te iudice deſipiam.
Quam ſapio deus unus habet:ſed nil tibi credo
Qui tam ſtulta ſenex a ſapiente petis.

De umbro agricola.

Ex oue caſeolos uidulo tulit umber in urbem,
Munus ut herba noui ruris haberet herus.
Tercia uix aderat:fuerant obſonia nondum
Empta:rudis ſolam promit anus cererem.
Molle aliqd petit ille:refert data theſtylis: eſt uir
Omnia,nec uiſo rus redit umber hero.

Ad corydonem.

Rure nouo placitũ decimã fers munus ad horã
Conuiuam iubeo te fore,nec renuis.
Caſeus,oua,nuces,pmuntur:at ipſe libens hæc
Non edo ais:botulus callus & exta placent.
Si qua tibi ratio:rex regum eſt optimus:ergo

Extorum corydon quin magis exta placent?

Ad opimum.

Lætus amicorum pulſas quaſi nuntius aures,
Solenni cum ſis natus optime die.
Mittendi periit mos munera, munera dicis
Negligo: fortunæ gratulor ipſe meæ.
Sed fortunatum fieri ſi credis ab ortu,
Quid tali peperit ſi mea luce canis?

Ad aldum.

Sero licet redeat, cur uapuiat alde ſyriſcus?
Te teris, & pardus non erit ille tamen.
Omnia ſi me audis fauſto tibi ſidere cedent:
Exeat ut ſatis eſt cæna parata iube.

Ad marium

Cur modo læta mari ſcribā/modo triſtia queris
Scilicet ut placeat par negat eſſe liber.
Eſt aliud, uulgi quod ſæpe mouetur in ore:
Nec ſtultum ſemper nec iuuat eſſe catum.

Ad quendam claudum.

Nomina carminibus multi pedibuſq; dedere:
Solus ab obliquo tu pede nomen habes.
Pes claudus, tibi clauda fides: qd mirer? & idem
Si quæcunq; facis carmina clauda facis?
Audeat ergo aliqd quis nam tibi credere, quādo
Nec bene cum domino pergis iambe tuo?

Ad eundem.

Quid furis in carmen? melius tibi nomen iābo
Neſcierat: poſthac (parce) trochæus eris.

Ad romulum

Quos mores, qđ nomē hēt nouus incola q̄ris
 Nec mihi lynx oculos nec tibi talpa dedit.
Aſpectu ſumus ergo pares; uicinia nec me
 Plus docet: ut fas eſt romule uiuo mihi.
Pax animis ſic ſūma uenit: quid inane laboras?
 Quid me urges? quod uis me ſine hr̄e potes.
Cernis iniquipedem. tergo tumet: altior alter
 Eſt oculus: fractos mittit ab ore ſonos.
Scit ſolus non uiſa deus: ſi fidus amico eſt
 Gratulor: at nomen ſigna latere uetant.

Ad theodorum.

Extorſit theodore nouo blandimine carmen
 Romulus: inſonti tu noua tela paras.
An ligur eſt dicis? tantum non aſtra rauēnam
 Oderunt: tanto digna nee illa malo eſt.
Scribendo ſatis atq; ſuper proceſſimus inſtas?
 Inter is eſt atheſim natus & eridanum.

Ad quendam luſcum.

Proconſul cupis eſſe monops: me ſanius audi:
 Cæcorum patriam quærito, cæſar eris.

Ad eundem.

Luſce uocant, quereris: nomē das terga rogāti:
 Quo libet, i: nuſquā nomine pauper eris.

Ad quēlibet amicum.

Si genuam me qſquis amas quandoq; petendū
 Eſt tibi, glabrigena diſce cauere uiro.
Cæculus eſt: p̄gnāte habitu, breuiuſculus æquo

Denſi gradus. paci conſule, claudus erit.
Vis mores? ligurum eſt uaniſſimus: aurea pfert
Ora, ſed ignitas (proh) gerit ille manus:
Dixeris angue ſatum ſtygio: ſcariote magis qui
Ter nũmos poterat ſolus habere decem.
Ad paulinum.
Sacrilegi pauline uiri quid facta loquentem
Vrguis? eſt foueam triſte tacere nefas
Sed piget hunc dixiſſe uiꝝ, q uix homo dici eſt
Dignus: ar & potuit nomen id eſſe capro.
Ad pſeudolum.
Res leuis eſt nocuos ſi pſeudole fallis & hoſtes,
Quem caris etiam non dare uerba pudet.
Et credi uis, mille licet mendacia in hora
Dixeris: ut credam tu tibi crede prius.
Ad olympicum.
Diſcere uis aſino cur maior olympice bos eſt:
Tu boue dic nobis cur minor eſt aſinus?
Ad cæſarem.
Liuor ineſt paribus: ſimilem ſibi quiſq; reqrit
Dixiſti in populo cæſar utrunq; ſedens.
Poſſe tamen ſimul eſſe negas cõtraria: id omne
Quod ſimile eſt, ergo par erit aut aliud.
Ad eundem.
Candida cæſar adeſt iuuenum tibi turba docẽti:
Finieras: ueri dicta refellit amor.
Non odium, ulliusue fides te dura laceſſit:
Indolis hæc ſemper pars fuit eximiæ.

Succenſes: caſtiſq; furens conuicia præbes!
Auribus: ut diſcat nemo, quid ergo doces?
Ad titum.
Diſcubuere, meus mecum tite ripa, ſophoſq;
Cæſar amans: fuerant prompta ter oua duo.
Colligit, & media cæſar locat omnia menſa:
Dicetis faciam ſex ait eſſe nouem.
Dat tria ripa mihi, tria corripit ipſe: pareſq;
Simus ut o, cæſar cætera dixit habe.
Ad dactylum.
Publica cum cenſum tibi dent æraria, leges
Vt doceas: unam te rogo: ſurdus abis.
Ad cænã aut nũmos aut munera forte uocatus
Vincis aprum: ſed per me magis aſpis eris.
Hoc tamẽ expedias, num ſanius abſq; magiſtro
Diſcitur: an ſciri plura docendo queunt?
Quid rtices? dixiſſe puta: mihi dactyle neutra ẽ
Qua placeas: rerum neſcius, aut malus es.
Ad opimum.
Dicis opime teri chartas mihi tempus oliuum
Sanior eſſet ais quam tibi mens alia.
In tenues ſi tanta tibi eſt clementia chartas
Quin mox perdendis parcis opime tuis?
Remigio ſed fare tuo quis ad aſtra uolauit?
Doctior aut quis te præcipiente fuit?
Si uero es noſtris rebus quaſi portitor: hæc nos
Scribimus ut ſolita garrulitate crepes.
Ad urſum.

Sum bis ut alloquerer uultu te aggreſſus amico
Iam pereat metuo tercius ut ſe labor.
Ceſſabo: tua res agitur: quid naribus uncis
Ora moues? quid flas? iam bibe/ius tepuit.
Ad fabianum.
Quærere qui paucos uerſus fabiane ſolebas
Neſcio quam texi nunc petis hyſtoriam.
Pollicituſq; /malũ me quod manet omne piclo
Ferre tuo: precibus nectis amice preces.
Vincit amor/calamũ terret labor: ibimus ad te:
Qualia præbueris prandia/uerba dabo.
De paride & corydone.
Cum corydone parin probris decernere uidi:
Sperandumq; dabãt uerba ſuprema caprum.
Segnis uterq; mouere manum: ſed fortis utriq;
Lingua: mihi nec pars ſeptima mente manet.
Dicere non facile eſt utrius uictoria: finis
Hæc fuit: uxor ait mœcha tibi eſt corydon.
Sola paris non eſt/necdum dedit oĩbus inquit/
Cornua ſed teſtes menſa duobus erunt.
In furias abiere ioci: uerſus paris in me
Riſit: es ipſe caput peſtis ait corydon.
Et contra quaſi bella parat: ſed ſe ipſe leonem
Latratu negat/os ſi dabo/pax aderit.
Ad corydonem.
Quid litis corydon digitũ premis ore/futurus
Vſq; memor: pœnas nos ais ire datum.
Ter flexus bona uerba dedi: qd morte piandus

Plus agat! ah modici iuris habes animum.
Rixa fuit: damni nihil eſt: obliuio ſed ſi
Diſplicet: ante fimo mergere debueras.

Ad nardum.

Sæpe atauos gratis memoras mihi narde tuoꝝ:
Et quod de ueneris ſtemmata ducis auo:
Quin magis hunc audes tibi dicere narde nepo
Ante remũ qd ſi patria roma tibi eſt! (potẽ!
Sunt illic thermæ ſunt & capitolia & arcus:
Et thuſcus (memini ſi bene) uicus ineſt.
Maius & his dixiſſe queas quod certius: eſt nam
Patria communi prima damaſcus auo.

Ad eundem.

Mille genus mihi narde neces morboſq; p̃carls:
Innocuumq; nocens qualibet arte petis.
Quid facerem mens ægra diu nutauit: amicos
Conſului: pergit creſcere quod dubitem.
Si bona dem: creſcet codex: mala reddere xpus
Nos uetat: ergo precor ne tibi quid ueniat.

De ligure medico.

Grammatice fatur ligur omnia: nilq; latine:
Vt placeat: minuit nomina uerba modos.
In matula pauſare mone t: mentamq; uirentem
Eſſe ſua quidquam pallade turpe facit.
Eſt bõa uentriculis ſtomachoq;: agathia mea igt
Hanc amat: ore manu ſæpe ſinuq; tenet.
Fit clamor: languebat herus: p uiſcera flãdũ eſt:
Nec uerbum minui quod queat eſt medico.

Inuento tandem gaudens ter protulit id quo
Sæpe deus pueros terruit hortituus.

Ad eundem.

Te ligur irritant pueri quæcunq; iocantur,
Et tibi tota premunt interiora ſales.
Rus ais ergo petam: conſortia deridentum
Nulla moror: tibi nec frater anubis ero.
Sed quibus es ludo penitus ſi fugeris ora,
Quælibet & tanti eſt fabula, ſolus eris.
Totus adhuc riſu quatitur ſub pectore pulmo,
Cum tua det talem patria grammaticam.
Pro caris carecta tene, fabella coquatur:
Quumq; alicam debes da magis aliculam.

Ad paulum.

Quo ligur inuento gaudet, quid paule requiris?
Et pudet, & caſto uix licet ore loqui.
Vis tamen: at ne ſim tibi inexorabilis edam:
Clam leue carmen hero pedere dixit opus.
Blandiri minuendo ligur dum credit, iniquum
Plus ſatis, ah uerbo ſyllaba iuncta dedit.
His aderam: uoluit pietas: eſt clauſula nullis
Auribus: eſt riſum: uis noua (parce) fuit.

Ad læandrum.

Sæpe petis læander aquas, gaudeſq; uocatus:
Miror: tu pulchro nomine lætor ais.
Nam amo: latices nymphaq; eſt quærere: nais
Per uada ſi uideat me, mage lætus ero.
Ah caue, nã potes ſi cum cognomine nunquam

Virgine, nec pulchro nomine lætus eris.

Ad britonem.

Intellecta minus brito mea carmina dicis:
Non tibi do ſed ſi quis ſapit illa legat.
Si tibi quid dedero, dices ſecus, & bauius quæ
Scit loquar, atq; ligur ſcire ſolet medicus.

De eodem.

Brito legit, tu neſcit ais, ſed falleris: en quæ
Non uidet, & numquam ſcripta fuerę legit.

Ad aurelium

Indice te aureli brito mihi quanta minatur
Nouimus, en amo te: quid tamen inde times?
Scribit ais: genuæ eſt inquã: bona carmina ſi det
Quis legat? at nuſquam ſtant male facta diu.

Ad alanum.

Scripta quid o, triplici tua claudis alane ſigillo?
Quidue terit ferri ſarcina tanta femur.
Illa deum interpres nunquam, ueteriſq; ſybillæ
Nec reor ut primum miſeris ipſe legas.
Scripſerat & tales phœnicion ante figuras,
Qui tamen has legeret uel calidorus erat.
Ergo uel hos tuceta ſolent qui uendere, uel ſi
Clam quis eat metuis quo ſolet ire ſatur.

Ad aulum.

Sex pueros alis aule domi: uas frãgitur: omnes
Arguis: ante alios lucius erubuit.
Conſcius hic ais eſt: quanta eſt iniuria neſcis
Culpa rubor non eſt ſed decus in puero.

Plus placiturus erat: color eſt ſi pectoris index
Dic mihi quid pallor uult ſine febre tuus?
Ad eundem Rha.
Nil nimia facit aule magis pallere minerua. A.
Nẽpe: ſed eſt aliud Rh. Dic rogo qdqd hẽs. A.
Sæpe mihi leuat ũda ſitim. R. qs utrũq; negabit?
Et mihi ſæpe meri neſcia cedit hyems. M.
Quã uigilo, late ſunt æra ſonantia teſtes. Rha.
Sic monachis ego, tu uatibus es propior. A.
ægre hoium mala uerba fero. R. ſin liba uulgo ẽ
Lingua: tuus teſtes pallor habet pueros. A.
Ah & tu ancipiti mecum pede uadis? amice
Non facis. Rha. at piſcẽ me colubrũq; negas.
Vox anceps ſed nulla nocet: bonus oĩa recta,
Vertit, & infirmam mens habet atra fidem.
Ad aphrum.
Quæ ſcripſi ſcis multa, rubẽs puer oĩbus apher
Præſtat ais: quin tu uel ſemel ergo rubes?
Ad camillum.
Nulla camille placẽt, ſapiãt niſi carmĩa Bæthyn
Verius at cyprum dixeris aut ſibarin.
Iuſſit aquinatis decimam tibi ſæpe legendam
Patruus, ad ſextam lætior ipſe fugis.
Omnia ſus putere uelit: ſic ueſpere cænas
Gratius, ut tibi dat ſordidiora liber.
Ad urſum.
De noſtro ſitiens aliquid petis urſe repoſtum:
Ieiuna tamen hæc omnia fronte legis.

At ueneris ſiquid memor inſpicis aut hymenæi
Hoc tibi non decies eſt repetiſſe ſatis.
Id laudas/nil dicis eo iucundius:ah quo
Venimus?ut patinis pro ſale pus placeat?
Exulet ergo bonis ſanctoq; thalia ſenatu?
In ſtygium potius te male uerte chaos.

Ad marianum.

Quid uatē mariane probas cui pagina tantum
Laſciua eſt/ſolam quiq; mephitin olet?
Vita proba eſt/laſciua licet ſit pagina dicis:
Cur erat ergo illi pro ganymede manus?
Vitam pro ſana doctrina intelligis:inſons
Eſt roſa: uis ualeat ſpina/legenda roſa eſt.]
Eſto procul noſtris talis roſa quæſo uiretis:
Fraga/crocum/uiolas/lilia pauper amo.

Ad paulum.

Sanguineum uidi cum diceret andalus imbrem
Vitigena læter plus ait imbre lycus.
Cui credas ſi paule magis me iudice tentes/
Rara fides liguri plurima theutonico.
Se tamen & nubes pugnare audiuimus inter/
Nam ſi ferro agitur/ſanguine credo opus eſt.

Ad olympicum.

Prima dies quarti fulgebat olympice menſis:
Iamq; ſuo gaudens fecerat urbs proculo.
Nos uiſurus amicitiæ memor hoſtia pulſas:
Admiſſus tactis incipis hæc manibus.
Cur aſinum ſi quis memorat/reuerentia ſemp

Fit ſimul, & dicto non datur illa deo?
Gratulor altiloquo quẽ nec niſi magna morãtur
Qui nihili ranas iam facis & culicem.
Cum tuus ergo aſinis pater imperet: ipſe boatim
Sis doctus: magis eſt ſcire aſinenſe tuum.

Ad paulum.

Felſineos ſcis paule uiros: tibi notus ad unũ eſt
Hoſpes oliuiferam pallada quiſquis amat.
Hic tamen ignotos quoſdam miraris, & urbis
Mens uaga per uarias fertur inane domos.
Libertas neſcis quanta eſt ſcribentibus, & quam
Vrbs magna eſt, qđ & hinc ſi ꝓcul ille mãet?
Parthenopen latium, thuſcos, marciꝗ lares &
Ambroſii tandem uidimus ah ligures.
Hac dedit euandri mater ratione nigellas,
Gallicus ut thyberi clam loqueretur arar.
Sed ſatis & ſup hæc: animis debentia noſtrũ eſt
Scribere: perꝗ unum ter docuiſſe decem.

Ad iacobum.

Quid libros iacobe lyco duce mœnibus erras
Empturus? plauſtro quæris in aſtra uiam.
Ex petronio iter neſcit ſurgentis eoi.
Vertere ad atlantem dux tibi fidus erit.

Ad ſannutum.

Naſonem poſt uiſa ſenex me dixit amicus
Carmina: ſic nimius fallere nouit amor.
Nam proculi ſellas ueneriſꝗ latere maritum
Credo quibus dabitur ueſtis erunt piperi.

Experta eſt uiuentis adhuc pars magna ſlaboꝝ:
Tu tamen ah ueteri rumperis inuidia.
Naſutumq; mones dici, qui totus ad unguem es
Naſus, naſigena non ſine polypode.
Sed te ſannutum quid dat niſi ſanna uocari,
Feralis cui uox quinq; elementa facit?

Ad theodorum.

Quid uultus theodore mouet tibi turba ſeréos?
Nil decus hic contra ſcripſimus adriacum.
Sannutus uenetum ſanguis precor uſq; cupitis
Gaudeat, & precibus dignus & aure pia.
Sed qd adhũc nr̄, leuis, iprobus, aſp, & exlex:
Omnia me uerbo dicere uis? ligur eſt.

Ad neſtorem.

Formoſam ſenior ducis ditemq; puellam:
Res puto ruris ages neſtor at illa domi.
Sic & ephemeriæ atq; urbana negocia creſcunt:
Nemo ſuo ſeruat rure magis domino.
Re cogente tamen ſi quando reuiſeris urbem
Plus bibe: ni redeas, ſtertere mox opus eſt.

Ad proſperum.

Chryſea phyllis anus iuueni tibi nupſit egeno:
Quæritur an ſapias proſper an illa magis.
Lis nulla eſt nobis de nomine: dixit utrunq;
Philto placet, dictis ſi modo res ueniat.
Multa graui poſt ore dedit: queat omnia nemo
Dicere: de magno ſit boue cauda ſatis.
Morte tibi conſortis opes properante fauebunt

Cum tua nubentem ſola iuuenta iuuet.
Sed noua plus anui grandem connubia uitam,
Sandapilamq́; parant iam tibi uel ſenium.

Ad lycum.

Se lyce cū totiens tua deleret hippia nunquam
Succubuiſſe uiro, credo: tamen peperit.

Ad fauſtum Rha.

Fauſte ualen? Fa. ualeo. Rha. qui? Fa. non male.
Rha. pallidus es. Fa. uix.
Dormio. Rha. Cur? fau. uxor liſq́; mihi grauis eſt. Rha.
Quid de pace? fau. nihil dum uiuitur. Rha. ah quid. fau. uterq́; eſt.
Audax. Rha. Vin medium? fau. non opus eſt. Rha. Vin opem? fau.
Vah quid opem: ſed habes ne ferocem & cœlibem amicum? Rha.
Nēpe. fau. cupin eiurē? Rh. qd mage? fau. fac generum.

Ad probum.

An ducenda tibi quid me probe conſulis uxor?
Quis probet, aſſiduo quod fugit ipſe gradu?
Laeta iugum ſubiit hoīum pars maxima, fruſtra
Quae modo flet: uana eſt uox, ubi res loqtur
Hic tamen antiqui pro pignore fabor amoris:
Quam uult nemo, placet ſi tibi, flecte caput.

Ad pyrrhum.

Empturus thoraca nepos quid me petis? alter
Me modo de optanda coniuge conſuluit.

Stultus uterq;: pudiciciæ dat uerba monaſtes
Et pacis, cantor carmina, ſacra thytes.

Ad petrum.

Indignam rem petre rogas, cur nulla tumenti
Ventre, uirum ſubeat fœmina non mulier.
Et ſi quod referam teneris mihi ſcitur ab annis,
Dicere quæ dixit cæſare nata pudet.
Sed ſophiam qui totus amas, animantia tu inter
Dic mihi non ſitiens cur bibit unus homo?

Ad rhembum ligurem.

Seria dico, taces: riſum captantia damnas:
Quod mediũ aut neutrũ ſtet bene rhēbe doce.
Carmina adhuc tenerã ſapiũt ſcio noſtra poeſin
Scribit & ut proſit ſiue poeta uiuet.
Sed læta s mens ſueta malo res odit: auita
Stat tibi lex: tuus eſt bis pater amne ſatus:
Te ueneris prodiſſe ſinu quis neſcit? hetruſcus
Si cupis eſſe, caput quin tegis & retices?

Ad alanum.

Semper alane furis: ſemp genus obiicis altum:
Nil aliud: qui ſis te rogo dicis auos.
Vis laudem? tua facta canas: aliena uirum te
Non facient: magno nil tibi cum genere.
Nil furiis cum laude: etiam paliurus in hybla
Naſcitur: & nunquam mens bene ſana furit.

Ad romulum.

Viſebat ſua rḡna leo, nemora, æquora, & alpes
Offerturq; fero res noua: mulus erat.

Dic genus & patrium nomen rex inqt:at ille
Eſt mihi cæſarius frater ait ſonipes.
Et reges portabat auus:pendentia romæ
Lucratus curſu ſerica auunculus eſt.
Stemmata ſic uanus matris iactabat:aſello
De patre uox tandem romule nulla fuit.

Ad lycum.

Subridens epigramma dedi:neq; futilis illi eſt
Fabula:quæ lyce tunc tempora poſcis erant.
Quæ modo:qua tulerũt chriſto tria dona ſabæi
Lux erat:unde datum eſt & tibi poſſe loqui.

Ad marcum.

Traduci te marce doles/cauſamq; requiris.
Mens tibi nulla puto/uel mala/uel rudis eſt.
Quidqd agis mox ſcire negas:humana potes ſi
Fallere/non aliqua fallitur arte deus.
Oĩbus ille ſedens dat præmia: triſte quod audis
Ferto:tui partem marce laboris habes.

Ad caprum.

Nil facis/& ſomnos laudas cap/ergo bibendũ
Dicis:at ille nihil qui facit/ut bonus eſt?

De eodem.

Nocte madens glyceræ fœdo cap ibat ab antro/
Perq; uiam titubans decidit in puteum.
Quiq; prius uino fuerat tam ſæpe ſepultus/
Hunc uini tandem uis ſepeliuit aqua.

Ad paulum.

Eridani das paule lupum:placet albula tãquam

Miſerit:ut placeat plus tamen ipſe ueni.
Miſit & alcides calatho bellaria pleno:
Dixeris autumni paule rediſſe caput.
Et ſi carminibus ueteris credamus amici,
Mox aderit:dulcem dis rogo fac numerum.

Ad gaſparem.

Eſt anus eſtq; ſenex odio tibi gaſpar:iniqui
Fis reus:ad uulgi(ſed male)uerba redis.
Nã noua ſi placeât, medicũ qd neſtora quæris?
Et noua quid laudas uina, uetuſta bibis?
Seruat idumeus centum latitantia meſſes
Balſama:amore nihil dulcius eſt ueteri.
Ergo tibi prius ulla genas quam ruga cutemq;
Criſpet, & oĩs adhuc barba rubet, morere.

Floreæ neptis epitaphium.

Florea uix fueram thalamos experta iugales:
Inuidet, & lacheſin mors fera nere uetat.
Cura uiri, galenus, opes, & mille precantum
Vota, decor, probitas, nil ualet, hic iaceo.

De fauſtina & alexi.

Lactentem fauſtina ſinu dum ferret alexin
Saluete eſt dictum tuq; puerq; tuus.
Sat meus eſt ait illa, mei nam coniugis idem eſt
Frater, & illius ſum patris ipſa parens.

Ad nardum.

Filia ſi matrem ſequitur, cur neſtoris hircum
Quem dicis, nubit filia narde tibi?

Ad dactylum.

Varro/titus/lucas/martyr/leo/quinq; ſedebāt:
Voce omnes ſuperant dactyle ſextus eras.
Quid fruſtra te tanta loqui? res ſæpe tacēdo eſt
Parta: nequit clauſas muſca per ire fores.
Eloquium laudas? placet & mihi: tēpora uirtus
Seruat: habere modum eſt neſcia garrulitas.

Ad eundem.

Dactyle quid monitus ſæuis/aiuſq; medendo
Aegreſcit? reddis pro pietate minas?
Sed bene habet: dētes nō ſunt aut cornua ranis:
Fabor & hoc: uerbum corde thaletis habe:
Nomen ut eſt/pomi niſi caueris inſtar ab alto
Flaberis/aut ſi pes ſis anapeſtus eris.

Ad leonem.

De uirtute loqui fateor leo rara ſolemus:
Virtuti ſatis eſt criminis exitium.

De clemente presbytero.

Sæpe ſuas clemens lycidam dicebat ephebum
Delicias: & ſi dignus amore puer
Pro grauitate uix tñ arguo: quis cedo tanti eſt?
Ille mei eſt proles unica fratris ait.
Altaris bona multa manens eſt ſacra docendus:
At puer ipſe/nepos (nunc ſcio) fratris erat.

Ad opimum.

Flere linum quid opime uetas dum uapulat? iræ
Parce prior: fugient ſi pira des/lacrymæ.

Ad eunum.

Carmine te uario licet eune laceſſat opimus

Inulſiſq; furens ſtrideat obloquiis:
Quid uultũ mærore moues? ſolet una iuuare
Sic ſua cornicem ſic ſua uox aſinum.
Ne fure: ſe digito pix inquinat atra mouentem:
Quiq; ferit lapidem frangitur ipſe manum.

Ad halmyrum.

Quæris cur comites tot hẽt lycus halmyre muſ
Dum cænat mappã nemo batauus hẽt. (cas-

De lyco.

Candidior cur barba lyco ſit crine rogatus
Sæpe fatigor ait gutture, non cerebro.

Ad poſthumum.

Vt rerum credare libens dator inter amicos
Eſſe tuum negitas poſthume quidqd habes.
Aurea teſtando non amplius aſtra fatiga:
Fur es, & ipſe nego quod rapis eſſe tuum.

Ad paulum.

Mæſtus erat nõdum prãſus procul ibat ab urbe
Marſya: ieiunos it labor in comites.
Pergit herus, miſeroſq; iubet ſimul ire ferendo:
Paule prius quid ſi ſe ſaturauit ais.
Ah talem quis amare queat, ſed ſi abſtinet una,
Horticolæ ſimilis quis magis eſt catulo?

Ad bacchulum.

Pauper es, & labor eſt odio: me conſulis: audi
Bacchule: nil ueſti nil bibe, nil comede.

Ad fruſinonem.

Lux redit alma, grauis macredine fœmĩa ceſſit

Lætamur:garris:ludimus:inſimulas.
Argue te quem nulla fames:uis nulla uolentem
Preſſit:& infræni uiuis eleutheria.
Nacta docet curios:ſolymam cenſere myletus
Audet:at eſt fruſino quo tibi culpa minor.
Patria ſaxoſani mentem tibi ſaxa dedere
Nulla quibus rectum qua doceare uia eſt.

Ad amillum.

Inuitatus amille ſedes:leue promus aceto
Miſcet olus:comedit non ais hæc catulus.
Eſt mariæ lux ſancta:mihi precor uſq; ſacellum
I:comes:at plauſtrum quo nequit ire negas.
Inſtat opus:te non rure ſatum te dicis:ut ergo
Es pira?nec ſtrato murice plauſtra cubant.
Nupta tibi non ciuis erat:te cogit & ipſa
Nere uenus:uir non es licet ah homo ſis.
Nam nugas quid ferre iuuat quum ſeria debes?
Friuola uis?noſtras quid petis ergo dapes?

Ad cornelium.

Corneli quid care puer triſtaris:& altum
Contractu pulchro tollis ab hore decus?
Fur abit:& plus fure tibi:iam plaude bonus uir
Eſt ais:& dictus ſic geta ſic dauus eſt.
Sæuin adhuc?ah crede nitẽs qdcũq; nec aur eſt
Pythagoram laudat ſardanapallon agit.

Ad ulyſſem.

Cur mæret:quid habet cornelius inquis ulyſſe:
Nõ quod habet:ſed quod uellet habere roga.

Hūc poſt te ſcis quātus amo: tibi ſanguine frater
Corde mihi eſt: iudex rem cape noſter eris.
Hāc nouus (eſt mēſis) diuerterat hoſpes in urbē
Præcipuis ueterum diues imaginibus.
Et fictas monſtrabat opes: nec lingua palato
Hæſerat: ille tuos cœpit adire lares.
Virtutes laudare uirum: dare multa, parare
Plurima: ſic facilem traxit amor puerum.
Audiit ægra parens: & me cautura periclo
Alloquitur: tacui: talibus illum adeo.
Semiſeni quid cum puero tibi: crede periſti
Ni caueas: ſalue dixit amicus ero.
Nemo bonus pueris dabit oīa: candidum uterq;
Scimus: ab anthracio ſolue: furit? ſapiet.
Vile ſed ex pulchra ne fiat iaſpide ſaxum /
Qui potes, ut plaudas deniq; nunc uigila.

Ad lycum.

Hic lyce potat, & hunc iuuat alea, pelerat alter,
Hic rapit, ille patrem temnit, & ille deos.
Omnia nemo, aliqd facit omnis: in oībus unus
Certat ubiq;, omnes uincit ubiq; lycus.
Argueris: par ille uel hic eſt dicis eodem
Crimine, ſed cuncti quid lyce te memorant?
Omnibus es ſpeculum; per te ſua crimina cūcti
Excuſant: ſi uis uiuere uiue aliter.
Virtutes ſpectare decet non crimina: frondes
Negligit, & florum dulcia libat apis.

Ad eleutherum.

Scis furti ligurem grauiter mihi ſæpe notatum:
Tu cauto eſt deinceps dicis eleuther opus.
Laudo, ſed ad glandem tardi uenere ſubulci
Claudit hauſta domus: ſero phryges ſapiũt.
Omnia ſi cuſtos uidiſſet ariſtore natus,
Lumina tot nunquam uicta ſopore forent.
Ille fidem dederat: commiſimus oua cucullo:
Cuilibet eſt aliquo fidere ſemper opus.

Ad aphrum.

Defuncti uis facta canam libys apher: apollo
Vix faciat: ſolum te puto nomen agit.
Tu cantabile ſi quid habes, mage præficus illi,
Obſequere: eſt terræ filius: hanc adeat.

Ad raucum.

Fit crimen, ſtatuere reum te rauce: fateris
Et ſocium iuras typhin, at ille negat.
Infamem te feciſti: nihil accuſatus
Debet: erit pœnas ſoluere crede tuum.

Ad antonium. Rha.

Iam reſipe antoni: qua cœlo eſt callis eundũ eſt.
An. Rebus ait ſapiens credite non ſonitu.
Rha. Nocte lego: Ant. dormire nequis Rha.
Ieiuno. Ant. fames te.
Nulla petit: Rha. taceo Ant. bleſus es. Rha.
oro. Ant. times. Rha.
Ad bona ſic animi dum te pius euoco, reddis
Talia? qui cogi iam niſi fuſte nequis.
Dormitor, manduco, loq̃x, tot crimina fruſtra

Excuſas? mores hac tegis arte tuos?
Me ſõnus petit atq; fames: neq; lingua loquẽdo
Fallitur: i/homines decipe: ſed deus eſt.

Ad paulum.

Meſſis abit tandem: tandem uindemia: tandem
Paule redis: adeo num tibi rus placuit?
Te ſine uix durare datũ eſt mihi: te neq; gratis
Diligo/quem natis præficis & thalamo.
Nam primum me uiſis: ades/cænabimus una/
O/felix pario dignaq; lux lapide.

Ad ſeptum.

Magna iubes: nequeo: ſocium dare ſepte labori
Promittis: faciam/ſi modo non ligur eſt.

Ad rhembum.

Vah fieri quodcunq; uides mirabile quamuis
Rhembe facis: rides/fles/bibis/es/loqueris
Tireſiã/ueneriſq; uirũ/parin hectora/ulyſſẽ/
Mire agis/& nullo es ardelione minor.
Eſt unum magis unde magiſq; hæremus: ad oẽ
Impiger es: legitur: marſya uictus abis.

Ad probum.

Ciuis obit/urbs tota dolet: nõ pompa beatum
Flẽs facit: aſtra tenẽt & probe quos lupus ẽ.
Corporibus modicæ ſatis eſt telluris aceruus/
Quod fore uis animis utile/mitte deo.

Ad iacobum.

Res iacobe fuit/qua littora ſolus adirem/
Longa trahebantur rætia: ſiſto gradum.

Maiores ſi grype tuos mare ſorpſit adhuc qđ
Nare iuuat: dixi: uos ait heus agite.
Quaq; refer cur nocte ſubis tu tecta roroſq;
Maiores etiam quis obiere tui?

Ad urſum.

Aut furis aut multo ſemp ſtrepis urſe cachinno
Crede nec eſt grauitas nec tibi lætitia.
Proh pudor & ſaltas non es tamen ebrius: ergo
Inſanis: non ſic uiuitur urſe diu.
Viuitur urſe diu uirtus quum præuia factis
Et comes it: mors eſt hac ſine quidquid agis.

De umbro ægrotante.

Gallinam ictericus templo dare uouerat umber
Quæ magis it gallo proxima bapta rapit:
Enectamq; auferre parat: quid agis pater inquit
Vmber: amat nunquam mortua ſacra deus.
Viuentem cras ipſe dabo: dimitte prophanis
Mortua: ſed quid ſi uouimus æquoream?
Palleo adhuc: nec dum uires rediere: tuum nec
Præripere eſt: nõ ſic mens mihi (parce) fuit.

Ad læandrum.

Mane (ferunt) ſacra læander ab æde redibas:
Perculit inſonti ſtridulus ora lapis.
Clandeſtinus abit qui miſerat: aſpice aquinas
Quam minus infelix te fuit umbritius.
Ne fieri res facta nequit: me ignoro: fugit mens:
Mitto ſed en ſiculi candida mella ſoli.
Accipe: meq; meis nedũ utere: ſumma ſalutem

Dextra dabit:noxam neglige,ſaluus eris.
Quis credam fuit ille rogas:interprete phœbi
Si calcanta roges,uix ſciat ex tripode.
Sed ualeat quicunq; fuit:puto gigneret amplos.
Hic mulos: equa ſi nuberet ampla ſibi.

Ad pſeudolum.

Atticus es romæ,atq; idem es romanus athenis
Theſea iunge numæ pſeudole neuter eris.

Ad eundem.

Succenſes quia neuter eris tibi pſeudole dixi:
Gratior eſt grauibus neuter utroq; uiris.
Plurimus eſſe tamen ſi uis,bene ſis prius unus:
Vel te te in partes pſeudole mille ſeca.

Ad celerem.

Is ad me,do terga:queri celer incipis,& cur
Cedo rogas:ſi ſim par tibi,quid facias?
Vnde ais hæc?ex te inq̃:quæ?uah ſtultus uterq;
Tu te qui neſcis:teq; ego qui doceam.

Ad maurum.

Vt ualeo,quid edo,quam dormio,quaq; reqris
Maure die:non ſum ſus puto quem iugules.
Hæc facit inquis amor:loqueris ſi,uera,ſigillum
Confer amoris:opem da bene qua ualeam.

Ad britonem.

Si breue brito ſat eſt paucis meſſoribus aruum,
Os ſine dente quid ad tam graue cogis opus.

Ad dordalum.

Luſtra colis,uendiſq; lupas,redimiſq; foueſq;,

Sed pudet, & dici dordale leno doles.
Nemo ſua poſitum refugit cognomen ab arte:
Non ego ſum phrygio dicere nauta ſolet.
Ad zonam quin ergo redis? iam uiuere nactæ
Deſine more: pudet q̄d modo, adhuc pudeat
Lapſa dies non ſurgit: adhuc ſunt tēpora: multis
Qui ruerat cum re eſt ſæpe redēptus honor.
Quæ mala nūc, mala ſp erit puto fœmīa: ſed ſi
Deſiſtat centum poſt mala uir, bonus eſt.

Ad amillum.

Lætus amille ſoles incedere, mi tamen ut ſis
Obuius, os mutas: te rogo, ſurdus abis.
Meq; tua de plebe negas: placet ultio: ſed ſic
Pergo diu: miſer, o, quid pede raſtra feris?
Quid, fruſtra obtūdis? ſcelerū tibi millia ſemp
Sunt comites: ſoli nec mihi nota facis.
Clā fore credideras? nebula q̄d fidis & umbra?
Scis nihil eſſe, diu quod latuiſſe queat.
Nam tellure tacente, fretum clamabit & æther:
Iudæum occiſum mortua dixit auis.
Plenū orbē ſcis eſſe lupis: uidet atra lupus: q̄d
Plura? loqui thalami, tecta iubentur opus.

Ad romulum.

Si qua grauis moueo morbum pulſurus amici
Romule me nimia relligione notas.
Sæpius ignotos adiit, facturus & ipſum
Sordidiora manu miſcuit hippocrates.
Quo magis ergo mihi notos licet inter? at ipſe

Sanius ire putas æquore quam pelago.
Non leuiore laui potuere miaſmata ſpuma
Purgandus multum dropaca uult aſinus.

Ad argolicum.

Diceris argolicus: ligur es: quid inane ſuperbis
Improbe? ſermonis quid dabis argolici.
Sed qd opus ſermone refers, cũ cætera nuſquã
Me fugiant? uah quæ cætera? fare precor.
At memini: iam parce: ſalis caprina cupido
Te ſatis argolicum fecit & ipſa fides.

Ad modeſtum.

Miſimus argolico carmen, iam ſeptima lux eſt:
Vidiſti, & grauidã ſphynga modeſte uocas
Et ſolui, multa cogis prece: friuola tanti
Quid facis? at grais cum ſale quid ſit habe.
Piſciculorum illos ſalſedine baptizari
Eſt rumor: quæ ſit ne pete græca fides.
Senſa nouus quidam cui nomen amabile plauti
Dum referat, promi quod fero mente uetat.

Ad leonem.

Cœnato conuiua uenis leo, ſi qua futura eſt
Tempeſtas: lectis ſic furat illa bonis.
Eſt tamen unde ſuperuemens ſeruetur amicus:
Poſtq̃ famẽ atq̃ ſitim quod cor & os hilaret.
Sed quid agis? tu cũ cõplendos uinitor utres
Cogat, ab implẽdo uincla moues ſtomacho.

Ad raucum.

Rideo das uitio. ſed ſi tibi muſca dat iram

Cur riſum non det ſimia marce mihi?
Odiſti iucunda-ſaleſq; perire precaris
Qui ſale rauce caret non amat ille ſales.

Ad paridem.

Librũ abeo: placet ille tibi: placet & mihi: poſcis
Vt pari par tibi ſim quod cupis id cupio.

De ligure medico.

Rus ligur infecta medicus ſeceſſerat urbe:
Huc ſiccam quin fers dixit arator aquam?
Qui cũctæ monumẽta phyſis callebat & artes
Sal quid-& unde foret neſcius obſtupuit.

Ad hiberum.

Simia quæris hiber cur diceris: œdipus haud ſũ
Vita ſed & multis nomen imago dedit.

Ad bacchulum.

Veſper erat: lacero ueniens ferit hoſtia quidam
Noſtra ſinu: miſerans ædibus excipio.
Vix noua lux aderat: duo lintea ſurripit hoſpes:
Acciri iubeo: quæritur: exierat.
Non ego fallar ais nulli qui credo: fatemur
Bacchule: nil credis? nil didiciſſe potes.
Eſt aliud quo te nequeat fur fallere: tecum
Fers quod habes-omni tutus ab inuidia.

Ad marcum.

Ne bene cui dicas-facile eſt ais edere uerſus:
Vocali-fateor marce: ſed adde bonos.

Ad domicillum.

Qui quondã cõtentus eras domicille cucullo-

Tres cui larga dabant prandia piſciculi,
Multa tuo reſonabat inops patientis ab ore
Lazarus,& pauli frondis opus tunica.
Plautini nunc aula ſenis tibi credo reperta eſt:
Letheis dici das tibi ſueta uadis.
Nec tibi ſunt italæ pecudes ſatis: aphricus ut te
Induat,& diues maurus uterq; redit.
Queq; fretum telluſq; parit,cœloq; uagantur
Sunt odio:ad ditis dirige regna pedem.

Ad cornelium.

Quo ruis ah iterum corneli:cerua leonem
Vitat,tu ſequeris?quomodo te hoſtis amet?
Eſt hoſtis quicunq; tuo inſidiatur honori,
Quiq; iter inſonti tartara ad atra parat.

Ad aldum Rha.

Ah nimis atra dies:obiit lux nr̃a philippus. Al.
Scribe.Rh.qd̃ alde uelim pce uetāt lacrymæ.
Al. Quid lacrymis fore reris opus?gratemur(
Indigeti:uirtus nulla mori potis eſt. (ouātes
Hunc terris dederat mens ſũma p̄carío:eundē
Vult modo:qs ſũmũ corrigat artificem?Rh.
Relliqas poſthac heu nos,qs ad aſtra leuabit?
Al.Strauit eo pulſa nocte philippus iter.
Et nullis titan(leuibus licet)ille pepercit
Nubibus:& laſſis nūc dat ab arce manũ. Rh.
Vera canis:meliora taces:uox mille papyros
Viua tamen ſuperat:nam quid & ipſe gemis?

Troili urſini epitaphium.

Res italas nec troe minor romanus ab apro
  Seruaturus, auum troilus inſtar eram.
Gryphs ueneris flori latrans inuidit & urſo:
  Meq; ictus geminans cæſaris appetiit.
Qui ſociis oneri fierem ne mortuus, ante
  Quos tulerã, ſitus hac ſum pegrinus humo.

Ad gaſparem.

Scripſimus in ligurẽ nõ nulla epigrãmata q̃ndã:
  Fratrem clamaſti gaſpar habes odio.
Mortuus eſt, gaudere iubes: grataris & audax
  Munera felici pro nouitate petis.
Vlctio ſi qua manet cœlo eſt ſeruanda: mali ſed
  Credo nefas etiam plaudere morte uiri.
Si liceat quum ſe iam pane doleret egentem,
  Longior illi tunc uita precanda fuit.
Vel pereã cunctos ſit ut ille ſuperſtes ad unum
  Si ligures potius non periiſſe uelim.

Eiuſdem liguris epitaphium.

Omne ſacrum cui præda fuit: cœleſtia uenum
  Qui dabat, hic ueri membra iacent liguris.

Ad paulum.

Feruor ut in ligures tanti me inuaſerit ignis
  Dicere me modico carmine paule iubes.
Ah iterum me paule feris: ſi noſter ad unguem
  Es, tuus ac ego ſum, fac precor hæc ualeant:
Sic ego nec ligurum q̃dquam de gẽte mouebo,
  Ni noua forte manum prouocet improbitas.
Volſca ſed hos potuit iam te docuiſſe camilla:

EPIGRAMMA.

Si tibi uox non eſt fronſq; canina ſatis:
Hæc puer audieram fateor: ſed ſtultus ab uno
Crimine non omnes diſcere rebar opus.
Pontificem ligures inter quem credis iulum
Virginis urbs ciuem nouit hetruſca ſuum.
Qui uolucrem dixere pilæ uel arundinis inſtar
Audaces dicent plus adamante phryges.

Ad eundem.

Iam tibi paule puto fas eſt epigrammata cẽtum
Voluere contentus qui ante duobus eras.
Exhauſi pluteum: cudi noua: denicq; librum
En tibi pro primo munere dic ſatis eſt.
Tempus erit læto poterunt quum plura uideri
Sidere: nunc aliud pergere cogor iter.
Impius abſtulerant quidquid mihi liuor & ignis
Armenii pietas reddidit alta patris.
Extremo tandem manus eſt ponenda labori:
De nimio queritur carcere pacis opus.
Si tria quacq; die dem carmina ſufficit annis:
Poſt elegos quædam me grauiora manent:.

EPIGRAMMATVM LIBER. III.

Ad philodemum.

SAncta uale dicturus erã lyra nobile quõdã
Præſidium: luſum te mihi iam ſatis eſt.
Extinctoſq; diu fleram philodeme labores

Quos mihi multa dies multaq; nox dederat.
Solatricis amiciciæ tedebat: adibar
Nequidquam: aſſiduis nil erat in precibus.
Me ſolus uiciſſe potes: te reddita cœlo eſt
Auſpice: uiuat adhuc tu facis armenias.
Nec uacuus cinis eſſe aliter deſiſſet, ab atrisue
Ignibus, & ſtygio ferret ab amne pedem.
Te noſter Theopiſtus amat: tibi Paulus & ipſi
Plurima quæ ſoluant Cipici habent cineres.
Quaq; die ſcribenti aderas, quaſi mater eunti
Næniolo, uiſus ſæpe nouerca tamen.
Parce ſcio faciebat amor: ſic uidit amatos
Cymba ſinus: ſpe non eſt opus: ecce quies.
Nox labor, & dilecta domus, remoſq; peractũ
Ponere ſuadet iter: uix philodeme faues.
Orantem feſſumq; bonus tamen excipis: at ſi
Quid uideo, uigili pectore plura moues.
Quidqd aues dixiſſe puta: dat id auribus auſter:
Zoilon & bauii rhinocerota times.
Et tibi ſunt odio nimis ocia uana: mihi mens
Eſt eadem: tibi dum pareo, uita redit.
Sũt & quæ tacito dudum mihi pectore feruent:
Euomuiſſe ſimul proderit hæc animo.
Accingar: lucriq; nouo, ſi carmine quidquam
Fecero, pande manus: dulcis amice tuum eſt.

Ad theodorum.

Fle mecum theodore: nouo ueſtigia lapſu
Heu philodemon iter carpere læſa uetant.

EPIGRAMMA.

Improba non potuit grauius fortuna locari/
Ocyus hac primum tollere ab urbe decus.
Peſſum quæq; dedi/lætus quibus ire ſolebam/
Carmina/plectra/chelyn/talibus aſtra petēs.
Redde pedē natura precor: nōne inquit amico
Pandoram ſatis eſt concilaſſe tuo?
Sic opus eſt: hominum ratio celeſtia neſcit
Conſilia: & ſemper dat meliora deus.

Ad phœbum.

Vrbis eram ueteris nouus incola: proximus illi
Præcipuos ager eſt qui parit aſparagos.
Quēdā adeo: hic ne inq̄ ſapitur? tūc ille: ego ſū
Clauda rogo faceret carmina: claudus erat.
Sed tacuit/qd enī auderet? philodemus erat tu
Phœbe ais/o quanto eſt noſter eo melior.
Recta facit ſolo læſus pede carmina/nulli
Ceſſura/æterno carmina digna die.
Qualia theſſalici flexo iaculantur ab arcu
Spicula/quos medius per freta portat eques.
Digna deis dedit arma faber lypareius: illi eſt
Idem animus: nemeſis læſit iniqua pedem:
Cœleſti quæ corde micant non abſtulit: & plus
Ingenii fractum corpus habere ſolet.

Ad pyrrhum.

Laudo aliquē/ſimilēq; illi mox arguo: utrunq;
Pyrrhe licet: totus nemo alii eſt ſimilis.
Tunc probus ille poeta puto eſt/orator & ille
Tunc probus/ut quem uult eleuat atq; leuat.

Ad lentulum.

Quid tibi tam malus improbe grauidum
Lentule pectus. corripit humor?
Loca per ſordida, perq; tabernas
(o, tibi gratam conſuetudinem)
Quid inaniloquentiſſime fruſtra
Graculea raucedine garris?
At, mihi paleæ ſunt tua ſpicula
Qualia digitis mittunt pueri.
Quanto pigeat mage ſi laudes?
Nam me lædere ſi uis lauda.
Quid noſtra tamen neſcius arguis?
Nihil eſt præter nomina fictum.
Antiqua dat id poſſe poeſis:
Iubet & pacis amabile uinclum.
Neutri cum faueas furere ſoles.

Ad gregorium.

Quæris ne gregori meis quare nouos
Addam libris modos? ut & tibi queam
Quandoq; uerſibus loqui quem diligo.
Et multa ſunt quæ cogimur retexere
E legi recuſant: fateor eſt puerile opus
Cogor tamen: iam ſic tuo te nomine
Vocabimus: nam ſæpe dixi iulium
Pro iuliano: quod licet forſan ſatis
Licuiſſet, hoc ſuperos dediſſe non nego,
Qui ſæpe neſcium futura prædocent.
Nunc iulius re uerus eſt & nomine.

Ad theopiſtum.

Miraris theopiſte fores quod carmina pulſant
 Noſtra tuas, cum ſit tota ſepulta dies?
Quid poterat nox una rogas? dilatio ſæpe
 Obfuit: ut primus diligo, primus ero.
Vix loquor, ora tremũt: noſtræ te ſcẽa ſynaxis
 Immo deus, patriæ præcipit eſſe patrem.
Miraris ſic dictus: habes tria nomina: gaude,
 Regius ante idem qui & benedictus eras.

Ad aphrum.

Quod nouus hãc nup uenit theopiſtus ad urbẽ
 Antiſtes toto robore adhuc uiridis
Indignate furis: ſenior decuiſſet, & omnem
 Iuuiſſet clamas quam magis o patriam.
Canicies non ſola ſenem facit apher, opus ſed
 Moribus eſt: potis eſt & malus eſſe ſenex.
Multos caſtra ſenes habuere pelaſga, ſed unus
 Neſtor erat: fabius ſolus in urbe fuit.
Eſt iuuenis? lætare, poteſt plus uiuere: ubi nam
 Scipiades, quid opus neſtore, quid fabio?
Strennuus an non noſter agit theopiſtus utrũq;
 Nec dedit urbano munera tanta deus.
Hic mihi maxĩus eſt: hunc diligo amoq; coloq;
 Cogere qui tribus his me & cohibere poteſt.

Ad philodemum.

Ne plora philodeme mox redibit
 Vaſinus pater, & nouam penates
 Noſtros lætitiam ferens reuiſet.

Mellis baiulus eſt & ille mali,
Quod magni ſimul orbis eſt imago,
Et ueri rutilans amoris index.
Non eſt exilii nefandus error
Crimen triſteue cauſa: chriſtiano
Regium paruit optimoqꝫ regi.
Eſt quod ſancta ſimul loquantur ora:
Semper credere nec licet papyro.
Sic fit, regibus ut quid inſtat altum:
Ne plora philodeme mox redibit.

Ad Nicolaum ſcotum.

Victa numantino heroi prouincia nomen
Præbuit, & gemino eſt aphrica Scipiadæ.
Atqꝫ aliis hoc more alii debentur honores,
Summa quibus finem uix pyra ſola dabit.
A furiis quondam uictiſqꝫ habuiſſe tenebris
Noſtra tuos tellus ſcit Scote nomen auos.
Quæ modo nicoleon maneat uictoria ferme
Iam uideo: thetidis pelea uince puer.
Sed iuuenem ne cara fleat circumſpice mater
Heu quæ fata tibi iam parat inuidia.
En tibi terra parens ſe credere cœpit ab angue
Seruanda: in proprios ne modo ferue lares.

Ad phylacem.

Ferue phylax dixi, nec pœnitet inſcius at tu
Vt diſcas, tereti ſubde manum ferulæ.

Ad gratioſum.

Vberti bona gratioſe proles

Laudatum hectora ſcis ab ore patris.
Cœperuntq; tibi placere caſtra:
Et ferrum induis hinc procul futurus.
Non prorſus ſapis: ilium ſed omne
Et totam priami domum recenſe:
Infelice uidebis iſſe caſu.
Dat mortem gladius dat & furorem.
Rem nomenq; tui toga parentes
Sunt nacti: mala uota mitte ne ſis
Vberti mala gratioſe proles.

Ad dotum

Viſis & immodica me impertis dore ſalute:
Teq; mihi ſupplex promis & omne tuum.
Gratulor officio, nec enim eſt ſapiētis amicos
Deterrere: ſed eſt quod tibi iure loquar.
Noſtra petis, ſæpe exoras: huc uſq; ferendū eſt
Verborum tanto quis ferat orbe capi?
Et magis ut placeas pro munere. carmina mittis
Vin placuiſſe? nihil da mihi dore tuum.

Ad alexin.

Quanta ſit hæc aut illa rogas me ſyllaba: dico
Quod memini, dictis qui tibi plura darem.
Nō credis niſi teſte loquar: qd alexi rogas me?
Eſt mihi pax: lis eſt ſi tibi dic rabulæ.

Ad lycidam.

Cuſtodem lycida te inachiæ bouis
Et uiſu uigilem uincere lyncea
Dixiſſe audio, teq; oceanum & iuga

Fixis caſpia luſtraſſe ſimul genis:
Inſanis:eme dodon quot alit ſues:
Nec ſunt ellebori ſat tria iugera.
Hæc te cernere/qui nempe domeſtica
Nec cernis tua?nam prædia tot metens
Cur non proſpicis ut non pereas fame?

Ad titum.

Herculis octo tui meruit tite pocula nomen.
Tanta perorandi uis fuit in puero.
Quæq prius numeris poterat nec littera dici
Cunctorum fremitu conſona uoxq fuit.

Ad lucam ripam.

Nobilis ut ſocios te iudice uicit alumnus
Audio/non tibi nil gratulor & puero.
Eſt puer/eſtq meus/pater affuit inquis:abi me
Iudice:parcendum ter tibi ripa loquor.

Ad alanum.

Hem quid alane diu tam dormis?deniq cenſor
Miſſa meo noſti carmina gregorio?
Plaude/tibi debetur equus/q carmine amicum
Claudere dum uereor me ſine mente uocas
Poſſum eqdem/ſed ne ſapiat tua carmina cātus
Nolumus omne poteſt quod fieri facere.

Ad hannibalem.

Scis me loquutum/nuper ut de ſpiritu
Sunt uelitati cæſar & clariſſimum
Titi decus/muſarum alumnus hercules.
De thure quæris an ſit illi ſpiritus.

EPIGRAMMA.

An uiueret, dictu fuit præſtantius.
Sed iem diu quod cogito fari libet.
Quid graia ſi uox cenſcatur, & ſacris
Fere fit aptius niqil: quod hãnibal
De thuſcia certum eſt: latinum qui putant
Exile facinnt, ſed minus credo uident:
Cum plurimis tundi ſit & freqnentior
Neceſſitas, nec ſemper illud tundimus

Ad philodemom.

Do philodeme tibi ſine nomine poma latino,
Que tibi dum legeres cauſa fuere moræ:
Hic citra dicit & illc cedros aut citria: credat
Quiq; ſibi: non eſt mens mihi tam facilis:
Hæc uirum quæ mitto, ſimul niſi & ipſe labeſco
Medica ſunt, quãuis plurima ſint latio
Nec certo potuere magis mihi carmine dici
Hæc memorat; nomen nec docet ipſe maro.
At ſi parthenopes docto quid credis alumno,
Non piget, at ueterum dic ubi ſunt tabulæ.

Ad lippum.

Sine ui nihil eſt aliqua: nuſquam
Paſſio deſit: non tamen una eſt.
Me ſuperat philodemus amore:
Superas tu quoq; lippe ſed odio.
Fraterno tibi nihil eſt ſonguine
Dulcius, ah quem ſine fine ſitis.
Es ſuper omnes triſtis ad omnia:
Si qua nocendi tamen occaſio

Surgat-habes cui cedas neminem.
Muſca fertur nihil improbius.-
Sed uel tenebris illa quieſcit.
Nulla trahunt te tempora noxa.
Eadem ferme crura tibi ſunt/
Pede ſed paruo minor eſt uirtus.
Voce ſi agatur ſtentora uinces.
Potes & naſi uincere mole-
Quo mea tanquam deleturus
Quanuis uideris es lippus adhuc
Tamen-& quouis alio lippior.
Qui licet argum numero uincas-
Oculorum-tibi tantum eſt uitii
Vt nunquam uideas mihi quod cupis.!

Ad eundem.

Lyſſippi fruſtra nomen cupis atq philippi-
Non tamen illud hebes frons tibi lippe uetat.
Legimus antiquos proceres-qui lumine læſi
Lyncea-quiq argum præteriere animo.
Totius orbis ad uſq pyram qui nomẽ habebũt
Sed tibi cor cæco cæcius eſt capite.

Ad pium

Bis uoco te:properat ſatus anſere: ſyllaba ſola
Non ſatis eſt:aliud pi rogo nomen habe.

Ad eundem

Tanta ne te pietas prohibet ſat poſſe uocari!
Dum pius eſſe cupis ſæpe ſitire potes.

Ad ſeptum.

Eſt ſepte mirari diu quod me facit:
Quotidie omnes dicimus quotidie:
Nec uocis huius ſyllabas qui neſciat
Deeſt priores: eſſe iambum duplicem
Vult martialis, quem ſecuntur plurimi.
Hos lentulus quidam tamen neglexerat:
Amphibrachumq; protulit pro dactylo
Omneſq; choriambo coegit ſyllabas.
Erraſſe credidi: catullus id negat.
In culpa ubi flagrauit hera coniugis.
Nondum ſatis quod uideram, nec lentulus:
Signauit obeliſco quidem quod ſcripſerat.

Ad eleutherum.

Cũ quater octonas hyemes iam uideris, alpha
Quid ſit & o nondum (miror) eleuther hẽs
Pridem argi fecere ſuis caput alpha figuris
O finem: rerum finis ut & caput, eſt,
Se profert utrunq; deus: quid littera ſignet
Vtraq; bilbilico carmine ſcire potes.
Alphicon eſſe decet uatem quencunq; ſed alter
Quiſquis erit, noſtris finibus eſto procul.

Ad ugonem.

Scire nihil bitian, hominumq; miſerrimus inde
Eſt ais ugo: cupit diſcere: non miſer eſt.
Neſcierant multi qui poſt docuere: nec illa
Maxima, ſed nolle eſt diſcere pauperies.

Ad domicillum.

Te tangi domicille nolle clamas:

Hinc te dicis & inde ſulphuratum:
Et toto cupis orbe ſic uocari.
O quam deſipis: æſtimans placere
Nequidquam tibi das inerme nomen.
Eſt cum ſulphure dicta ſic arundo:
Et ſic arida dicitur papyrus,
Et quidquid fragile eſt magis papyro.
Dum non uertice uis utroq; tangi
Quid ſi uiſceribus potes feriri!
Et frangi potes, & potes recidi.
Si putore tamen uelis inungi
Totus ſulphureo, ut nocere poſſis,
Ardebis prior, & prior peribis.

Ad titum.

Quid tite de puero dicendũ eſt uirgine quæris,
An bene uirgo legi ſola puella queat.
Me modo ſi ſolis ſtandum eſt ciceronibus audi:
Id puto quod licuit de muliere ſene.

Ad graculum.

Eſſe aliquid crocitas mulieri temporis auctum
Rem nomen uitam gracule cui dederis.
Nec pudet, aut feciſſe negas: de moribus ut fit
Moraris dum te quo tueare cares.
Hæc inquis non dicta dies eſt moribus: arctum
Solue pedem: ſoluã & crura, quieſce modo.
Me licet excuſet breuium grex, ſolus & ipſum
Non loquar, ad pœnas tu mihi non ſatis es
Spicula tende: duplex clypeus defendet amictu

Qui paul gaudes graculus eſto tamen.

Ad eundem.

Lætus abis plateaſq; ſonans & compita inani
Voce cies: bene nunc gracule graculus es.
Si licuiſſe negas, uigilandoq; cogis homerum
Vt ſuperem, cur tu uilior es bauio?

Ad hannibalem. Rha.

Quid hannibal miraris? Han. o nouum genus
Præceptionis: ut ſuo quiſquam malo
Peccata tollat hoſtis atq; ignobilis
Viri: Rha. Placet ſententiæ quidem tuæ
Ratio: ſcientem (nam uocat ſic ipſe ſe)
Virtutis eſt quiddam docere, ut plus ſciat.
Nec neſcientis doctor omne prodigit.
Han. Verbi pudet me: flexus at dicam genu.
Iumenta ſapone lateres ue qui lauat
Rem perdit & ſimul laborem. Rha. ſed triens
Quid diuiti dum uel ſibi morem gerat?
Han. hæc miſſa feciſſes: quietis plus foret.
Rha. Raſiſſe quibam mulieris quidquid fuit:
Neceſſe ne efuerat loqui ſeu ſcribere:
Sed amicus eſt mihi, lucro cui ſunt fori
Lites: domum redibit ille ditior.
Vidiſſet armeniada noſtram graculus
Quod arguit, neſciſſe me non diceret.

Ad olympicum.

Dici ſapouem quid iubes olympice
Poeta cum dicat ſecus præſtantior

Nec eſt id alter qui neget:iam deſine.

Ad aldum.

Gallicus armato noſtros rex agmine fines
Quũ patris has peteret iure habiturus opes,
Dixerat optanti tarpeia magnus ab arce
Iulius:ah propera te ſine cymba perit.
Dumq̧ hilari occurrit uultu uaſinus eunti
Alde lares dicis non amat auſonios.
Auſonios amat ille lares,ſed carior illi eſt
Viſa fides:nec amor crimina fert patrius.
Nec fines uirtutis amor bene præterit æquum
Quiſquis amat,famulos non fugit erigones.

Ad theopiſtum.

Cur miror tua facta rogas theopiſte?uideris
Cur miratus atlas ſidera ſcire minus.
Et didus molem antiquam cur dardanus heros
Curq̧ ſuas memphis barbara pyramides.
Virtuti culmen ſemper debetur honoris
Nec miranda probo res magis eſt homine.

Ad gregorium.

Via ſtratocles publica quum tenderet
Vir ſtrennuus,ſuoq̧ carus principi
Ter aut quater tenſa manu mulierculam
Percuſſit:eſt inquis probo res milite
Indigna:therſites nec id fecit quidem.
Quis hoc negabit?ſed opus eſt dictis mora.
Qui ueritatem diligis,bene & utili
Præfers honeſtum gregori,mane precor.

Prius puellari petiit illum colo.
Improba·merobiba·blitea·inſolens·loquax.
Pergebat & ferire neſciens modum.
Quid maximus feciſſet hic cæſar doce.
Vah quid taces: quid friuolum tanti facis?
Num fœminæ faues·an es tam neſcius?
At ni pudeat·eſt quod ego gregori loquar.
Hanc militis genibus leuatam oportuit
Nudis eo uſq̧ uapulare clunibus
Dum terra ſtolido tingeretur ſanguine
Hæc tibi ſi non diſplicet ſententia
Cur graculi quo nulla fœdior alitum
Eſt·tam malæ pepercero licentiæ?

Ad henricum.

Te uoco·tu furem me temporis henrice dicis
Statq̧ tui pro te regula municipis.
Itala res·italusq̧ reus: parce henrice: ſaxon
Ad ſeruanda fidem tempora rarus habet.

Ad eundem.

Cantores dicis magnos puer henrice uincit
Theutonicus·melior quos habet italia.
Scire qs ergo neget nos tẽpora? pinguior es quã
Diximus: oua loquor·porrigis ipſe nuces.

Ad camillum.

Cum martialem legeris·uidiſſe te
Suſpicionem dicis: id credi poteſt.
Neceſſe nec librum fuerat oſtendere.
Sed error eſt·at non poetæ: id poſteri

Solent:idem mihi futurum mox puto.
Quid ergo ſit tibi legendum-me petis.
Non audeo quidquam camille dicere
Certum quod habeas:ipſe ſcis originem
Id non pati:uerum magis ſi cogites
Quæ ſcripta ſunt:hic ſuſpicatu non opus.
Videtur: illequod refert ſuſpexerat.
Legetur ergoſanius ſuſpectio.
Sed hoc librum non uidimus decẽnio
Quem dicis:errari poteſt non ſum œdipus.
Nec pœnitet:ſic tu fac-& eris gratior.

Ad Simonem.

Raro ſimon ut ſero putas & uero licere
—Ac cito:tu uis eſt:dum nego-dicis idem.
Ius placet-& ſancta eſt ratio: ſed ſi qua ſubit lis
Plus ſolet auctori credere grãmaticus.

Ad miſin.

Es feſtiniloquens-quodq; cupis loqui
Non æque potes-& miſi modum petis.
Sed linguam potius quære aliam :tibi
Quæ nunc eſt-nimis eſt mala.

Ad philodemum.

Cuius ut a puero generis philodeme miſis ſit
Exigis: o-dignam riſu & amore fidem.
Eſt ais ulla tuos habeat ſi fœmina uerſus
Res noua:cor nec(dum talia poſcis)habes
Scribere ſi noua res-ſexum qd quærere? ſed uir
Fœmina ſit ue miſis-deſinat eſſe loquax

Ad atyn.

Qui nulli ſine teſte crediturum
Te dicis, nihil atys ergo credes.

Ad eundem.

Quid furis, & tota cupis atticus urbe uocari?
Te tua non pariens theſtylis atyn ait.

Ad cæſarem.

Inſtatur ais ut nata cæſar martio
Tua nubat, & me qualis ille eſt conſulis.
Num cenſor ego ſum uel ſecutor martii?
At cogis ut quod ſentio totum loquar
Non nempe faciam, quod nec ipſe tu quidem
Faceres: ea modo quæ ſciuntur omnibus
Latere te uix credidero: ſed hæc loquar.
Incuſat improbam remi laſciuiam,
Et caſtitatem prædicat theophili.
(Sic uita cæſar eſt utriq; credimus)
Theatra ſed frequentat & gynecia
Et balneas: it ocioſus & redit:
Hoſtem tamen qui ſe fatetur ocii.
Quid plura? fontes laudat & bibit merum.

Ad aldum.

Palladis audieras craſſæ nimis eſſe philetam,
Atq; humeri nullam gliribus eſſe fidem.
Si neſcis, domus eſt libris huic plena trecentis,
Quos multo ut fama eſt emerat ære pater.
Dixeris alde nouos: tribus hos quiſcũq; diebus
Tergit arundineo canthara peniculo.

Qui libros ueneratur ait, ueneratur ab illis:
Nec niſi ter lotis tangit eos manibus.
De quodam purpurato.
Quidam nitenti indutus ibat murice
Quales ſolent prætoriis
Legum uel artium periti iudices.
Qui ſit meum precor halmyrum.
Vt ille riſu uix ſoluto temperans
Liber refert eſt muſicus.
Nugaris inquam: nomen ede clarius.
Non dixit eſt antiphraſis:
Rariſſimis magnum uolumen litteris
Notas habet creberrimas.
Ad gallum.
Galle ſapis: ſcis ſæpe libros nocuiſſe cerebro,
Quo tamen ante tuum fertur inane caput.
Vendis eos ne ſit tibi multa ſcientia damno,
Neu pdas quod non eſt tibi, das quod habes.
Ah dignum te nomen: adhuc neſcitur iaſpis:
Dá teſtes, pennas accipe, uerus eris.
Ad eundem.
Quid tibi galle precor rogitas: te præmia certe
Digna: iouis faciat mater ut alma ſuum.
Item ad eundem.
Pilea fers mãibus ſupplex: das munera templo,
Sic dum galle facis, non auis es, ſed homo.
Ad ſebaſtianum.
Mortem quid incuſas? quid & nolles mori?

EPIGRAMMA.

Dic nemo ſi moreretur, ubi domus tibi
Staret ſebaſtiane? quidue eſſet tuum?
Quæ poſt iuuentam credis eſt iucunditas?
Te ſancta ſcire ſi negas uolumina
Nec proximos uides/poetas conſule:
Habent & agreſtes ſuas rubi roſas:
Interdum & homini ſcorpius medebitur.

Ad marianum.

Aſtrologus, pictor, medicus mariane poeta es,
Omnia qui ſolus pluraq; ſcis alia.
Artibus eſuriens nec te puto græculus ille
Vicerit, & cœlo qui pedæ iuſſus eat.
Temporibus ſed iura ferens, n, demis ab ãno
Picturaq; probas. quod ſimul ore doces.
Verſibus orabas: circum riſere ſedentes.
Orbis erat: ſaluo ſic ais eſto pede.

Ad eundem.

Sex ſunt uel octo (non ſatis memini) dies
Quum carmen edidi daturus gaudium,
Quo maxime nuper querentem ſenſimus
Te ludicroq; clamitas haberier.
Iniuſtus es nimis, nec ulla modo tibi
Eſt æquitas: quos diligis gaudentibus
Eſt gratulatio aduenis gratiſſima.
Riſere: gaudebant: placebat lectio
Scis terminos: audi: placita dant gaudium:
Ex gaudio riſum uenire quis neget?
Rem neſciente te, magis adhuc rideo.

Inſtas ut eloquar: bene eſt: dixiſſe te
Dum porro credimus hecalen, de ſyllaba
Mox addidiſti: ſalua ſit dicis: quid hinc
Intelligatur plura quid uis? clarius
Ne coge me mariane fari: audiuimus
Et uidimus, dixiſſe quod pudeat probos.

Ad urſum.

Non ſatis urſe capis mariano dicta: beatum
Me puto: tali omnes aure fuiſſe uelim.

Ad ſeuerum.

Dicere proficiat quidam tibi ſuetus edenti eſt
Cui bene quod referas ſcire ſeuere cupis.
Sat dabis atq; ſuper ſi dixeris, illud & in te
Frondeat, & ramos tendat amice quod es.

Ad hanniballem.

Dum pſalmos legeres, duo rogaſti,
Quid ſunt hannibal, utq; proferuntur,
Si neſcis mihi grande nil uidetur,
Cum neſcire ſciantur illa multi.
Sed ſunt beſtiolæ quibus nocentis
Aegypti deus impetiuit oras.
Infeſtam canibus ferunt priorem,
Seu morſu feriat quod ut canino
Acceſſit cynomyia nomen illi.
Communemq; alii magis putantes.
Dixerunt caput huius eſſe cœno:
Nam commune patres: uocant, eorum
Quidquid tangere lex abominatur.

Noſtris quæ ſequitur moleſta cellis.
Parua eſt/uix uideas/minoris inſtar
Eſt ferme culicis: ferit tacendo/
Humanoq; fugit tumens cruore.
Si de nomine ſcire quæris/illud
Plurali numero ſolent pelaſgi
Tantum dicere/ſyllabis duabus/
Vt gryphes/uariis tamen figuris
Isdem temporibus: quid hinc fatiger?
Dic ſcipes/poterit uetare nemo:
Vel dic ſcniphes/utrunq; ſat licebit.

Ad xyſtum.

Eſt nobis antiquus amor: tu xiſte diu iam
Eſt antiquatus nos ais inter amor.
Falleris: obſcænos mores cupit antiquari
Mens bona: fit uerbum nomine triſte bono.

Ad andream.

Vt de te loquar andrea precaris:
Hæc ſcribens elegos futura uidi.
Huius ſyllaba nominis ſecunda
Eſt inter ueluti puer parentes.
Sed me plurima uis coegit/& mos
Eſt: hæc ſi coeant/poteſt taceri.

Ad alexin.

Accentu dum græca ſuo conaris alexi/
Te ſcire accentus quid ſit & unde negas.
Verborũ docet ille ſonos non tempora: cantu
Non ſine ſat legitur: muſica ubiq; opus eſt.

Ad phœbum.

Credimus accentus graiorũ ut phœbe ſequaris
Pro ſũmo dicis flamine paraclitun.
Te puto prima ſemel-bis tertia fallit in illo
Syllaba-ſic precor o-nos paracletus amet.
Graiorum accentus ſeruandi:dictio ſed cum
Fit noſtra-eſt noſtrũ ſchemata noſtra ſequi.

Ad gregorium.

Te gregori uolumen inquis aureum
Habere pontani repertum ſcrinio.
Totis & illum prædicare laudibus
Non deſinis:toto ſed orbe iudice
Meritis minota fatus es ſuis:tamen
Te ne fatiges:ſolus eſt deus potens
Qui dicat:hoc mihi ſed eſt qđo gratulor
Te diligit-quem diligo-qui me quoq;
Par diligis:quam dulcis o-cõnexio-
Sed de citris quod credimus dictum eſt ſatis.

Ad ugonem.

Non ugo toties dico ſicut centies
Nec tu duimum ſicut & trimum-nec ut
Bimum-terimum dicis:uſum tu ſequor
Ais nec illum ſpernimus nos-quem patres
Auiq; noſtri tradidere:codices
Aheneis uide priores litteris,
In ſaniendi plurimis quæ dant locum
Ferulaq; ſi me dixeris dignum-feram.

Ad petrum.

Quanta leonardo ſit ſyllaba petre ſecunda
Me petis: eſt ſi ſcis quanta leonis habes.
Barbara barbarico uox eſt data more latinæ
Cui reor ampullam nil niſi & eſſe ſonum.
Dixit ais noſter leonellum ſtroza: ſilendum eſt:
Non bene pygmæo lis grue cum gemma.

Ad atalum.

Petrus eras, quouis torrente petroſior, at quis
Tam ſubito fecit te rogo dic atalum?

Ad othonem.

Attalus a cunctis otho dicitur inquis: at idem
Nõ meus eſt: tuus en rex erat, hic monachus.

Ad modeſtum.

Patri modeſte ſicuti piiſſimo
Scribis: placet amor, cara ſed uirtus magis.
At ſi ſatis rem litterariam uides,
Peritius quidem fuit quod diceres.
Eſt largitas ſcriptoribus, qua fingere
Quæ non prius fuerant ſolent: non dicimus
Modeſte fugitum, fur tamen fugitiuus eſt.
Nec unde fiat eſt futurus regula.
Sic te pientem oportuit perquirere,
A quo ſupremum tibi gradum deduceres.
Sed fruſtra & illud elaboratum foret,
A qui plus nondum profecto ſum ſatis.

Ad aulum.

Expanſos petis aule ſinus num dicere ſit fas:
Simplicis ad normam participantis abi.

Ad urſum.

Vna ſalus foliis abs te uenit urſe diebus
Sed ſine ſupremo eſt linea nulla uale.
Ancipiti ne iubes certum me reddere uerbo?
Sed ſatis æternum eſt te ualuiſſe ſemel.

Ad gaſparem.

Cur miſſiles quas forte ſcribo litteras
Parciſſimis ſint prænotatæ laudibus
Vt gaſpar edicam rogas: ne mentiar.
Vincere nec ambagum iuuat mulcedine.

Ad lentulum.

Scribo-legis: loquor-auſcultas: hoc differi & il
Expetis: es uetulus: diſcere uin mories? (lud
Perge-places: ueteris quodcũq; eſt lẽtule noxæ
Iam ualeat: propera dimidiare dies.
Cœleſtis nulli charis interdicitur æuo:
Nemo bonus dixit-quod ſcio iam ſatis eſt.

Ad amianum.

Conciliato amiane times ſi credimus hoſti
Parce: quid ille poteſt? hoc ſcio non ligur eſt.

Ad celerem

Hunc celer incuſas numeri nouitate libellum
Os-preme: ne piſcem te loquar eſſe nouum.

De ipe.

Cur dici cato uellet ips rogatus
Reſpondit-ſcio iam putare uites.
Præ fruſtra minimam dedit figuram.
Eſſet rectius amputare dictum.

Nec factis ſibi nomen eſſet impar.
Ad tomam.
Syllaba preſſa tui mihi nominis eſt prior: illam
Quoſdã acquiſiſſe uides hic caput inde moues.
At certũ fateor dum neſcio, fonte reuiſum eſt
Quo caderet, nullus quo uetat ire maro.
Dat tomos & ꝓprium eſt multi dixere: qd ergo
Dicere me clamas non potuiſſe tomam?
Ad ſebaſtianum
Lux eſt quarta ſebaſtiane, carmen
Scripſi mentio quo cucurrit ipis.
Ridebas ſenis ambitum legendo
Nec ſcis nominis illud unde ſumpſit.
Crede inquam mihi, nec ſat ipſe noui:
Verum quod uideor uidere dicam.
Quidquam philoſophaſter ille bellus
Quum ſcripſit, cupiens uiri ſequutor
Magni, uel magis ipſemet uideri
Ips in fine facit dedit poeta.
Et ſe beſtiolam miſer fatetur
Se qui ſæpe tamen uocat catonem.
Ad olimpicum
Deſpondes qdqd peteris, ſed olympice nil das:
Et medium ſagi more moues oculum.
Deſpondere quid eſt neſcis: ſcio dicis, & obſtas:
Deſponde ergo animam, ſi potes inde nega.
Ad alexin.
Qualis alexi rogas tortellius eſt: bonus inquam

Multa tamen melior ſi tacuiſſet erat.

Ad eugenium.

Vt legis in ſurdum uetamur obloqui.
Non audit aliquis aloquente neſcius
Cum ſit procul: profecto ſurdus eſt ſatis.
Defunctus eſt: ſurdiſſimis eſt ſurdior.
Magni fuiſſe dicis, at ego maximi
Hominem tamen, peccare qui poſſet ſemel
Et amplius: gangræna ſed ne fiat ex
Morbo leui quæ obeſſe poſſit poſteris,
Quibus loquor, pietatis eſt hunc demere.
Nec eugeni nefas puto: non eſt meis
Dictis minor: nec ſit uelim: fieri ſolet:
(Sunt ſcripta iudices) in illos maxime
Latina pridem quos tegit uel appia.
Quandoq; ſed idem mihi futurum præcinis.
Non deerit ergo tunc oliuis penula:
Nec tonſor eſt tonſore cariturus ſuo.

Ad britonem.

Quid brito mihi ſero bonum tam ſæpe pcaris,
Cum mage ſint ſeris præcoqua grata mihi?
Meſpila nam ceraſis, ficis ſimul aſpera cedunt
Sorba, nec eſt melior phyllide caſtanea.
Ergo bonum ſi quid das, da non ſerus amico:
In dubium poſuit ſæpe futura piger.

Ad eundem.

Si memor es, dudum mihi ſera placere negaui:
Nuncq; bonum ueſper dicere brito ſoles.

Tireſias feriens/mas fœmina/fœmina fit mas:
Ex mare tu neutrum ueſper eundo facis.

De buphori ducis obitu. Nuntius.

Peremptus eſt bos. Rha. Largius cænabitur.
Nun. Sed eius inquam nominis magnum uię.
R. qd ergo mors noui dedit? Nũ. mortis genus
Crudele. Rha. Plurimæ uiæ ſed exitus
Eſt unus omnibus: tyranniq; hoc fuit. Nun.
Fleamus. Rha. eſt fletum ſatis dum uiueret.

De quodam philoſopho.

Philoſophi parto uir erat cognomine: uiſis
Fretus ego (hippocrati par erat) hunc adeo.
Hic leges ſe ſcire etiam/de fœnore iactans
Dixerat: oro inquam/fœnus amice quid eſt?
Conſtitit/& cœlum aſpiciens/a fœnore fœnum
Diſtat ait: ſed adhæc pulpita magna moror:
Luce redito iouis: redeo: uenit ille mathonem
Totus agens: ſtrepitur: pax fit/& ille tonat.
Quãquã ꝓmiſſum eſt cuidã de fœnore/maius
De fœno/quam de fœnore fœnus erit.
Archano noua gloſſa loco (nunc tercia lux eſt)
Emerſit/fido res cohibenda ſinu.
Rana tumet paritura bouem: qd naſcitur? omni
Tandem ait/eſt fœnũ ſicca quod herba ſolo.

Ad paulum.

Vah fœnarius unde ille ſophos rogas.
Quid uis carmen adhuc paule q habes librũ?
Eſt inquis ne ligur? iam ligurum genus

Scis poſt terga dedi cum ſpecie ſimul
Sed ſodes memora: nonne queunt rudes
Extra porciferi uiuere fluminis
Fines? ſunt alibi crede per omnia
His ferme ſimiles, ſi taceas fidem
Sed quid porciferum tam male diximus,
Dici quem ligures pulchriferam uolunt,
Ipſis quod tamen edicere non licet?
Quid pulchrum ferat haud eſt homo neſcius
Fungos caſtaneas qui cupit & napos.

Ad phylacem.

Sola phylax oculis te uelle placentia clamas
Ac ſua ſi dicat cornua munoceros.
Coclitia de gente hominem dixiſſe ſatis te
Eſt oculo, & nullam feceris antitheſin.

Ad eundem.

Quiſquis phylacis nomine diceris
Ne ſæui, bene res habet.
Nunquam tuo te nomine protuli
Nec me quis ſciet indice.
Luſcum uocari ſi tamen oderis
Lumen quin fodis alterum?

Ad eraſmium.

Monoculum dicis ferula bis dignus eraſmi
Dic puer unoculum nomine dignus eris.

Ad camillum.

Si tellus penſo meruit tua nomen ab auro
Quis rogo poſt illi piſa camille dedit?

Sed fluuio quem ſæpe bibis' data littera quidqd
Eſt docet: es cuias diſce, uel exul abi.

Ad ſeptum.

Eſt urbem pataui inter & catulli
Moris ambitioſa præter omnes
Vrbs utraq; minor: dedit fluento
Nomen gallus arar ſecus cadenti,
It ſegni quoniam nimis ruina:
Ignoto uocitant rudes coloni
Vrbem nomine, plurimiq; ciues
Qui ſe ſcire aliquid quidem fatentur,
Quod ſit uincere ſueta glorioſi.
Quarundam tamen ædium uetuſtas
Veri nominis eſt fidelis index.
Ex uicis & enim coacta cum ſit,
Nulla hic mentio litteræ eſt negantis.
V. præeſt conſona, quam duæ ſecuntur
Vocales: prior orſa iam taceri eſt,
Diphtongus quaſi græca: ſic ſolere
Aetas aurea teſtis eſt auorum.
Hæc ut friuola ſepte quæſo rides!
Interdum leuiora dat catulus.

Ad philodemum.

Eſt philodeme locus noſtræ pro finibus urbis
Cecropio ſanctum diximus ante ſeni.
Peccatum eſt dicis, nec enim dionyſius idẽ eſt
Qui doninus; homo ſum minor œdipode,
Atq; ipſo fortaſſe dauo: quid gallica ſi uox

Et pictus potuit fallere me paries
Atq; eodem ſacra facta die! quid talibus & ſi
Pars bona ræticulis fallitur italiæ!
Sæpe etiam ridēda colit: plus ergo uidendū eſt.:
Legeris interea ſi mea parce ueru.

Ad gallum.

Dixiſti idola galle: parco, gallus
Cum ſis: dicat agrippa, uapulabit.
Rerum multa poteſt fatemur uſus.
Sed corruptio ne ſit eſt uidendum.
Rectæ gallia non locutionis.
Sed belli dare plus ualebit uſum,
Quæ ferro ſtudet & ferocitari.

Ad arnum.

Se ciuem titus arne tuum dicebat, ad unguem
Cæſar ait, ſi con præpoſuiſſet erat.
Quid dubitas! ueri ſi dat florentia quidquam,
Vel potuit iotti te docuiſſe lapis.
Eſt hic & ille meus natura aut munere ciuis:
Conciuem dicat ſi maro uix bonus eſt.

Ad pyrrhum.

Caponis olim prima litem ſyllaba
Nobis peperit: hanc ego duorum temporum
Non poſſe falli martialem uſquam ratus
Dixi: diuq; eadem ſtetit ſententia
Attamen idem bis fecit idem: uerſibus
Duobus, in quinto locauit ordine
Minimum, quod unquam nō ſolent alii pedem.

Vbi mitellam nominauit auream
Quidam licet ſecus legendum dixerint.
Poſtq̄ mario quum dixit hedi ſanguinem.
Nec alibi pyrrhichion uideri paſſus eſt
Niſi carmini qui forte finem fecerit.
Hoc gallicum neſcire quendam nouimus.
Sed danda pyrrhe finis eſt ambagibus:
Rem profer & de termino ſatis loquar:
Scis ſenſuum quod tactus eſt certiſſimus.

Ad camillum.

Bæthyca me inſimulas q̄ſi carmina ſæpe legētē
Falleris, aut iterum quidquid ago pereat.
Ad mentē fateor redeunt: qd agā? quaſi ſeruum
Pello: redit: foris eſt: tu ne camille uetes?
Falſa ſed & præcepta probi didicere parentes
Et docuere: bonis res mala nota bona eſt.

Ad modeſtum.

Iam ueſper alto exceſſit orbe tercius
Cum diceres cepiſſe te characterem.
Riſiſſe memini me: ſed ah tu rem ſacram
Ne quæſo dic modeſte nobis ludicre
Habitam: ſtat & nobis fides qua uiuitur
Qui ſum, quid & dicor uides: ſcit & deus.
At unde riſus ille prodiit rogas.
Effabor, ut & unum ſimul te poſtulem,
Si ſyllabam cum longa ſit breuem facis,
Quando ſitis, & pluſculum bibiturus es,
Dic cur idem numquam facis de poculo?

Ad polydorum.

Vis aliquem cum ſint polydore poeta leporē
Blandiri nulla eſt fortibus utilitas
Nec dape nigra carens auis eſt laudata: ſed audi:
Cum ſis uenator tu mihi da leporem.

Ad eundem.

Hem tibi quã malus es: leporē polydore tuũ iã
Non moror: hinc te iſto fer thraſo cũ lepore.
Dixerat hirtipedē noſter iocus: androgynõ tu
Suggeris: hinc qui ſis en ſcio, qui & fueras.
Cenſeri primo non dat deus omnia uiſu
Iam ſed adore mihi non polydore uale.

Ad theodorum.

Ah & tu theodore noſter erras
Et ferme pueraſcis? eſt ne amicus
Qui fœdos ſequitur docetqȝ mores?
Quid me talia cogis arguentem?
Nec ſunt iſta quidem ioco ferenda
Laudatos mala ſæpe uerba mores
Corrumpunt: grauius ſed ille quidquam
Dat uerbis: lolium tuo ergo pani,
Ne quæſo inijce uel caput dolebis.

Ad hylam.

Pleureſin inquis hyla te paſſum: paſſio quæ ſit
Neſcio: nec noſtrum lexicon hanc memorat
Pleuritin uoluiſſe tamen te dicere, mecum
Dum meditor, puri do tibi fontis aquam.

Ad phœbum.

Eſt magna dicis largitas
Languenti amico & pauperi
Dediſſe lymphæ poculum.
At phœbe rides: quin iocos
Angoſcis, & quid carmen eſt?
Quidam ſepultus tartaro
Diues petit olim minus:
Quod nec pius dedit pater.
Pleuriticis & toxico
Nocere plus ſolet merum.
Cenſere uiſa ſed potes.
Clam facta, ſatis eſt ſi deus,
Et qui capit ſciant: uale

Ad probum.

Inuolucrum dicis uolutum ſi dixeris, una eſt
Lex probe: dic lauacrum, ſi tamen eſt lauatũ

Ad dorum.

Dore tibi montana placent, quaſi ſaxa niueſq;
Non uideas: aquilo quam furit atq; notus.
Dulce merũ, eſt at pane cares, & pluria ab urbe
Ferre opus opus ẽ: mõtes laudo ego, & æq̃ colã

Ad philodemum. Rha.

Tantum ne blandimus ineſt ferrariæ,
Penatibus quæ te tot annos exulem
Philodeme fecerit? quid oro dulcius
Eſt patria? Phi. Donauit urbis regulus
Me ciuitate: rebus & domeſticis
Curas leuabat: & litteras ipſe addidi

Noſtratibus quam plurimas: nec annulum
Hunc indicem damus: rei probatio
Quotidiana certiorem fecerit.
Rha. Tibi gratulor, mentemq; laudo principis
In optimos qui tantus eſt cæſar uiros
Sed te urbe ſi donaſſet, ulloue oppido:
Aut ciuitatem ſi tibi donauerit
Plus gratuler: de litteris iam nouimus.
Didiciſſe te nūc ut probes, eſto tuus.

Ad ſcipionem.

Fert audit memorat ue libens hoſtilia nemo
Nomina: ſæpe uocat theſea pirithous.
Credimus ergo, tibi cadmi nō omnis amica eſt
Filia, qui nondum dixeris undecimam.
Fallis amiciciam: bonus es nec ſcipio, quouis
Iudice: cui nunquam lelius ore ſonat.
In latios nec te ueniet duce uicta triumphos
Carthago: magni eſt uox tibi ſola uiri.

Ad gregorium.

Alis ferebar nauticis ferrariam:
Sic res iubebat (mos ut eſt) domeſtica.
Neſcio quis haud procul ſedebat græculus,
Et quos referre non ualemus plurimos:
Tu ſolus aberas gregori, cariſſimis
Ex omnibus quos expetebam maxime.
Senem uidens adeſſe ſabbatarium,
Dic nomen inquit ille cornuti ducis,
Et ut omnium diem uocatis maximum

EPIGRAMMA.

Tacebat aaron quaſi aliunde territus.
Diu cupita nos parati diſcere
Auderet ut ſatis preces adiecimus:
Fecere plures id probi mecum uiri.
Tres ſyllabas reſpondit & ſex litteras
Habet prior-quod uos negatis inſcii
Solennitati nec dedit nomen pathos
Sed phaſce-quod apud barbaros eſt tranſitus
Nec ulla nomini fit aſpiratio.
Quid quod tacetis! alpha cui finem facit
Quinta nec argi ducitis nomen cliſi.
M-ſi loco tacetur in penultimo:
Indoctior quod ſomniat latinitas-
Et duplici putat mouerier modo
Vos melius & nos propter-eſt imobile.

Ad philodemũm.

Nec patrios repetiſſe lares philodeme pigebit
Et hic boni non eſt nihil
Plurima ateſtino ſunt uiſa ſub aere: nobis
Aarone uir adeſt doctior.
Hic ais antiquo moſeæ iudice linguæ
Non phaſce dici ſed paſac.
At magis ut patribus grata ẽ euphonia-duplex
In fine uerſa eſt littera.
Gregorio precor hæc mutinã ſi quãdo reuiſes
Meo loquaris omnia.

Ad paridem.

Et litem mouere meo de nomine quidam;

Nil mihi, nec tutum me fore iam timeo.
Te quoq; ne amittas, media paris urbe guberna
In patriam quid ſi uenimus herculeam?
Iam rabulæ dixere diem: noua menſio ſoli
Cur liceat: ueteri cur noua iura foro.
Longa michaelis poſt primã eſt ſyllaba: cũ nil
Differat, ipſa tibi cur breuis eſt eadem?
Hærebam: iubet ire metum titus; ipſe clientem
Excipit: eſt inquit lex ſatis una malis.
Cuncta q̃dem pecudes uos limite ducitis uno.
Nos aliter: nec idem dixero quod ſimile.
Nec magis eſt hoĩ propriũ quã nomẽ: habẽda ẽ
Cuiq; ſui ratio: tu mica, titus ego.
Et licet, & mos eſt, niſi ſit poſitura: quid ergo
Si placet hoc, illud negligo? ſic abii.
Ad phœbum.
Num placeat mihi phœbe titi ſententia quæris?
Cur mihi quod prodeſt diſplicuiſſe loquar?
At magis eſt aliud quo terreor: una mihi ſpes
Quã puer addiderat ſtroza, mouẽda tremit
Octaui duplex calicis promiſerat hauſtum
Flamen: erat læto iam data dextra deo.
Triſtis & ecce aliquis: lemurẽ ceſſiſſe ſepulcro
Dixeris: aſt homo ſum, ſiſte ait: unde times?
Sunt mihi pauca quibus uolo te: Iã plura dediſti
Quam ſit opus refero: Siſte ait, an puer es?
Te ratio mouiſſe poteſt, iocus atq; uoluptas,
Stet ratio, ualeant cætera: nox properat.

Falleris: hebreū eſt quod hēs/ neq; nomē achæo
Fonte cadit: procul hinc ſpiritus ergo fluat.
His ego: achæiſſa quantum libet: illud ab alto
Prodiit: appello (parce ſenex) ſuperos.
Spiritus interea qui uis fluat omnis ab illo
Tu morere/ & finibus nulla flet aura tuis.

Ad fabianum.

O/ & tu fabiane aderas? quid uana locutum
Arguis/ & quidquid claudo aperire iubes?
Nec mihi non parere licet: reuerentia nobis
Magna titi eſt: tuus en ſum modo/ q meus es.
Eſt michael anapeſtus: ea eſt nec cognita flacco
Dictio: tu uoces conſtrue/ certus eris.
Iure quid ergo legas? erroris littera cauſa eſt
Vltima: erit ſi ſit dimidiata ſatis.
Et medio diphthongus ineſt: de flamine nemo
Sat docet: eſt N qui non caruiſſe uelit.
Flata meum quot nomen habet/ ſententia ſi ſtet
Herculis/ euge quater bis fabiane bibam.

Ad pudentem.

Theſſalonicam dixiſſe me pudens ais
Vix credo: nec me adeo fatebor barbarum
Quin graia nouerim quid eſt uictoria:
Nec noſter (hoc ſcio) libellus hanc habet.

Ad probum.

Quid de dis probe credo/ me rogaſti
Num me ſchiſmate forſan infideli
Tentas obſecro ſi queas notare?

Plus hoſti quid agas? ſed omne credo
Quod credi ratio dat orthodoxia
Eſt rerum deus unus, omnium auctor
Quem ſemper fore, quem fuiſſe ſemper
Noſtrum eſt credere ſcire confiteri:
Cur dico ſuperos deoſq; pergis?
Sic dici probe ſpiritus beatos
Et chriſtus docet & ſacri prophetæ.
Eſt pluralis & ille cum ſit unus.
Si qui ſit petis ordo litterarum,
Sunt pro iure dei licentia, di,
Quam ferme modo proſequuntur omnes.
Vna eſt ſyllaba litteris duabus.
E, quandoq;, duplex iota nunquam
Scribendum eſt, niſi rectus eſſe dius
Præноſcatur: ei rudis uetuſtas
Sueta eſt ſcribere, non tamen profari.
Quod cœptum fuit ergo tunc taceri
Scribi deſiit: additum nec illi
Eſt quidquam. Meliora forſan optas?
In me, ſi dederit quis, ille cenſor
Implacabilis & magiſter eſto.

Ad aldum

Lõga qd hæc nimis alde uocas epigrãmata ſc̃p
Sunt duo longa nimis carmina ſi mala ſunt.
Quæ bona, ſint ſine fine precor: neq; credimus (ulli
Si bõa ſit, longam diſplicuiſſe uiam.

Ad adrianum.

Cum te adriane probumq; pii liget unus amoris
Spiritus, an mirer ſi tibi dat quod habet?
Carmina do, prior ipſe legis: duo dicis in uno
Sunt mala: tu melior, non ego petra tamen.
E, dici bene poſſe negas: locus ille (poetis
Si qua fides) quouis lætus erit numero.
Nec de uocali graiis eſt conſona, nobis
Quod datur: ergo aliquem fallit iota puto.

Ad phormianum.

Audiui endecaſyllabos placere
Plus cunctis tibi phormiane uerſus
Solius capitiſq; quantitatem
Veram ſedulus ut loquar precaris.
Ah non ſum puto corde tam feroci.
Miti famine quæ bonis petuntur
Indignum nimis eſt nefas negare.
Sed ſunt carmina multa ſyllabarum
Quæ certe numerum tenent eundem.
Quales credo tamen dabat phalecus
Te dixiſſe modos: ades, fauebo.
Pes quem ſcis modo ſyllabas habere
Crurum ſtrymoniæ uolucris inſtar,
Eſt a nemine repræhenſus unquam:
Vllo non tamen abſtinet catullus.
Sic ſi cætera, ſcis aue poeta.

Ad cæſarem

Ante cicer, poſt cæſar eras, iam ſæpe uocaris
Cæſarius: puto cras ceſarianus eris.

Creuit opum grauitas-nomen ſi creuerit inquis
Nil deerit: multos perdidit ambitio.
Sic auis ut referunt dici iunonia cornix
Ambiit/& dorſo pauperiore fuit.
Littus aras ad grana redi: cicer eſto quod ante-
Hic uitam non dant nomina nec cyathos.

De doro.

Sum (dorus inquit) menſe natus ſeptimo
Interrogatus tale quo ſciret modo.
Prius maritum non habebat ait parens
Tanquam pari non poſſit abſq; nuptiis
Non id ego ſed meus notauit halmyrus.

Ad barnabam.

Barrhabouem qui te non dicunt arguis: eſt qui
Te putet heroo carmine uelle cani.
Ardua res-elephanta bouemq; tenere ſub hirci
Vellere: magna qdem eſt beſtia uterq; ferus.
Sed caput & prægnans qui ſis abdomine uenter
Sat docet: agnoſci iam ſine uoce potes.
Conſilii te laudo tamen: qui ſponte fatetur
Hũc minor in quouis crimine pœna manet.

Ad baſanum.

Baſſa num nomẽ tibi dent-aut infima qdquam
Quod notat agnoſci littera quarta docet.
Quæ ſit quarta ſciunt pauci: uertigine gaudes
Nominis-& ſolus neſcius es ſapiens.
Nam quidquid ſcribo non ceſſas carpere-ſcribi
Vis tamen: at uerum uin loquar? es baſanos.

Ad petrum
Ignotis lateam cur petre uallibus
Quæris: ne feriar: ſcandere nec iuga
Nec turres ſoleo ne inde cadam: ſat eſt
Vel ſic uiuere ſi queam.
Ad lucillum.
Auratam quid adepte tumes lucille cathedram!
Num iuga rex eſt qui ſtat ſuper alta culex!
Ales ais ſiſti digna eſt ſuper atria cantu
Quæ placet: at cuiquam tu ne placere potes!
Plus nummi placuere lyra fautoribus: eſt de
Alite ſermo! domus te alitis ergo manet.
Ad eundem.
Lucillum dixi tu ſum lucillius inquis
Ardentem quum te uidero uerus eris.
Ad gordianum:
Hyſſopon herbam dicis & alemanice
Legis & auariore ſcriptitas manu.
Nam litterarum athenienſium ultimam
Sigma ſibi comitem mox duplexhabere uult.
Nec herba uel olus eſt ſed arbor lignea/
Quanquam breuis nec maior eſt libanotide.
Si gordiane mens tibi durat uetus/
Galenus es nunquam futurus aut maro.
Ad lucium nep.
Diximus hinnuleũ: bonus ut bõa cætera laudas
Atq; hinulum luci mox legis & retices.
Nil rogitas nihil accipies: agis argumento.

Euge places: animum ſanguine pluris ago.
Pœnitet ergo minus teneros ſi flectar ad annos
Tu dictum patrio fer puerile ſinu.
Vatibus eſt pro lege uolo: ducibuſq; poetis
Plurima protogenas nos uetuere ſequi.
Hinnuleo ſimilis uirgo docet & memor alter
Vt duplex hinuli pelle latebat amans.

Ad eundem.

Poeticæ dulcis nepos licentiæ
Quæ ſint & unde ceperint uis ut loquar.
Sunt pulchra ſcitu ſed latent palatio.
Clauſiſſimo procul atq; prorſus inuio.
Fons inde guttatim effluit: collegimus
Aliquid: eodem uaſculo mecum bibe.
Neſcire nil poeta uerus creditur
Cui pectus intimum repleuerit furor
Diuinus: at commune ſi fugiat iter
Cum paruuli nos neſciamus plurima
Miramur & id auctoritatem dicimus
Sed fallimur: ratione nil dictum caret
Vel hic poeta uerus eſſe deſinet.
Suas habebant olim & ipſi regulas:
Periere: ſtandum eſt ergo eorum moribus
Nunc te furere ſi quid iuuat neceſſitas
Quocunq; te coegerit concedito:
Niſi quilibet maiorum & omne ius uetet.
Pro uelle eorum nam quod ante diximus
Hos omnium tu credito ueterrimos

Quæ ſcripta primum ſunt-fuere carmina?
Ad herculem ſtrozam.
Quid mihi te quotiens titida clariſſime uiſo
Felices danti terga precaris aues?
Augurium uetat alma fides: ſed apolline credo
Plura tuo & ueteri tactus amore facis.
Scis quod agas? auis eſt pranſuro danda: uiator
Optat equum: ſcyphus eſt gratus utriq; meri.
Ad graculum.
Gracule quid titidam rides? non tydea noſtri
Herculis-at patrem noueris eſſe titum.
Parua tibi chlamys eſt: humeros tege: fœda pa-
Fibula: ſic danaũ dux neq; dictus erat. (tebit
Cur neſcis duplex quod ſyllaba-quodq; figuræ
Te potuere duæ luſtra docere decem?
Forte patronymicum dãnas noſtrate? quis ergo
Scipiadas queat & dicere romulidas.
Turpi agis ore caniem: decies ſed dentibus urge
Quæ capis: ut ſatur es guttura plena refer.
Te tamen hic-dum tale iuuat-ieiunia perdent.
Carmina non aluum; noſtra leuare ſolent.
Ad eundem.
Verſibus offenſum clamas te gracule noſtris-
Sed facilem uentis; mittere me cinerem.
Graculeo nondum quis ſit ſub nomine dixi:
Conſcius es: doctum te tua culpa facit.
Id ſolus toto ſcis quod neſcitur in orbe:
Neſci & tu: ſed quid te nigra bilis agit?

Quin zephyris das uota freques? qn rũpe flãdo
Te properas: fugiet mox cinis, ede animam.

Ad halmyrum.

Cur graculum ſic dico quæris halmyre?
Hæc omne ſi uolet facit quod beſtia.

Ad lucam ripam.

De me ripa queri doles amicum
Qui ſummus tibi creuit a puello.
Nun & diſcipulum tibi fuiſſe
Dicis? ſed caue ripa, ne magiſtrum
Te dicant crocitationis eſſe.

Ad herculem.

Fer mecum precor alcida: ſine graculus inſtet:
Omne ferarum habuit fœderis archa genus.
Quod ſonat eſt: oſcilla ſatis duo ſcyrpea in illũ
Sunt pugnæ: melior tu ad grauiora manes.
Sed quis in hoc lateat me nomine ſæpe rogaſti
Vt loquar, aſt animi res monet ut taceam.
Regibus irriſor præbet ſolatia bubo:
Turpia nec ſemper monſtra uidere nocet.

Ad philodemum.

Sunt quæ quum philodeme proferuntur
Me feciſſe negas: meus nec inquis
Eſt talis Rhaphael, & ampla noſtris
Quæ contraria ſunt refers libellis:
Cum lenem mihi noris uſq; uitam:
Nam ſcribentis olere carmen iram
Non eſt qui neget, atq; peius ira

Interdum eſt aliquid:rei ſed ipſe
Finem/uel ueteres uide poetas/
Non eſt te philodeme quod fatiget.

Ad phœbum.

Cænādū eſt hinc phœbe ſedes:ſedet inde philip
Inſtamuſq; bonis dum duo/tu recitas. (pus
Daſq; preces ut noſtra legas:tua perge ſatis ſunt
Inquio:nil mea ſunt:prome philippus ait.
Pareo:uox minor eſt:repis hydropicon:ungue
Stygma facis:dici præcipis hydropicon.
Cenſorē poſt pauca rogamus/uterq; philippum
Riſit:eo dixi ſit mihi phœbe ſatis.
Te iudex clamante citus/non ſemper apollo eſt
Phœbus ait:nunquid uis?ah hydrope uale.

Ad philemonem.

Editi dudum placuere uerſus/
Non nouum quoddam tamen eſt/amico
Quod loquar:Sapphus imitaris artem
Sapphica reddo.
Sappho dixiſti:numero philemon
Temporum peccas:cadat hæc latine
Dictio nobis/erit hanc poteſtas
Siſtere duplex.
Attici noſtro uetuere flecti
More/lex nobis manet atticorum:
Prima uirtutum ſua cuiq; reddi
Iuſſit ab æuo.

Ad minum.

Reſcribi uis mihi aliquid: prius ampla dierum
Ius quod erat uetuit ſoluere relligio.
Nūc paucis parere iubes: pbo munera, uerſus
Non poſſum: tu das munera: uerba puer.
Verba dolo nō miſta loquor: puer optius opto
Creſcat: ut eſt ætas ſcit ſatis atq; ſuper.
Plura etiam faciendo ſciet: magis ergo nepoti
Vt proſis, crebro quod ferat huc adhibe.

Ad meliboeum.

Sæpe tuo gaudens meliboeæ canentis ab ore
Pendeo, & ambroſiæ mel quaſi laudo chelyn
Quæris idem cur nō faciā, noua carmina q tot
Scribo: iuuat calamo ludere, uoce pudet.

Ad Nicolaum ſcotum.

Te quoddam audio nicolae carmen
Euoluiſſe diu; quod et probaſti:
Index diximus eſt amoris: arma
Et ferrum magis ille iudicabit
Quid! clamat philodemus, eſt hic alter
Certe pollio, magnus immo cæſar
Oci neſcius, ipſe litteris quum
Ceſſant publica, ſuetus eſt uacare.
Sic utrāq; uir eſt probus minerua
Euax gaudeo, perge noſter heros
Sed uictor patrios ama penates
Et petræ precor inſtar angularis
In partes prohibe urbis ire muros:
Audimus ſcote ſurge iam fragorem.

Ad ſeuerum.

Legeris auctorum cũ multa uolumina/neſcis
Auctor adhuc ſcribi quo bene poſſit iter.
Nec mihi ſat fateor clara eſt ſententia/nam quæ
Tercia ſit dubium littera pectus agit.
Et uocum eſt grauibus cõcordia rara magiſtris/
Vt certum nequeant ſcire aliquid pueri.
Plus lunæ ſed imago placet:neq; iuris in illo
Credo ſeuere modum littera mortis habet.

Ad eundem.

Mortis littera quæ ſit o/ſeuere
Vis dicam? catapulta quam penetrat
Quæ dextram petit orbis a ſiniſtra
Ipſa eſt:cernere quibis ante nonam.

Ad balthaſarem.

Cum nullo tenear balthaſar ordine
Scribendi/modo ſic/mox aliter me agens
Miror quærere te:non ne oculos habes?
Sic fiunt epigrammata.

Ad hilarium.

In quendam (fluxit meſſis iam ſexta) camillum
Scripſimus:utriq; id credimus expediit.
Per uicos/per aperta hilari tu compita clamans
Indignum tali ſtygmate ais iuuenem.
Improbe te ꝓdis:quot hẽt dic noſtra camillos
Patria? terra meam nec legit una manum.

Ad didaſcalum.

Pranſurus gladium manicũq; didaſcale poſcis:

Præcipis & uulgus ſic puerile loqui.
Subriſi, doluiqꝫ uno ſub tempore patres
Et pueros: rogitas plurima: ſint ſatis hæc.
Martis erat gladius, myſtilli culter: utriqꝫ
Eſt capulus: fas eſt dicere te manicon.
Ni tamen hæc etiam recta ſatis accipis aure,
Non tribus eſt tibi ſed ſex opus anticyris.

Ad probum.

Qui totis uigilabas probe noctibus,
Cur totis modo dormis probe noctibus?
Te ſomno neqꝫ gallus mouet, exiens
Vel titan pelago: terrigenas quidem
Tu ranas ſequeris: ni ſaliant ſedent.
Toto uiſcere grillus crepat aut tacet.

Ad macrum.

Tris macer hos menſes cū me nō uideris, ira
Vindictæqꝫ malo me fremis igne capi.
Febre magis dixiſſet amor: uarioqꝫ beatus
Munere, pulſasſes limina amica pede.
An merui meminisſe tuū ē: ſed cernere elechis
Si iuuat, inſonti te nocuiſse probas.
Qui prior offendit: non uindicat: ulctio gratis
Nulla fit: ergo in me conſcius es ſceleris.
Sed fallit te uana fides: quia lætor, adire
Te caueo: macer es ne macerere magis.

Ad eundem.

Sum macer, macer eſse nego: atqꝫ ꝓbabitur iqs
Vis litem? me in ius uulture teſte uoca.

EPIGRAMMA.

Macero uult macerqȝ caput lõgũ inquis habere:
O bene iam memini uult ſua iura ligur.
Seria ſed nugis onerem ne carmina ſic uis
Nos aliter: fido eſt tutus uterqȝ duce.

Ad aldum.

Quæris qui mihi uelitationis
Et macro fuit exitus fateri
Quis poſſit? loquor iram & ulctionem.
Tricas obiicit ille ſyllabarum.
Et frontes amo ait cacuminatas:
Anguillam ne cupis? cape Alde macrum.

Ad aphrum.

Cum dicant arotron graii petis apher aratrum
Cur latio eſt: naſci fonte poteſt alio.
Credo latina quidem ſit dictio tota: ſed utrum
Vis cape: ſeruandũ eſt quod poſuere patres.

Ad othonem.

Vidiſti mea credo ſcripta quædam
Quotquot ſunt otho forſan & libellos.
Quorundam uideo cauere uiſu
Me fruſtra & chalybe obſerare poſtes
Sed parco tibi debeo quod optas:
Sic toto pater impetrauit æuo
Cui non degener ipſe ſurgis hæres.
Eſt unum tamen unde me laceſſis
Nec iam talia te feram loquentem
Erras iudice quolibet: per omnis
Nam uicos otho quem uocas poetam

Nunquam uel leue lauream momordi:
Cui nec tempora bacca uel corymbus
Lambit: ſed mihi (Si quis urget æſtus)
Ex ſola ſtypula ſat eſt galerus
Qualem & ruris habent rudes coloni.

Ad pyrrhum.

Quæ mihi pyrrhe fides de luci quæris aſello.
Recta quidē: nec eo credo quod ipſe minus.
Crediderit quid & ipſe rogas: ah parce: tot ānos
Qui iacuit quo uis me docuiſſe modo?

Ad celerem

Percuſſit eſuries nunquam celer inquis alexin:
Quid mirare? lupus non ſitit in thyberi.

Ad ſeuerum.

Nouiſſimi memor ſeuere carminis
Qui ſit lupus diu rogas ut eloquar.
Quadrupes bipes expes uoraces ſinguli.
Syluis uagatur primus & aquis tercius.
Longe eſt ſecundus omnium uoracior
Tellure tota ſemper undis aere
Venatur & piſcatur aucupat: rapit
Quoquo modo quit uiribus fraude & dolo
Cœlo nec abſtinet libens: quibus poteſt
Superos minis petit atq; uerbis peſſimis.
Audire ſed de ſquammeo deſideras.
Lentiginoſo tectus eſt qui tergore
Hunc ſpinulam thuſcus uocat ligur lupum.
Is forſan eſt: graii labraca nuncupant

Nos uariolum: eſt qui lucium credi uelit
Fur cum ſit, imo ſcitur eſſe maximus
Prædator: illi nomen ex lyco fauet.
Ni ſic magis cum luceat dictum putes.
At nomini ſi ſtetur atq; uiſceri,
Et grypus ut ait tanta ſit uoracitas,
Clepam putamus quæ duobus aſſibus
Vix penditur: ponteſq; natat inter duos.

Ad lycum.

Quid lupus eſt iterũ dici cupis, ante quod ãnos
Tres dedimus: uideo ſi bene, tu lycus es.
Hei clamas, quereriſq; nouo de nomine: mores
Sic tibi ſunt: rapis & laberis atq; uoras.

Ad primum.

Carmina prime ueru recitabas digna: ſed illis
Dixi opus eſt obleo: tu mihi das obolum,
Num me Irum fortaſſe putas? me tempore falli
Arguis: at uideas tu mage falſus eris.
Digna tamẽ reor eſt mihi res admiſſa piaclo,
Non dicendum obelo prime ſed igne fuit.
At ſocios inter quid nomine plaudis inani
Quolibet eſſe idem qui potes inſcelere?

Ad ſimonem.

Quendam lecython ore protuliſſe
Miraris? didiciſſe te uel unum
Gaude: iam tibi pauciora reſtant.
Sed quid lecythus eſt ſimon requiris.
Quidam protulit inquis ore, ſed tu

Dic profer manibus, quid eſt uidebis.
Ad ſe inquis rediit: ſapit: rogare
Me non deſinis: i, rogato aliptas
Et uaſorum oleiq; uenditores.

Ad pſeudolum.

Noſtra legis, multoq; ſimul triuiale cachinno
Et puerile dari pſeudole dicis opus
Ergo tuum grates eſt ſoluere. do tibi multos
Qood doceas: mihi nec fruſtra abiere dies
Vel bene feci aliquid: tibi ſed garrire quid inter
Eſt pueros? iugis quid tibi ſanna dabit?

Ad eundem.

Offendis, ſuſpiro, furis: puerile nec eſt qui
Te magis optet opus pſeudole, ſed taceo.

Ad gallum.

Cantaſti, placuit profecto, ſed quum
Dixiſti, bona galle ſymphonia:
Quanuis optima, deſiit placere
Duplex uoce quidem fit error una.

Ad petrum martyrem.

Ræte nouũ capiẽdi hoĩs? bõa uerba manũq; &
Oſcula dans totus mel petre martyr eras.
Os ueſtesq; auxere fidem: qd multa? precantẽ
Duco domũ: cogor promere, quidqd aues.
Iotatim ſed cuncta rogas: uirtus tibi tanti eſt
Quo fuit orta die perdis amiciciam.
Gaudebam, qualis montem q̃ inuenerit aureũ
In media uel qui ceperit urbe lupum.

Aut rudis aut malus es: ſatis eſt ſic nãq; legentẽ
Quis ferat? eſt aliud ſurgit & unde nefas.
Quas facis & ſyluas ꝓmittis & arma: mihi pax
Gratior eſt & ager: ſint ſua cuiq; ſatis.
Lectores igitur paucos fore dicis: at illi
Sunt ſatis: o, tandem uera loquare ſemel.

Ad aulum.

Quid aule de telonio ſitis adhuc?
Fontem ſitibundi petunt non fabulas.

Ad pyrrhum.

Quam me beas: adhuc iuuat te diſcere?
Dum ſic facis, eris & nepos & filius.
Quæ poſtulas duo libenter eloquar
Dici mariam uult hebreus quolibet
Caſu: mouemus nos per omnes: & breuem
Mediam putamus: quaſi ſit a uiro data.
Antiquiorem tamen habemus fœminam.
Nunc alterum me pyrrhe quod rogas cape.
Legunt ioannem probati quattuor
Per ſyllabas uiri: latino ſufficit
Quandoq; tris putare: ſed primam ſenex
Quidam nouus tunc corripit uenerabilis
Hunc uel ſemel fas credimus nobis ſequi.

Ad ruſticum.

Rura colis, ruriſq; uocant te nomine multi
Audis, & nulli ruſticus eſſe doles.
Villanum dixere aliqui: ſurrexit ab imo
Corde furor: uilla rus tibi cur melius?

Ruſticum ſed ſi uis dici ut differat/alter
Quantus erit/nomen qui ſibi ab urbe facit?

Ad dorum.

Dico diœceſin tu dore dioceſin: erras
Et tecum dici qui iubet eccleſiam:
Nam nullo ſonat orbe prior:triplicemq; trigoni
Vocalem ſubdi præcipit orthographus
Parcimus alterius ſi limina mitis adores
Nec pietas cui nec littera quinta breuis.

Ad eundem.

Torcular inquis eune quendam dicere
Non miror:audiui & ego/nec redargui.
In torculo nam quiſquis eſt poteſt loqui
Si perperam quid editur/ueniam locus
Meretur:& quicunq; bacchanalibus
Indulget/at quis plinium non diligat?
Hunc uidimus quum diceret/quot culleis
Et iugeribus unum ſat eſſet torculum.
Vel dicat ille ſpecular unde corripit.

Ad antonium.

Vatibus antoni par ut celebrere ſciuros
Fers humeris/totas ditat erythra manus.
Sublimiq; ſedes ſolio:ſed lectio ſolus
Tityrus & lento eſt fœmina mæſta uiro.
Ede aliquid:me ſiſto uadem:tibi nemo poeta
Fur erit:ex omni rhetore tutus eris.
Qui lucana tamen farcimina/uel cordillas
Clamitat/& piperis uenditor hoſtis erit.

His caue tu/foricaſq̄ ſimul ſi forte locantem
Videris emiſſum collige quidqd erat.

Ad hannibalem.

Heri quid actum eſt/ſcire quæris hannibal
Paucis mane mox dixero.
Meridianus me calor ut inuaſerat
Ab ore uerſus decidit/
Quo me ſitibundum fatebar: ſubdidit
Alium repente martius
Seq̄ ſitibundum non minus pronuntiat.
At illa non ſitis fuit.
Sed ſyllabæ quædam latens reprehenſio/
Mentiſq̄ uaphræ argutia.
Vterq̄ ſiſtimus: ſimul paciſcimur.
Cum de ſiti ſit quæſtio/
Qui fallitur/totum ſuo cum ueſpere
Diem ſit unum abſtemius:
Fauere plures martio/pauci mihi:
Sed doctiores/ordinem
Et uocis ortum ſanius qui uiderant.
Stetit ille cum ſilentio/
Vt uictus olim marſyas: dixi tamen
Quantum placet meri bibe.

Ad dorum.

Non leue dore nefas alienæ imittere meſſi
Eſt falcem: & uenam rumpere fortis acu.
Temetum dixit ſatyrus. tu corrigis/imo
Deſtruis: & uerbo. d. male das comiti.

Ad fabianum.

Quærenti qualis tuus eſt fabiane ſodalis,
Nullus eo eſt dicis ſimplicitate prior.
Nos inter ſcis quantus amor,fiducia quid ſi eſt
Et fandi:laus hæc diſplicuiſſe poteſt.
Ergo bonū adde aliud,ius æquū,ſpeue,fideue:
Stultius eſt ſola ſimplicitate nihil.

Ad xyſtum.

Scribere uis,errare times:duo xyſte requiris
Accipe:quis dici fœmina uirq; poteſt.
Pyrrhichius,lōga eſt & ſyllaba cui,ſit iambus
Quū placet ecce potes ſcribere,ſcribe modo.
Tercium & ipſe tui ne ſis quaſi neſcius addo
Nomen ab argolicis ſæpe latinus habet.
Has illi ſpreuere uices:pater attica ab urbe
Nominis huius erat:leuis ut haſta fuit.

Ad Titum.

De quadam tite ſyllaba rogatus
Me reſpondit atlantius uidete
Tanta eſt:non opus eſt probatione.
Verum audi ſimul unde rideamus.
Magni filius ut gigas atlantis
Seu frater potius,uel ipſe forſan
Sic ſe fert,loquiturq; ſi quis inſtet
Quem rana tamen aut anate natum
Dicas uerius:o,uelim uideres.
Aſt illo tite ſyllabas fere omnes
Non callere magis uidetur alter

O/autem fuit unde nata lis eſt:
Quod nos grande uocamus & pelaſgi.

Ad germanum.

Quid cogis anatem iuniores dicere?
Latina uox eſt/nec probi eſt auctoritas
Vſquam uiri diuerſa: donec inuenis
Illam meo germane more dixero.

Ad aulum.

Ne biblias aule chronicaſq; dixeris/
Nupſiſſe non illis licet/cum neutra ſint.

Ad lucam ripam.

Nil reperitur als quærẽdo: quod inuenit/eſt qđ
Quis quærit: me aliter dũ loquor inſimulas
Dardanus auricomum ramum q repperit heros
Quæſierit uel ne differe ripa mihi.
Naſonem ueneraris: idem bis dixit: at inquam
Creditur & fandi ius habuiſſe maro.

De platea.

Dixerat in plateis legeret quum ſancta camillus
Dic in plateis maximianus ait.
Certabant: aderam: iudex apellor: amicos
Inter obeſt dixi dicere: ferte precor.
Vt locus eſt cuicunq; patens/ſic porta legenti
Nominis eſt quo uult & penetrale modo.

Ad aphrum.

Sum craſſæ fateor ſatis mineruæ:
Nobis cæſa opico eſt auena cultro:
Et noſter ſalebris liber ſcaturit.

Dum dixi tamen apher antiphonam
Non me credito barbare locutum
Sic res attica monſtrat & latina.

Ad eunum.

Theſea ne an theſea magis liceat petis: hoc cum
Atticus eune legat, theſea dant alii.
Lex minus hic latio placet attica, pluria ni præ
Sit breuitas: dici ſic capanea licet.

Ad philodemum.

Quo genere & qd ſit philodeme ignota qbuſue
Temporibus tota uox ſonat italia.
Lex ſibi quilibet eſt: qui paſcua dixit & arua
Maximus hoc adeo nobile cur tacuit?
Si qua fides ſonitu, magnus mihi uel bouis eſto
Caſeus, & quiſquis fallitur, hoc careat.
Scire cupis? caruiſſe times: butyrus ab argis
Dicitur: en laganum iam coque gluten hes.

Ad pudentem.

Quid archa ſit, nec mentis eſt obtuſio
Tam craſſa cuiquam mi pudens ut neſciat.
At unde dicitur ſciunt pauciſſimi,
Se ſcire quãuis glorientur plurimi,
Huic unam & arci qui putant originem,
Ac ſi nihil diſtaret arx a nomine
Quod quærimus: malos fatemur arcis eſt
Arcere, non archæ magis quam ſacculi
Arcere ſed quid ſit uide ne neſcias.
Id nomen (ut non morer his dum tam moror)

Si greca uox non eſt/& ipſe neſcio
Hanc eſſe reor/archiua qua latinitas
Eduxit:& principia ſunt apud probos:
Latuiſſe poſt que militem inquit comicus.
Vnum manebas/en duo accipis:uale.

Ad marianum.

Ioannes nomen puer eſt qui natus habebit
Sic ſanctos dicis præcinuiſſe ſenes.
Nũ probet hoc quæris dictũ mariane latinus/
In ſanctos alium dicere coge patres.

Ad henricum.

Fœminea(miſeret) qd falleris henrice forma?
Reſpice:fraus generi dicitur illa tuo.

Ad antonium.

Quod omne colloquium dialogus eſt/licet
Plures duobus ſint ſimul certum eſt,dia
Quid ſignificet attentius uide:modo
Iam dicere antoni trialogum deſine.
Dixiſſe trilogum forſan erraſſes minus.

Ad celerem.

Eſt tuba buccarum ſi buccina dicta labore
Buccina cur dici tibia nulla ſolet?
Rectius at melior uoluit dum dicere quidam
Buccicinam poſuit:ſed ſibi ſit nouitas.
Sanius ut celer ergo legas:bu/crede qd amplũ ẽ
Cum tuba grande canat/bucina dicta fuit.

Ad aldum.

Poſt luſtra duo primum quid alde fecerim

Rogas:ioceris ne an loquaris ſerio
Neſcitur:at ſicut ſoles puto facis.
Cum maxime propinqua ſint ieiunia
Agni futura quæ iubet ſolennitas:
Quod nec puelli neſciunt reſpondero.
Nil aliud:ingreſſus ſtatim ſum tercium.

De Virgilio.

Secula ter toto quinq; admirabilis orbe
Dux micuit latii maximus eloquii
Neſcio quis dubium fecit quod clarius aſtro?
Nomen erat:docet hoc inquit in urbe lapis.
O-fandi cenſorē amplum-ſculptore magiſtro
Doctius in tabula quod legeret didicit.
Exquiliis uidiſſet equos-nudoſq; gigantas
Nobile opus/noſter diceret eſt fidias.
Non ne igitur meliore ſuum uocat indice ciuem
Gonziacus?nec id ex pleiade nomen amat.

Idem de ſe.

Nō mihi prima caput pars āni eſt-ſed qđ ego ſū
Iure tenet uirgam paſtor arator eques.

Ad Mauritium.

Addaris ut uolumini mortalium
Si mauriti tanta cales cupidine
Quin das-daturum te quod olim dixeras?
En corus-eurus & aquilo-libs & notus-
Aliiq; ſi ſunt nequiores ſpiritus-
Mihi agminatim oggánniunt & ſinguli-
Ad ſeptimam quum ſurgitur-procedere

Ad ſerlum uetant opus:opus eſt tamen.
O diſſe lucem nec licet: laternulam
Vel ergo mitte-uel uidendum eſt mauriti
Ne delearis de libro uiuentium.
Fortaſſe nam ſi me dolo fefelleris
Impune non feres:apex heliconis &
Nouem piaculum uidebunt uirgines
Placere quidquid & poteſt apollini.

Ad celerem.

Cum celer hetruſci legeres ſcazonta poetæ-
Supremum dixti non bene melos habet.
Et mediam præceps clamas geminare figurã.
Laudo minus-pluſquam qui cupis eſſe celer.
Sic alio dicis poſitum eſt a nemine:an omnes
Vidiſti?interdum ſic decet argus ait.

Io.Campetii epitaph.

Lex æquum pietas quo totum iuere per orbem
Hoc iacet aſtra tenens marmore campetius.

Aliud

Vin ſcire-quam facere & docere dis placent?
Campetius hic cubans polo ſublatus eſt.

Ad alanum.

Hæc legis & mala ſunt quæ non intelligis inqs?
Cum nihil ergo ſcias dic quid alane bonũ eſt?

Ad lucium.

De propriis luci quid me cupis edere certum
Nominibus?quod uult qui facit omne poteſt.
Fingebat ſic uaſa puto uatinius:at poſt

Non mutare fuit cuilibet hæc facile.
Ergo noui tu ſi quid habes-herus eſto figuræ:
Inq; aliis facere eſt uota aliena tuum.

Ad mauritium.

Cum multa mihi mauriti ſalute
Miſiſti tunicam ſimul moleſtam
Qua ſtantes nocui mori ſolebant-
Et ſulcum media cauare harena.
Non ut ueſtiar ipſe-ſed maritus
Seruetur ueneris furente uento
Dantur mille quotidie ſalute
Hinc atq; inde ualere ſat iubemur
Rarum munus adit fores: quid illi
Si læto magis ore gratulemur
Quod crœſi fuit atq; egentis Iri?
Sed qui diligis haud rogare ceſſas
Vt ſcribam: dabo mauriti libenter
De paruæ pluteo domus quod optas:
Et crebrum aſpicies uolare carmen
Si quidquam mihi pergis exhibere-
Quo patere memor magis recorder.

Ad gregorium.

Et ſcribi te uelle ſcio: das gregori ahenum
Quo ſe dormitum tangat iturus aqua.
Et cœli quo mira queam ſpectare trigonem
Et phariis plenum mittis ebur calamis.
Totus adhuc admiror opes: mys ipſe laborem
Atq; ſuum poſſet dicere mentor opus.

Vitrea quis primo fateatur munera uiſu
Facta ue fœmineis dixerit hæc manibus?
Quæ licet imodici pignus teſtentur amoris,
Quam tamen intacto fers meliora ſinu?

Ad alanum.

Fecimus en tandẽ naſo quod alane manebas:
Tu modo iure uacans corrige ſi quid habes.
O,ſed ſi carum clauſi qui carmine & hoſtem
Robuſtis ualeam claudere compedibus.
I,a me:male ſolus ole:pix,ſepia,amurca es:
Maxima te digito tangere ſordiditas.

Ad balthaſarem.

Marmoris indicio diſcendum futile dixi:
Quid ergo de ueicetia?
O,memini:bene balthaſar arguis:at lapide uno
Sic de poeta ſenſimus.
Centum aliter dixere uiri:uincentia certo
Eſt uiſa nunquam codice.

Ad Vrſum.

Nefariis dicis quidam bonus urſe poeta
Scripſit:at ipſe legis dum male,nõ bonus es:
Syncopa fit:remãet triplex huic ſyllaba:duplex
Eſt liquida:indigni farre fuere tori.
Principio peccatum aliud memor ipſe nefandi
Dicis:NE illius credo NEC eſſe tuum.

Ad diuum antoninum Rha.

Ah quid fit antonine?num ſemper tua
Plorabit exulem uirum placentia.

Patronus es:ſunt arma tibi mauortia:
Tuere uiduam:redde pater antiſtitem.
Ant. Reddetur:alter nec meo eſt melobalulo
Pietate ditior:nec eſt qui ſanius
Pacem referat:in urbe dum ſum romuli
Philodemon ait adibitis propræſulem
Hoc ſoſpite/unquam patre non carebitis.

Ad theodorum fratrem Rha.

Tādē ad me theodore uenis:dignū auribꝰ an qd
Frater hēs? The. Placeat qđ magis/en ualeo.
Rh. Es uerax:nouus iſte labor dic unā? qd huc te
Iſſe iuuat. The. Minor eſt qſq; dolore labor.
Nam dictum eſt a febre tibi timuiſſe medentes
A caro uiuens fratre uidendus eras.
R. Dixit & exanimē ueniēs philodemus:adhuc
Viuitur:eſt grates ſoluere utriq; meū. (ſed
Rettulit ille abiēs q̄ ſcripſimus oīa. The. Quāq̄
Sic meruit/fratris te queror immemorem.
Rh. mēte mihi nunq̄ exciderас: maiora moueri
Vt tibi mos alto eſt pectore credideram.
Th. qd loqr ē(lacrymæ nil ſūt aut thura ſeplˀtis)
Vidimus in pluteo quidquid habere ſoles:
Me iucunda boues:latuit comœdia bardi:
Sanctaq; cum tragicis prodigus agricolis
Forſan & has philodemus hēt? R. qd dicis? hēret
Has utinam:mihi non ſpes foret ulla minor:
Septima frater olympias eſt:refrigerium omne
Perdidit æterna morte Refrigerius.

Infelix refrigerius dum frangere ſerras
Moliturq́ꝫ truces pellere ab urbe lupos.
Exulat: abripiunt quidquid poſſederat hoſtes:
Tunc & (habebat enim) proh mea res periit.
The. Inſtaura. Rh. Mors inſtat. The. At es me iunior: Rha. At tu
Fortior: eſt agno ſæpe ſuperſtes ouis.
The. Quin uiues. Rha. Quis ſpondet? The. Ego. Rha. Quo iudice? quis uas?
The. Torqueor: ecce fidē do tibi, doq́ꝫ deū.
Rha. At q̄ ſcis id uelle deū? The. q̄s iuſtior illo?
Rha. Ah quid ais? cecidi: nil niſi ius timeo.

Ad Candidum.

Quædam noſtra legens candide carmina
Me indulſiſſe leui lætitiæ putas,
Et ceſſiſſe nimis ſeria riſui,
Quo me non modici criminis arguis:
Indignumq́ꝫ probato facinus uiro,
Proclamas quaſi lethale piaculum.
Ah non quilibet eſt riſus ineptia.
Dictum eſt riſit apollo, & ſuperum pater.
Ridere eſt hominis candide proprium
Riſus exilium iuge feris datur.
Nulli perpetuum, flere homini fuit.
Semper fleuit heraclitus ais: quis hoc
Oraclis etiam credat apollinis?
De chriſti nihil audis epicharmate
Compertum: quod ais nemo quidem negat.

Quid ſi plurima non credita litteris.
Fecit quæ licuere, & uacuum eſt loqui?
Nonne & uincere carnem potuit, deus
Qui ſemper fuit? admiſimus uſpiam
Si quid flebile, præſtet lacrymas pius
Idem, flagitium ſat quibus expiem:
Lapſis ſpes animum dat, ueniam fides:

Ad theopiſtum.

Quæ liqui non igne ſolet, nec ſole, nec auſtro
Iam noſtrum obduxit nix theopiſte caput:
Tu me & adhuc cantare iubes: tithonus at en ſū
Ergo parum ut fiam quæſo cicada mane.
At quædã ſunt dicis adhuc, opus eſt q̃bus ictu
Aut ope: proh neſcis omnia parce pater.
Nec ſimul ipſe ſcio: ſed dic errore priorum
Quis uacat? atq; bonus cur ego ſolus ero?

Ad philodemum.

Aduesperaſcit imo noctescit: genas
Nebulæ pererrant, care frater, ſepties
Et fratre carior, nihil quo carius
Philodeme: iam canere licet receptui,
Quin expedit, quin cogimur: quod uiribus
Eſt traditum peregimus: maiora ſed
Credo manebas: & ego debebam quidem.
Si quid quod inter nos amatum ſemper eſt
Valet, rogo te, parce: factum dic ſatis.
Cum nil dari philodeme poſſit amplius,
Future felix ſemper o, mecum uale: FINIS.

Gerardus Noe Zanchus Iur. V. Doct. Protho-
notarius Aplicus Archipbr & Canonicus Ber
gomeñ. Reuereñ. Epi Cremoñ. Locūtenens
& Vicarius gnalis: Et frater Chryſoſtomus or
dinis predicatoꝝ Theologoꝝ minimus Cre-
monæ Placentiæq́ꝫ hereticæ prauitatis Inquiſi
tor Ingenuis lectoribus Salutem.

Idem Chryſoſtomus manu propria.

CAndidus & ſublimis uates noſter Raphael
pſtātiſſimus tam diuinaꝝ laudū q̄ hūanaꝝ
decantator: almi Benedicti obſeruātiſſimus alū
nus rectiſsimæ fidei cultor īflexibilis: iuxta ſacri
concilii ſanctiones ſub Leone. X. Pont. maxīo:
ſacrū poema ſuū: noſtro ſubdidit examini nolēs
ꝓprio ſenſui credere: ſed alieno iudicio ſolidari
legimus relegimuſq́ꝫ totū: inuenimuſq́ꝫ nil ſanæ
doctrīæ obſiſtere modo depurato & ītellectuali
ꝯſpiciatr̄ intuitu. Miratiq́ꝫ ſumus: qđ ī tātaꝝ reꝝ
deſcriptione: ſtātibus mēſuratæ poeſis limitibus
tam docte tāq́ꝫ accurate cuiuſq́ꝫ termini ꝓpriū ſi
gnificatū ſuauerit: ꝑterq̄ in his ꝑ paucis ſubſcri
ptis: quæ ut nulli minus erudito erroris ſint oc-
caſio: ſic exponenda ꝯſiderauit uel aīaduertit.

In libro. y. Armeñ. Eſt locus in dextra &c.
Sinus ꝓprie abraæ non eſt in cælo. ſed oīs locus
beatoꝝ pōt dici cælū. In libro octa. Arbiter eſt
animi nō criminis. iuxta illud tolle malā uolūta

tē & infernus nō erit. Ibidē. Nec oē placuit ada mi unda nefas.i.quoad pœnā corpalē.uide aūt q̄ ſecūtur. In lib.9.pyxis hn̄s niueo dn̄m ſub pane latētem.i.ſub ſignis & qualitatibus panis. nam & panis ipſe chriſtus eſt.

In eodē.Ille ſenex puerū &c.licet theologi dicāt uerbigenā.uerbi genitorem:tn̄ magis alios ꝑ pbos ſequendo poteſt dici uerbo genitus. Viuat uero mater eccleſia romana & uincat uirtute uera qd̄ fecit ante hac.

Errorū poſt impreſſionem uiſoꝝ emendatio.

B in folio qnto uerſu.iii.lege uirili
D in folio quarto atergo uerſu.xxiii.legē riget
F in fol.i.uerſu.iii.lege pariuntur
G in fol.ſep.uerſu.xy.l.præcurrere
In fo.viii.atergo uerſu.i.lege celox
I in fol.z.atergo uerſu.xii.Conſeret
In fol.ſep.uerſu.i.Zeuſiacoq̧ labore
K in folio qnto atergo uerſu.z.numerat
L in folio.z.atergo uerſu.xy.Cætera
M in folio.i.atergo uerſu.xi.mouit
O in folio.iii.atergo uerſu.xx.pectora nuda
In folio quarto uerſu.xxi.Conabar
Q in folio octauo atergo uerſu.i.moui
R in folio quinto uerſu.xxiiii.læuus
S in folio tercio uerſu.xi.primis
X in folio.z.uerſu.io.trebulanum

In folio octauo uerſu.iiii.ſinas
Y in folio quinto uerſu.ſex.ſane quidem
In folio octauo uerſu.iiii.tuo ſcholaſtice
Aa In folio.iii.atergo uerſu.ix.ſyrma
In folio.iiii.uerſu.xxiii.Extera
Bb in folio.i.atergo uerſu.iiii.præter
In folio ſexto atergo uerſ.xxyii.uix oua
In folio ſep.atergo uerſ.xyii.Cedet
Cc in folio primo uer.quarto.contra
In folio.iii.uer.xiiii.ſurgere
Dd in folio.z.atergo uer.xxii.Das flores
In folio ſeptimo atergo uer.ſep.annos
In folio octauo uer.xyi.det tibi
Ee in fol.i.uer.xii.Bella Ibidē atergo uer.xxy
mos phœbo In fol.iii.ater.uer.xyiii.alio
Ff in fol.iiii.ater.uer.oct. qua In fo.ſep.uer.i.
arar Ibidē uer.xxi.aut Ibidem laboras
Gg in fol.iiii.atergo uer.ſep.nullus
In folio quinto uer.xix.quum furis es
Hh in folio.iii.atergo uer.iiii.uiſe
Ii in folio ſeptimo uerſ.z.ſuperans
Kk in folio quinto atergo uer.xix.annus
In folio ſexto ater. uer.xi.ille ego ſum:cur
Ll in fol.i.atergo uer.z.ſed iam Ibidē uer.iiii.
nihil Ibidem uer.xiiii.uerū ibidem la-
baſco in folio qnto uer.xiiii.ius
Mm in folio qnto ater.uer.xxiii.blandiminis
In folio ſexto atergo uer.xxi.hic ait

In folio octauo uer.z.orthodoxa
Nn in folio.iiii.uer.xliii.ab hydrope
In folio ſexto atergo uer.xyi.&.zo.obelo

Cremonæ Impreſſum per Franciſcum Ricardum de Luere. Anno.M.D.XVIII. Die uero.XVI.Menſis Martii.